IOANNIS ANDREAE

I. C. BONONIENSIS

OMNIVM CANONICI IVRIS
INTERPRETVM FACILE PRINCIPIS,

In Primum Decretalium librum Nouella
Commentaria

AB EXEMPLARIBVS VARIIS
per Petrum Vendramenum in Pontificio Venetiarum foro
Aduocatum, mendis, quibus referta erant, diligenter expurgatis, nunc impreſſa.

His acceſſerunt doctiſſimorum virorum annotationes,

Summis, ac rerum omnium memorabilium Indice locupletiſsimo.



VENETIIS,

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D C X I I.

Digitized by Google

IOANNIS ANDREAE VITA.

IOANNES Andreas, natione Italus, patria Bononienſis, Iureconſultus omnium admiratione celeberrimus, fons canonum, & dubiorum cautiſsimus interpres, ingenio clarus, ſcientia profundus, eloquio compoſitus. Qui contra conſuetudinem hominum noſtri temporis, quamuis vxoris eſſet vinculis alligatus, incredibile tamen ſtudium literis impendit: vt nihil illi dulcius, quam ſcribere aliquid ad poſteritatis ædificationem, eſſe potuerit: quod eius præclara Volumina teſtantur: quibus nomini ſuo memoriam comparauit æternam. Moritur tandem peſte, Bononiæ ſepultus, ſub Carolo Imperatore quarto: & Clemente Papa ſexto: Anno Domini M. cccxlviij. indictione prima.

ELENCVS TITVLORVM

alphabetico ordine digeſtus.

Aliena.iudi.mutan.cau.fa. car.306
Arbitris. 307
Authoritate, & vſu pallij. 140

Biga.non ordinan. 184

Cleri.non peregrinantibus. 187
Conſtitutionibus. 11
Conſuetndine. 54
Corpore vitiat. 182

Electione. 182
Aetate, & qualitate. 162

Filijs presbyterorum. 173

Gregorius in proœmio. 3

His, quę vi, metusve cauſa fiunt. 395

In integrum reſtitutione. 295

Maioritati, et obedientia. 262

Obligati.ad ratiocin. 181
Officio archdiaco. 188
Officio archipresbyteri. 194
Offiicio primicerij. 195
Officio ſacriſtæ. ea.
Officio cuſtodis. ea.

Officio vicarij. 196
Officio delegati. 198
Officio legati. 238
Officio ordinarij. 243
Officio iudicis. 260
Ordina. ab epiſco. 162

Pactis. 272
Poſtulando. 278
Poſtulatione prælatorum. 67
Procuratoribus. 280

Renuntiatio. 143
Reſcriptis. 20

Sacramentis iterandis. 172
Sacra vnctione. 170
Scrutinio in ordine facien. 161
Seruis non ordinandis. 178
Sindico. 290
Supplenda negligentia prelato. 153
Summa Trinate, & fide catholica. 6

Temporibus ordinand. 155
Tranſactionibus. 274
Translatio. epiſcoporum. 137
Treuga, et pace. 275

FINIS.

IOANNIS ANDREAE BONONIENSIS

IVRIS CANONICI FONTIS VBERRIMI,

In primum Decretalium Librum Commentaria (quæ Nouellas appellauit) Accutiſsima.

CARMELITANI SCALZI S. MARIA DELLA SCALA

SVMMARIVM.

1 *Offerre debet vnuſquiſq; quod poteſt, in tabernaculo Dei.*
2 *Tabernaculum Dei eſt etiam in eccleſia militante.*
3 *Operis dedicatio Bertrando epiſcopo Hoſtienſi, & quare. numero. 4.*

Hieronymus. Hortatur in prologo libri Regum,
1 vnumquemq; † in Dei tabernaculo offerre, qđ
2 poteſt. Eſt autem † Dei tabernaculum etiam in eccleſia militante, de quo Apocalyp. 21. A. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. ¶ Vobis igitur reuerendo in Chriſto patri & domino meo domino Bertrã
3 do † Dei gratia epiſcopo Hoſtienſi, qui in huius tabernaculi regimine penes Chriſti Vicarium primus eſtis, ego Ioannes Andreæ familiaris veſter nouellam hanc prædeceſſoris veſtri, ac alijs antiquis & nouis ornatã floribus offero: precorque ſuppliciter, vt vos, quem ex familiari mihi conſtat obſequio, ſic ſingulis virtutibus ſingulariter abundare, ac ſi reliqua non adeſſent, & qui Chriſti bibliothecam de pectore veſtro feciſtis, vt hæc de Nepotiano in illius epitaphio ſcribit ipſe Hie-
a ronymus.[a] Cuius ſimile loquitur de Scipione Africano Valerius libro 6. c. fin. propter quæ merito teneo, quod illum clauigerum intra vos hoſpitem habeatis, ſine cuius claue liber ſignatus aperiri, vel exponi non poteſt,
b vt dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum.[b] 5. cap. huius libri ſcripta, cuius ſcientiæ magiſterium obtinetis, dignemini examinanda, & reformanda ſuſcipere, vt
4 † per veſtrum miniſterium hoſpes veſter Deus, cui ſemper eſt magiſterij doctrina ſeruanda, teſte Hieronymo in prologis Ioan. & Apoca. in fi. non ſolum errari non ſinat: ſed etiam vobis, & mihi, ac etiam in ipſa nouella ſtudentibus piè concedat illa in terris diſcere, & docere, quorum ſcientia in cœlis cum fructu ſalutifero perſeueret, vt dicit Hierony. ad Paulinum. vt ſic recipi in æterna tabernacula mereamur, Lucæ 15. poſt princ. & conſequi perfectius tabernaculum non manu factum, ad Hebræos 9. Quod interceſſione virginis glorioſæ, & ipſius beati Hiero. veſtriſq; ſuffragijs ipſe concedere dignetur, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

ADDITIONES.

a ¶ Hieronymus. Habetur in epiſtola Hier. ad Eſuperantium de epitaphio Nepotiani.
b ¶ Paulinum. Habetur in prologo bibliæ, et in capitu. ſancta. 2. quæſtio. 7.

SVMMARIVM.

1 *Opus Nouellæ Compilatio gloſſarum nuncupatur, & nomen genitricis ac genitæ gerit.*
2 *Operis difficultas, & quibus ex cauſis.*
3 *Compilatio Gregorij ex conſtitutionibus & decretalibus epiſtolis Authoris ex diuerſis apparatibus in hanc Gregorij, & anteriores compilationes editis à iuriſprudentibus.*
4 *Additio quæ ſit authoris apparatibus compilatis.*
5 *Compilationum antiquarum interpretes qui.*
6 *Eorum ſcripta quot numero fuere.*
7 *Ex multitudine ſcriptorum quid mali naſcatur.*
8 *Ordo ſeruatus ab authore ferè perpetuus in opere ſcribendo, 9. & 10.*
11 *Commenti modum cur non ſeruauit auctor, remiſſiuè.*
12 *A lectoribus quid author optet.*
13 *Stylo quo ſit vſus idem.*

a Nouella [a] † Gloſſarum compilatio, genitri-
1 cis & genitæ nomen gerens. Nouella nuncupetur, vt eſt; quam
1 propter proſequendi laborem, deficiendi timorem, &
2 doctrinæ verbalis occupationem difficulter † aggredior, cognoſcens, quòd tam ardua ſcandere tranſcendit mearum virium quantitatem. Terret etiam non modicum poſterorum detractio, cui non ſolum per doctrinæ verbum volatile, ſed etiam per ſcriptum manſibile toties me ſummitto. Inuitauit illius confidentia, qui dixit ad Moyſen Exo. 4. Ero in ore tuo, & docebo te, quid loquaris. Ipſius enim potentia ſpero vires augeri, timorem euelli, & ſupportabilem mihi fieri hunc laborem. Dixit enim, Petite, & dabitur vobis, Lucæ 11. Ad hoc ſpes præmij, & pœnæ pauor inducit, ne illi ſeruo ſim ſimilis, qui domini talentum ad opus ſibi cõmiſſum abſcondit. Matth. 25. Ad hoc proficiendi deſiderium excitat, & hortatur inſtans requiſitio, & futura ſociorum vtilitas, quorum zelo iam vincor vt non ſolum lingua, ſed etiam calamo doceam hoc volumẽ, detrahentium terrore depoſito: qui ſecundum Hie. in prologo paralipome. ſæpè rodentes ore canino in publico detrahunt quod legunt in angulis. Et alibi de detractoribus ſuis ſic loquitur in prologo Ezechielis, in fin. Si amici mei & hunc ſubſanauerunt, dicite illis, quòd nemo eos compellit, vt ſcribant. Et ſuper
b [b] Ephe. 5. Te in ius non traho, quia noſtra non ſcribis.
3 Conueniunt autem † Gregoriana compilatio, & hoc opus ex intentione auctorum. Sicut enim fuit intentio Gregorij diuerſas conſtitutiones, & decretales epiſtolas diſperſas in diuerſa volumina, aliquibus ſuis conſtitutionibus additis, ad communem vtilitatem, reſecatis ſuperfluis, in vnum volumen reducere; ſic,

eſt mei Ioan.And.in hoc opere principalis intentio di
uerſos apparatus à ſummis huius iuris prudentibus
editos ſuper hac compilatione, vel ipſius conſtitutio-
nibus compilationes: vt per hæc etiam apparatus an-
tiquarum compilationum includam, cum diligentia
ſumma reuoluere, & quicquid in eis ſuper ordinarios
compilationum huius, & decretorum apparatus vtile
fuerit, ad literam, vel ad mentem attribuendo ſemper
quod ſuum auctoribus, ne vt informis cornicula alie-
c nis floribus me adornem, vt dicit Hieron.[c] in præfatio
ne translationis Didymi. B. Ad communem vtilita-
tem reſecatis ſuperfluis in vnum quam breuius pote-
4 ro, compilare † volumen, additis in eo ſummationi-
bus caſuum, diuiſionibus, quotationibus, opinionum
concordijs, vel ipſarum approbationibus & reproba-
tionibus, vtiliſſimis remiſſionibus: per quas quicquid
in apparatu decretorum eſt vtile comprehendetur, &
alijs neceſſarijs, & vtilibus, quę iuxta nouorum iurium
exigentiã, vel alias expedire putaui, aliquibus morali-
bus interſertis, quæ certo ſigno in illis tantum fiendo
facile cognoſcentur, vt ſic deinceps ſtudẽti non ſit ne-
ceſſarium librorum numeroſitatem euoluere, cui bre
uitas hic collecta offert ſine grandi ſui labore, quod
quæret: in hoc imitatus Valerium ſummè gratum, qui
in ſui operis principio dixit, ſe illud compoſuiſſe, vt
documenta ſumere volentibus longæ inquiſitionis la-
bor abeſſet. Ceſſent igitur librorum non modici ſum-
ptus. Ceſſet obtenebratio textuum, animorum diſtra
ctio, ingeniorum hebetatio, ſtudentium perplexitas:
quę ex diuerſitatibus gloſſarum vt dixit Goff. in prin-
cipio ſuę ſummæ, ſolent ſæpius obuenire. Antiquarum
5 † enim compilationum habuimus recolendæ memo-
riæ notatores, Ber. Papi. Io. Galenſem Vulteranum an
tiquum. B. Compo. Rufinum, Silueſtrum, Ricardum,
Rodoicum, Petrum Hiſpanum, Bertran. Dama. Ala.
Lau. Vincen. Io. Theutonicum, Tan. G. Naſo. Iacob. de
Alben. de quorum apparatibus, ſcriptis, & reporta-
tionibus aliquibus additis, Bernardus Parmenſis ca-
nonicus Bo. ſuper hac compilatione apparatum, quo
nunc vtimur, compilauit. Ex quibus ſi qua dimiſit
vtilia, me offero ſuppleturum, ne quid egregiũ iaceat
in obſcuro, ut dicit Sen. de conſo. ad matrem circa fi-
nem, & Hieronym. in prologo Eccleſiaſtici dicit, ſe in-
ueniſſe libros derelictos, qui erant non paruę neq; con
d temnendæ doctrinę. Demum contemporanei Berna.[d]
eiuſque ſequaces ſuper hac compilatione ſcripſerunt
profundiſſimę ſcientię patres. ſ. prędictus Vinc. Goffr.
Phil. Innoc. Hoſt. Petr. de Samp. Abbas. Ber. Compoſ.
qui diuina prouidentia non perfecit. Egy. Bona. Bo-
naguida de Aretio. & Franc. Vercell. Poſt hæc reporta
tiones habuimus ſuper textu, & gloſſ. poſt Boatinum
de Mantua, & Guidonem poſtea Arch. Bon. ſuper
gloſſ. etiam tantum habuimus ſuffragium monacho-
rum, opus quidem ſuperfluitatibus, defectibus, & fal-
ſitatibus plenum (& liceat ſic verum loqui) ex eo ſal-
tem, quod ignoramus auctorem. Et opus fratris Ia-
cobi canonici ſancti Io. in Monte, qui ad hoc ſolum la
borauit, vt ſolueret gloſſarum contraria non ſoluta.
6 Horum autem ſcripta † pluſquam ad octingentarum
petiarum numerum aſcenderunt, ita quod præter alia
ſcripta, quę non per modum apparatuum manaue-
runt, computatis Ber. & prędeceſſorum apparatibus,
7 pluſquam mille petias ſcriptorum habuimus. O † quo
ties experientia docuit ex tanta ſcriptorum multitudi
ne oculis nebulam, capiti dolorem, & menti faſtidiũ
generari. Et hoc fugiunt diuites, plurimum delicati,
copiam librorum ad ornatum potius, quam ad ſui
profectum habentes. Studioſi verò & fortis capitis
hunc laborem ſuauiter ſupportarent: ſed eis ſępiſſime
defectus pecunię librorum abundantiam non permit-
tit. Fuit igitur hæc prolixitas reſecanda, maximè cum
ex repetitione dictorum quidam ex libris ipſis parum
ſint vtiles; ita, quod congruè dicere poſſum, quod in
prologo libri Iob dixit Hiero. querelando. Memini
me ob intelligentiam huius voluminis Lyddæum quẽ
dam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi
putabatur, non paruis redemiſſe numis; cuius doctri-
na quid profecerim, neſcio. hoc enim ſcio, non potuiſ-
ſe me interpretari, niſi quod ante intellexeram. ¶ Stu
dioſi cuiuſcunque ſint ſtatus, lætanti animo ſuſcipiant
8 opus iſtud, in quo † præſciant communiter ordinem
hunc teneri: quia poſt rubricarum continuationem
& concordantias voluminis decretorum, ad illas ſub-
miſſis etiam decretalibus, quæ poſſent titulis coapta-
ri, ſuper ſingulis ferè capitulis caſus ſummarij deſcri-
buntur. Magni enim artificis eſt totum comprehen-
dere ſub exiguo, vt dixit Sen. ad Lucium epiſtola 53.
ad finem. Secundo capitulorum diuiſio ponitur: quia,
vt dicit Tulius in primo Rheto. Partitio perſpicuam
& illuſtrem totam orationem facit. Et Sen. Epiſtola
88. in princ. Facilius per partes in cognitionem totius
adducimur. Et vide quod not. in proœmio inſtit. §. igi
e tur[e] quomodo partitio animum incitat, mentem prę-
parat, & memoriam reformat. ſequitur tertio litera-
lis proſecutio, quæ cuiuſque gradus ſtudentes reficit
9 copioſe. Venientes † ad gloſſas inuenient alia tria,
quæ, vt quod quiſque deſiderat, facile inueniet, vt di-
cit Plinius Secundus ad Veſpa. in fin. per tres varios pa
ragraphorum vnum, duos, & tres dentes habentium
formas facile diſcernent. Primo ſcilicet epilogum,
de quo 81. diſtinct. §. 1. id eſt breuiloquũ modum ſum-
mationis ipſarum. Secundo ſuffragium, id eſt expedien
tes caſus, mentes, vel textus legum allegatarum in ip-
ſis. hic tamen ſtudentes aduertant, quod inter in, & ſu-
f per,[f] allegatio eſt diuerſa. Sciant † etiam legem ſe-
10 mel poſitam non facile alibi repeti, ſed remitti, & hoc
tum breuitatis cauſa, tum propter materias catenan-
das, & quia ſæpe inuenient in remiſſionis loco aliam
melius propoſito coaptatam. Sub tertio §. ſuppletio-
nes inuenient gloſſarum ipſarum per apoſtillas, remiſ-
11 ſiones, & alia recitanda. Quærens † autem, quare
modum commenti communiter non ſeruaui, videat
quod ſcripſi de teſtibus, fraternitatis, in princip. Ex
meis igitur ſuos labores ſtudentes alleuient, & facilius
12 & amplius ſic alleuiati proficiant. Et, cum eis † per
fructum ſcientiæ iucundus ſtatus aduenerit, non imi-
tentur præpoſitum pincernarum, qui ſuccedentibus
proſperis oblitus eſt Ioſeph interpretis ſui, Gen. 40. in fi.
ſed ſaltem animæ laboranti beneficia tot impendant,
quòd per ipſorum ſuffragia vna cum eis ſalutem con-
ſequi poſſim optatam; quod interceſſione glorioſæ
virginis, beatique Hieron. trinitas præſtare digne-
13 tur per ſæcula benedicta, Amen. ¶ Stylo † plano &
pedeſtri, qui delectat, proœmiare ſic placuit. vti e-
nim altiori licuiſſet, ad quem ſi non attingeret inge-
nium proprium, docuiſſent innumeri, & maxime Ala-
nus de planctu eccleſiæ; quem fidenter exquirat, qui
mulcetur in his, de quo vide in fine Hieronymiani. Io.
Andreæ.

ADDITIONES.

a ¶ Nouella Io. Andr. fuit opus nobiliſſimum. ita appellat Bald.
quem pulchrè refert do. Baptiſta de ſancto Seuerino in l. 1. ff. ſi
cer. pet. alibi dicit Bald. in conſi. 226. in 1. parte, & in conſ. 389.
in 5. parte, quòd Ioan. And. fuit fons & tuba iuris canonici, &
ita etiam dicit do. Bartol. Socinus in conſi. 77. colum. final. in
princip.
b ¶ Et ſuper. Habetur in Hiero. parte. 4 per Io. An.
c ¶ Hiero. Habetur in Hiero. Io. An. parte. 4. in litera P.
d ¶ Bernar. Vide Io. And. in proœmio Spec. vbi ponit nomina eo-
rum.

Digitized by Google

rum, qui ſcripſerunt, & demum nomina, qui in practica fecerit
opera.

e ¶ Igitur, Ibi vide gl. & facit inſti, de lega. §. ſed non vſque, & ff.
de lib. ex. l. 1. & ibi gl. & etiam D. Ange. de Are. in d. §. igitur, in
ea gl. in ſi qui approbat dicta per Io. And. hic.

f Et ſuper, aliquando ponitur pro præter, not. in l. 1. C. eo. de ele.
in gl. in ver. ſuper his. quandoque ſignificat acceſſionem, ita no.
Bart. in l liberti. C de oper. li. in 11. col. & vide pulchram expo-
ſitionem domini Bal. in d. l. 1. C. communia de le. in ver. no. hic
de dictione, ſuper, quam exponit, ſuper his. i. pro ſecuritate eo-
rum, inducen. pro q. ad q. ſtatuti dicentis, quod in cauſis verten
tibus ſuper inſtr. guarentigiæ procedatur ſummarie &c. quod
idem ſit, ſi agatur hypothecaria, quæ ad ſecuritatem debiti in-
teruenit; quod eſt verum, dicit ibi dominus Baldus, ſi agatur cõ
tra debitorem: ſecus, ſi agatur contra ſingularem ſucceſſorem,
vel alium poſſeſſorem, quod no. quia pluries hæc in facto há-
bui, et obtinui per hanc doctrinam Bal. Quando iſtud ver. ſu-
per, inducit pignoris conſtitutionem, vt puta ſi lego vſum, et
habitationem ſuper tali domo, no. in l. codicillis. §. inſtituto. ff.
de le. 2. et in l fundus, quem, cum ibi pulchre no. per Bart. ff. de
annuis le. et aliquid per moderniores in l. reſcriptum. §. ſi pacto.
ff. de pa. et in l. ad diem. ff. de verborum obligation.

S V M M A R I V M.

1 *Proœmia quidam authores recentiores apparatũ ſcripſerunt.*
2 *Vincentij iuriſconſulti operis inchoatio qualis.*
3 *Innocentij I V. Papæ qualis.*
4 *Henrici item epiſcopi Hoſtienſis.*
Goffredus compoſuit ſummam poſt apparatum.
5 *De Hoſtienſianorum ſcriptorum ordine.*
6 *Compoſtellani apparatus exordium quale.*
7 *Petri itidem, & Abbatis.*
8 *Bonaguidæ.*
9 *Franciſci, Egidij, & Boatini, Suffragij.*
10 *Fratris Iacobi.*
11 *Nomina ſua quidam ex his authoribus aſcripſerũt operi ſuo, quidam tacuerunt, & an ea ſint ſcribenda.*
12 *Suppletio gloſſarum & nu. ſequen.*
Scribentium mos eſt primam gloſſam expedire.
13 *Argumentum gloſſæ primæ.*
14 *Titulus libri qui.*
15 *De materia gloſſæ primæ remiſſiuè.*
Eam quidam ad breuiorem ſummã redegerunt, et quomodo.
16 *Compilationes multæ editæ ante Gregorianam, & à quibus, (& cur.*
17 *Compilationis Gregorianæ cauſa quæ.*
18 *Materia libri Gregoriani quæ, & nu. 19.*
19 *Collocare quid in hoc loco. Compilare quid.*
20 *Cauſa finalis proxima vtilitas, & remota beatitudo.*
21 *Studij humani cauſæ quinque.*
22 *Ethica quid, Ethos quid.*
23 *Philoſophiæ varia diuiſio, vna quarum in theoricam, practicam, & logicam.*
24 *Theorica diuiditur in tres partes, intellectualem, naturalem, & mathematicam, vel, quod idem eſt, in Theologicam, phyſicam, & mathematicam.*
25 *Vnaquæq; earum circa quæ verſetur.*
26 *Tertia quarum ſubſecatur in quatuor ſpecies, Arithmeticã, Muſicam, Geometriam, & Aſtronomiam, & de quibus ſingula tractent.*
27 *Practica altera pars philoſophiæ diuiditur in Mechanicam, & Ethicam.*
28 *Mechanicæ ſunt ſpecies ſeptem, Lanificium, Armatura, Nauigatio, Agricultura, venatio, Medicina, & Theatrica.*
29 *Ethicæ officium, & diuiſio trimembris in Monaſticam, & quid doceat nu. 30. Oeconomicam, & quid tractet num. 31. Politicam, & quid tradat, nu. 32. & 33.*
34 *In his capeſſendis quidam debet eſſe gradus, vel aſcenſus, & qualis.*
35 *Logica quid, Eius partes, Demõſtratiua, quæ ad Philoſophos, Probabilis, quæ ad rhetores, & dialecticos, Sophiſtica, quæ ad ſophiſtas pertinet.*
36 *Magica non ſpectat ad phyſicen.*
37 *Cauſa formalis quod ab alijs appellatur, modus agendi eſt gloſſæ, & eius ſubiectum.*
38 *Modus agendi multiplex.*
39 *Senſus corporis quot.*
40 *Abſque ſenſibus idoneus iudex eſſe non poteſt, & quibus.*
41 *Humores humani, qui, remiſſiuè.*

Gregorius. Vt nihil remaneat decisè non
poſitum, ſcire debes, quod
1 † ex modernis, de quibus ſupra
dixi. aliqui fecerunt proemia ante, quam ad textum
2 deſcenderent. Et † Vincen. nomen ſuum apponens, &
ſuper imperfectione operis veniam poſtulans ad hoc
principaliter intendebat, quomodo poſt ius naturale,
quod proceſſit ab exordio rationalis creaturæ, & poſt
ius propheticum, euangelicum, & apoſtolicum mana-
uerunt iura poſitiua a concilijs tradita, & a Romanis
pontificibus, ſuper quorum iurium reſecatione, addi-
tione, & declaratione Grego. IX. propter cauſas ex-
preſſas in textu laborans, de ipſis vnam compilationẽ
mandauit fieri, in quas ſuas conſtitutiones inſeruit.
Phi. & Gof. ſua nomina non ſcribentes ſimili ſermone
vſi fuerunt: vltra id opus iſtud diuidentes, vt dicitur
3 in prima gloſ. Ber. ¶ Innocen. papa † IV. ſcilicet do-
minus Synibaldus de Fliſco de Genua ſine nominis
inſcriptione fundans operis ſui principium ſuper au-
ctoritate Ezechielis. 3. cap. qua dicitur, Venter tuus co
medet, & viſcera tua implebuntur, auctoritatem ex-
ponens, dixit ventrem comedere, cum ſcripturarum
notitiam recipit. viſcera dixit impleri, cum deſidera-
bilis intentio ſcripturarum ſapore ſaciatur. legen-
2 tes enim & vacuos remanentes dixit ſimiles his. de
quibus dixit Ierem. 14. cap. venerunt ad hauriendam
aquam: ſed uaſa ſua reportauerunt vacua. Monuit
ergo conſtitutionum huius libri lectores ipſarum in-
tellectum ſanum in ventre percipere, & frequenti
meditatione digere re & infra vẽtris viſcera repone-
re conſeruandum ad veritatem ſciendam & producẽ-
dam in opus non ad diuitias congregandas, vel va-
namgloriam conquirendam. Et vt facilius conſtitu-
tiones ipſæ poſſent intelligi, dixit ſe quaſdam compo-
ſuiſſe gloſſas, in quibus multa vtilia deciduntur ab an-
tiquis omiſſa: monens doctores, vt in ſcholis aliqua ſu-
mendo ſibi, reliqua cameræ ſtudio reſeruarent. Submi
ſit demum, quomodo de huius compilationis regiſtro
has decret. correxerat, quæ communiter habentur in
textu corruptæ. prima de elect. c. bonæ. ſecunda, eo. ti.
auditis. tertia, de offic. ord. quanto. 4. de re iudi. cum
inter vos. quinta. eo. titu. cum I. & A. ſexta de app. cum
ſpeciali. 7. eo. tit. conſtitutis. 8. de cle. non reſi. ex tuæ.
9. de præben. pro illorum. ſuper ipſis vero decretalibus
4 notabitur, qualiter corrigantur. ¶ Hoſt. vero † ſ. do-
minus Henricus, qui fuit de Securia, vt notauit de re-
ſcrip. ſuper litteris, & de rebus ec. nõ alie. c. pe. in prin.
prius Archiepiſcopus Ebredunen, & demum epiſco-
pus Hoſt. ante, quam ad nigrum deſcenderet in ſuo ap
paratu, etiã ſine inſcriptione narrauit, quomodo prius
ſummam compoſuerat; quã & merito multipliciter cõ
mendauit. ¶ Et ſcias, quod Gof. è cõtra poſt apparatũ
5 ſummam cõpoſuit. dicit † demũ Hoſt. ſe quaſdam hu-
ius voluminis decretales commentaſſe. quod cum ad
ſcholaſticorum notitiam perueniſſet, dicit ſe rogatum
ab eis, vt pari ſtylo proſequeretur ſingulas ipſius volu-
minis decretales. Quorũ precib. nolens ſuũ laborẽ ip-
ſorũ vtilitatibus ſubtrahere cõdeſcẽdit. Monẽs lecto-
rẽ, quod ſi in ipſo ſuo apparatu, & in ſumma prædicta
contraria narrata videret, quæ conconcordiam per di-
ſtinctionem caſuum, locorum, vel temporum, conſue-
tudinum, rigoris, & æquitatis, vel aliter nullo modo re
ciperent, deberet ſuis opinionibus apparatus velut po
ſterioribus adhærere. Excuſans ſe verſum inducendo

Digitized by Google

poetæ dicentis. Opere in longo faſeſt obrepere ſom-
num. Monet etiam eos, qui perſpicatioris eſſent inge-
nij, vel quos minus impediret occupatio, quòd inui-
dia & detractione ceſſantibus fraterna charitate, quæ
6 minus bene dixit, emendent. ¶ Ber. vero † Compo.
nomen inſcribens loquendo cum Sen. dixit ſe prius
quam ſcriberet, ſuam ignorantiam ignoraſſe: ſed ſcri-
bendo dixit ſe ſuum cognouiſſe defectum, & ſe ſpon-
taneum reprehenſioni ſubmittere. Nam ſcriptura, quæ
dixit, retinens & diuulgans, ſi lapſus fuerit, teſtis,
& accuſator exiſtet, ſubmittens, quomodo miſerico-
dia Dei confortatus, opus ſuum aggreditur, in quo
dixit ſe principaliter inſecuturum de mandato ipſius
domini Innocent. notabiles quæſtiones de ipſius ap-
paratu, ſolutiones ipſarum in cauſarum deciſionibus
approbatas, aliquibus vtilibus, quæ ex ſapientium di-
ctis exercitio cauſarum collegerat, annectendis. Petr.
7 vero † de Samp. & Abb. ſine alia præfatione deſcende
8 runt ad textum. ¶ Bonaguida † de Aretio nomine in-
ſcribens fecit etiam procemium, dicens quòd cum le-
geret decretales, compoſuit quaſdam gloſſas, in qui-
bus multa erant vtilia quæ collegerat aduocatus exi-
ſtens in curia tempore Innocent. IIII. quibus lectis
petit non ponderari auctorem, vel arborem, ſed au-
9 ctoris meritum, & fructus effectum. ¶ In † Franciſco,
Egi. Gui & Boa. non habuimus proœmium. ſuffragium
etiam caret proœmio, & ignoramus auctorem. ¶ Fra-
10 ter † Iaco. fecit procemium, & nomen ſcribens dixit
11 ſe id ſolum facturum, quod prædixi. ¶ Et † quia pa-
tet ex prædictis ſuis operibus aliquos inſcripſiſſe nomi
na, aliquos non, an ſint ſcribenda, proſequar in Mer-
12 ca. de reg. in lib. 6. in vlt. quæſtione. ¶ Et † quia de
more legentium eſt primam gloſſ. expedire prius, quã
veniatur ad textum, hunc modum etiam in bis ſcri-
ptis ſeruando ſuppleamus in illa ſupplenda. & hæc
13 gloſſ. quærit † de quinque in librorum principijs viſita
tis, & illa proſequitur. Et primo ibi, [Titulus] adde,
hæc duo vltima ponit pro vno, & iſtud vltimum non
14 proſequitur: ſed dic, quòd † titulus libri eſt, Incipit
compilatio domini Gregorij papæ noni. Et ſi materiã
15 † gloſſ. vis plenius proſequi, vide in ſumma Hoſtien. in
princ. Et vltra ibi no. ſcire debes, quod quidam prima
tria, & quinque comprehendunt ſub vno, ſcilicet ſub
cognitione cauſæ. Quærentes de quadruplici cauſa,
materiali, efficienti, formali, & finali. alij dicunt du
plicem cauſam eſſe, ſcilicet eſſendi, & fiendi. primam
diuidunt in materialem, & formalem. ſecundam in
finalem, & efficientem. Ad primas duas allegant. 32.
q. 2. quod verò. de conſe. diſt. 2. quia corpus, ca. panis.
& diſtinct. 4. in ſynodo. Ad ſecundas allegant 23. quæ-
ſtio. 5. de occidendis, & c. non fruſtra. de alijs infra pa-
tebit. de efficienti dicunt, quod eſt ipſe Deus per mini
ſtros ſuos Romanos pontifices, & principes iura pro-
mulgans, & promulgata componens. 15. quæſt. 1. vio-
latores. C. de præſcript. lon. tem. l. fi. 16. q. 3. c. fin. 8. di.
quo iure. infra tit. 1. c. 1. ¶ Et ibi, [Cõpilationes 5.] ſci-
16 licet † approbatas, nam poſt compilationem decreti
factam a Gratiano multæ decretales epiſtolæ emana-
uerunt a curia, de quibus Ber. circa Papi. præpoſitus,
poſtea Fauẽtinus epiſcopus fecit primam compilatio-
nem, quædam antiqua iura interſerendo, poſt illam
aliæ decre. ab alijs apoſtolicis manauerunt, de quibus
Gilibertus fecit aliam: poſt illum Alanus aliam fe-
a cit, de quibus Ioann. Vualen. vnam compilationem [a]
fecit, quæ olim erat ſecunda. Et dicebatur prima, liber
primus. Secunda compilatio, liber ſecundus. Ber. au-
tem Archid. Compo. moram trahens in curia de regi-
ſtro Inno. 3. extrahens quaſdam decret. de illis vnam
fecit compilationem; quæ Romana compillatio voca
batur. In qua erant quædam inſerta, quæ Romana
curia non approbat. vnde ipſe Innocen. per magiſtrũ
P. Beneuentanum notarium ſuum compilationem fie-
ri fecit, quæ tertia dicebatur. Et fuit de decretalibus
per ipſum editis vſque ad 12. an. ſui pontificatus poſt-
quam adhuc fecit quaſdam alias decret. & in conci-
lio generali quaſdam conſtitutiones, ſ. 71. de quarum
ordine dicam infra de accuſat. capit. ſicut, de quibus
fecit quartam compilationem. Demum Honorius fe-
cit quintam, quam magiſtro Tancred. antiquo docto-
ri noſtro, & Arc. Bon. direxit, de quibus omnibus Gre-
17 gorius fecit vnam. Et dicunt † quidam, quòd impul-
ſiua cauſa huius compilationis fuit, quod cum coram
Gregor. allegaretur ſecundo anno ſui pontificatus de-
cret. coram, de elect. & non reperiretur in compila-
tione, quia erat extrauagans, idcirco compilatio-
nem hanc fieri iuſſit. ſed falſum eſt, quod decret. co-
ram, eſſet extrauagans. erat enim eo. tit. 1. in 4. compi-
latione. ¶ In eadem gl. ibi [Collocatæ] Si gl. intellige-
18 ret, ꝙ ipſa † collatio decret. eſſet materia huius lib.
iſtud nihil eſſet dicere: quia ſecundũ id idem eſſet ma
19 teria, & liber, cum collocare ſit † compilare: com-
pilare eſt librum facere. Sed credo, quod gloſſ. inten-
dit, quod ipſæ decretales extrauagantes, & conſtitu-
tiones ſuperadditæ, ſint libri materia: & quod de col-
locatione dixit, non dixit ponendo materiam, ſed no-
uam ſituationem materiæ. Dicunt alij, quod ſatis pla-
cet, quod bonum commune, quod eſt materia &
ſubiectum in ethica, ſit materia huius li. pro quibus fa-
cit l. prima, in princip. ff. de iuſtit. & iur. ibi, ius eſt ars
boni & æqui, & c. Si ars ergo eſt de bono & æquo. ergo
bonum & æquum eſt ſubiectum & materia artis, & hu-
ius ſcientię poſitiuæ. Sed pro primo dicto facit §. ſanè,
& C. de vete. iu. enu. l. 2. §. 1. & quod no. in prin. ſtorum,
ſuper prima reſpon. dicebat Hoſtien. quod materia e-
rat quæſtiones, & ſolutiones ſanctorum, & apoſtolico-
20 rum. ¶ In ea. glo. ibi [vtilitas] † quod alij dicunt cau-
ſam finalem, vt prædixi. & ſcire debes quod gloſ. dicit
& ponit hic cauſam finalem proximam: cauſa vero fi-
nalis remota eſt fælicitas, & beatitudo, quæ ſequitur
ex cauſa proxima: ad hoc canon. infra allegatus, & in
proœmio ſtorum. §. diſcipuli, 2. in fin. & ibi [Sciamus]
21 de quinque † cauſis, de quibus homines ſtudent, ſcili-
cet vt ſciantur, vt ſciant, vt ædificent, vt ædificentur, &
vt lucrentur, vide per Hoſtien. in proœmio ſummæ. §.
22 final. ¶ Et ibi [ethicæ] ethica † mos, ethos ſcientia
quaſi moralis ſcientia, diuidunt aliqui Philoſophiam
23 † in tres partes, in theoricam, praticam, & logicam.
alii in duas tantum, & hi etiam variant; quia quidam
diuidunt in ſpeculatiuam, & actiuam, quam aliqui
vocant operatiuam. Alij in theoricam, & praticam.
24 Theorica † diuiditur in tres. Intellectualem, quæ eſt
circa cognitionem diuinorum. Naturalem, quæ eſt
in cognitione inferiorum, & mathematicam, quæ
eſt in cognitione terrenorum: vel, quod eſt idem, in
25 theologicam, phyſicam, & mathematicam. prima † de
inuiſibilibus, & inuiſibilium eſſentiis, ſecunda de viſi-
bilibus, & viſibilium cauſis. tertia conſiderat quanti-
26 tatem abſtractam. Cuius quattuor † ſunt ſpecies
Arithmetica, quæ tractat de numeris. Muſica, quæ
tractat de proportione. Geometria de ſpatio. Aſtro-
27 nomia de motu. Pratica † verò diuiditur in mechani-
28 cam, & ethicam. Et ſub † mechanica ſunt 7. ſpe-
cies ſcilicet lanificium, armatura, nauigatio, agricultu
29 ra, venatio, medicina, & theatrica. Eſt autem † Ethica
quæ habet mores informare, & virtutibus ornare,
& diuiditur in tres partes. Eſt ethica monaſtica, quæ
30 docet † quem bene regere ſeipſum, vnde dicitur mo-
naſtica, quæ curam ſui gerens, ſe virtutibus exornat,
nihil in vita committens, quo non gaudeat, nihil fa-
31 ciens pœnitendum. œconomica † docet patrem fa-
mili.

Digitized by Google

milli.bene regere familiam. Familiaris.n. officij curā
mediocri diſpoſitione componens bene diſtribuit. Po
32 litica † ad rectores vrbium ſpectat, docens rempublicā
33 bene regi. nam reipublicæ † curam ſuſcipiens, cuncto
rum ſaluti medetur ſuæ prudentiæ ſolertia, Iuſtitiæ li-
bra, fortitudinis ſtabilitate, ac temperantię patientia.
34 Et ſecundum has partes † debet fieri aſcenſus. Eſſet.n.
abſurdum, q carens monaſtica promoueatur ad œco-
nomicam, ĵ.de æta.& quali.indecorum. Et vide Hier.
ſuper Parabolis.B.& carens œconomica ad Politicā.
47.diſt.§.neceſſe, & 48.diſt.per totum. Inde Valerius
li.2.c.1.addoci non poſſum, vt credā vrbi vtilem, quē
domi ſceleſtum cerno.& facit de verb.ſign.forus,in fi.
35 Logica † eſt ſcientia ſermocinalis, de qua & de aliis
ſex liberalibus, quid doceant, ſatis per Hoſ.in ſumma,
de magiſtris.§.3.Diuiditur autem in demonſtratiuā,
probabilem, & ſophiſticam. Prima ad philoſophos. Se
cunda ad rhetoricos, & dialecticos. Tertia ad ſophiſtas
36 pertinet. Magica † vero non pertinet ad phyſicam.
¶ In ea.gl.ibi, de ſecundis nup.l.1.& 6.di.§.vlt. & 19.
diſt.c.1.in princ.& in proemio 6.li.§.2.in fi.ibi, Morū
correctionem, & ibi, In moribus diſciplinam, cum con
cor.& in proemio cle.in fi.exordij. ¶ In ea.gl.ibi, [Mo
37 dus † agendi [b]] quod alii vocāt cauſam formalem; &
b ponit hic formalem cauſam, & modum agendi ex par
te tractatus, ex parte verò tractandi, & tractatus in ſin
38 gulari, cauſa formalis, & modus † agēdi [c] multiplex cō
c munis eſt: tamen eſt iſte modus ſtatutiuus, & conſul-
tationis reſponſiuus, vel cauſæ diffinitiuus, vel com-
miſſiuus. Eſt tamen interdum aſſertiuus. ĵ.titu.1.ca.1.
Narratiuus, de reſc.c.1. de iuram.calum.c.pe. Præce-
ptiuus. ĵ.tit.2.c.1. Conſultiuus, de offi.dele.ſuper quæ-
ſtionum.§.verū. Inſtructiuus, de reſcri.cū contingat,
de offi.dele.cōſuluit, in fi. Diſputatiuus, de teſti.ſpo.li-
teras. de presbitero non bapt.c.fi. Expoſitiuus, de plus
peti.ca.vno, de verb.ſigni.cum olim. Declaratiuus.ĵ.
tit.2.c.fi. Diſtinctiuus de reſcrip.ſuper literis, de ordi.
cog.c.2. Innouatiuus, de treu.& pa.c.2. Cōfirmatiuus,
de confir.vti.vel inuti.c.pen. Priuilegiatiuus, de deci.
ex parte 1. Diſpenſatiuus, de elec.quia diligentia. Pro-
teſtatiuus, ĵ.tit.1.c.2.verſi.in nullo. Determinatiuus,
de cleri.ex.c.fi. Modificatiuus, de iura.calum.ca.1.ad
fin. Exemplorum poſitiuus, de renunc.poſt translatio-
nem. Cauſæ redditiuus, ĵ.tit.2.c.2. Comminatiuus, de
exceſ.præla.c.1. Fulminatiuus, de Iudæis, ita quorun-
dam, de pœnis, in quibuſdam. Probatiuus, de iudic.no-
uit. Approbatiuus, de fer.capellanus. Reprobatiuus cō
ſuetudinis, de cōſue.c.1.3.4.& 5. Iuris antiqui, de præ
ſcri.c.3.& 4. opinionis ĵ.titu.1.c.2.in prin.& in fi. Iura
noua, per quæ probantur prædicta, ideo non induxi,
quia de formali cauſa huius compilationis nunc agi-
tur. [Et ibi, Pœnis eorum] ad moſtrandum hunc ordi-
nem Hoſt.dabat verſus. Iudex, iudicium, clerus, ſpon-
39 ſalia, crimen. [Et ibi, Sēſuum] † qui ſunt hi, viſus, audi-
40 tus, guſtus, odoratus, & tactus. [Et ibi, Idoneus † iu-
dex] vt de quibuſdam probatur, 3.q.7.§.tria.ff. de iu-
diciis, cum prætor.§.non autem, & eo.ti.l.cecus.de po
ſtulando.l.1.§.caſum, & de hoc ĵ. de offi.deleg.cum
41 viceſimum, de reſcr.ſciſcitatus.& ibi, Humorum, † de
quibus ĵ.de cele.miſ.in quadam. ¶ In ea.gl.ibi, [Nō
debet] ſimile de conſe.diſ.4.de trina.& 16.diſt.ſeptua
ginta, in.fi.& 13.q.2.qui alij. Sed ſimilitudinariæ ſunt
& non vrgentes hæ rationes, vt dixi de reſcri.ſi quan-
do.& in prædicta decr.non debet: vnde aliqui dicunt
hanc diuiſionem ad ſimilitudinem 5.librorum Moy-
ſi, quos continet pentateuchum, de decimis.ca.1.vel
ad ſimilitudinem 5.uirginum prudentum, de quibus
Matthæi 25.ſecundum Fran.

ADITIONES.

a ¶ Legentes. Vide et, quæ ſcribit etiam pulchrè idem Ioan.And. in nouellis in proemio 6.& ibi etiam inuehit multum contra illos, qui ſimiliter ſtudent gratia contradicendi: quia ſimiliter poteſt aſcribi id, quod hic dicitur: & dicit, quod Machabei ſtudio contradicendi perdiderunt ſanum intellectum, vt ibi per eum.

b ¶ Compilationem. De duplici compilatione decreti, vi.Io.An. in Hiero.parte vltima in vltima carta.

c ¶ Agendi. Alibi dicit gloſſ.in c.hoc quippe.3.q.6. quòd ſemper modus agendi diligenter eſt inſpiciendus. Et de duplici modo agendi vide pulchrè et latè per do.Iaſo. in l.2.§.quòd ſi in patris, in 10.no.ff.ſol.ma.et ibi etiam allegat inter alia Bal. in l.1. in penult.colu. C.qui accu.non poſſ.quare dicit ponderandum eſſe et attendendum modum agendi, et ibi Bal.dicit illam glo. in d.c.hoc quippe, eſſe ſingu.et ſcribendam literis aureis.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio proœmij prior,*
2 *Poſterior,*
3 *Præfationem Papa a quo ſumpſit.*
Operis partes ad inſtar quinque ſenſuum diuiſa.
4 *Salutationis verborum interpretatio, remiſſiuè.*
5 *Gregorius Papa Hugonus nomine appellabatur ante pontificatum eius patria, ingenium & etymo.*
6 *Nomen imperatoris in inſtrumentis præponendum.*
Item Papa.
De indictione remiſſiuè.
In ſalutatione nomen ſuum poſtponebat olim papa, imperator pontifici ſuum præponebat.
7 *Papa Vicarius eſt Chriſti, Imperator eſt eius filius.*
Papæ magna poteſtas, & qualis.
8 *Inſcriptio epiſtolarum Papa ſcribens abbatiſſis & alijs.*
9 *Doctores vniuerſitatem conſtituunt.*
Monopolium in eis prohibetur.
10 *Vniuerſitas non eſt qualibet pluralitas, vel ſigillum poteſt habere.*
11 *Doctorum appellatione ſcholares conſtituuntur, ſed non ſemper. num.14.*
12 *Communis res facit & nomen eſſe commune.*
13 *Familia dominum.*
Populus & plebs ſenatores includit.
14 *Capituli appellatio includit decanum, vnde quandoque decano & capitulo, quandoque capitulo tantum ſcribitur.*
15 *Monachus quis eſſe non deſinit per abbatiam, ſed ſcholaris per doctoratum contra.*
Rectores ſcholarium nomine comprehenduntur.
16 *Compilatio decretalium miſſa Bononiam, & Pariſiis.*
17 *Domicilium mora decennij conſtituit.*
18 *Schiſmatico, excommunicato, vel alij priuato gratia ſedis apoſtolicæ, qualis ſalutandi formula.*
19 *Benedictio apoſtolica inſcripta Papæ literis vnde pſiciſcatur.*

1 Gregorius. † Hoc proœmiū poteſt diuidi in
4.partes. In prima ſalutatio. In
ſcda, ibi, Rex pacificus, exor-
dium. In tertia, ibi, Sanè, narratio. In quarta, ibi, Vo-
lentes, concluſio. poſſet etiam diuidi in duas tantum,
ſcilicet in ſalutationem, & epiſtolam. Epiſtola in tres,
2 & ſic non longè diuerſum. Hoſtien. vero † diuidebat
in duas partes, in ſalutationem, & proſam, vel epiſto-
lam. primam ſubdiuidebat in tres partes. In prima di-
citur quis ſcribit. vſque ibi, dilectis. In ſecunda quibus
ſcribit, vſque ibi, ſalutem. In tertia ponit quid optat.
ſecundam ſubdiuidebat in 5. ad huius operis ſimili-
tudinem. primam vſque ibi, Sed effrenata. in qua
ponit creationis hominis qualitatem. ſecunda vſque
ibi, Ideoq;, vbi ponit pronitatē hominis ad peccandū,
& vnde procedat, & quo temperetur. tertia vſq; ibi, Sa
nè, in qua ponit cām promulgationis iuris. quarta vſq;
ibi; volentes. In quarta ponit ſuam intentionē, in qua
a ſtim eū nos reddit dociles: quia gaudēt breuitate [a] mo-

derni. Beneuolos, vbi dicit, ad communem vtilita-
tem. attentos, vbi dicit, adijcientes; & hoc eſt propriũ
ſcripturarum, hæc tria, vel eorum alterum operari, vt
dixit Hiero. in prologo Ioelis. In quinta præſentẽ con-
firmat compilationem, & aliam fieri prohibet. Et dicit
3 † Goff. quod Papa ad inſtar iuris conſulti præfationem
poſuit. ff. de ori. iuris. l. 1. de re. cre. l. 1. Aequiparabat
autem Hoſt. quamlibet ex his partibus vni corporeo
ſenſui. Primam viſui. Secundam guſtui. Tertiam audi-
tui. Quartam palpatui. Quintam odoratui. de qua æqui
paratione: quia parum vtilis, & quia conuerti poſſet,
non curo. Eodem modo æquiparare voluit ipſis 5. ſen-
ſibus 5. libros huius compilationis eo ordine, quo. ſ. &
illud etiam propter prædictas rationes omitto. Quod
etiam videre potes per eũ in proœmio ſummæ. §. quis
4 modus. ¶ Ad intellectum, † autem verborum huius ſa-
lutationis, & eorum, quę dici ſolent in ea, videas & hic
repetas, quæ notaui in ſalutatione ſexti libri. Grego-
5 rius † prius vocatus Hugo de Aranea, vel Hugolinus
ſecundum Boa. & fuit Campanus, ſicut in not. 3. dixit
Vinc. quòd iſte Gre. fuit perſpicaciſſimi ingenij, & emi
nentiſſimæ ſcientiæ in vtroque iure. Et dixit Philipp.
quod non ſedit excellentioris ingenij, vel eminen-
tioris ſcientiæ in cathedra piſcatoris. quod verbum
de Bonifacio ponit Archid. in proœmio ſexti libri. In-
terpretatur autem vigilans. & bene vigilauit hoc opus
faciens, vel fieri procurans ſecũdum Pe. & Abb. Et ety-
mologizando dicitur, quaſi gregem regens, vel quaſi
gregem ligans doctrina fidei, vel morum. ¶ Et ſcias
6 † quòd ſicut nomen imperatoris [b] in inſtrumento præ
b ponitur, in auth. vt nomen imperatoris. pręp. in princ.
c col. 5. ſic & nomen [c] papæ; & indictio præponi debet.
de indictione vide quod dicam ſuper data ſexti libri
in quæſtione de nomine. contra. 12. q. 1. dilectiſſimis,
ſm Vicẽ. ibi ſe papa in ſalutatione poſtponit. dic illud
fuiſſe ſm ſtatum & vſum eccleſiæ primitiuæ, ſecundum
quem ẽt interdum imperator ſe Romano pontifici pręe
mittebat. 17. diſt. victor. ſic & Plinius Secũdus in prin.
libri naturalis hiſtoriæ ſe Veſpaſiano præmiſit, & adde
quod dicam ĩ. de cri. fal. quam graui. [Seruus.] cõtra,
7 nonne † ipſe vicarius eſt Chriſti, de transla. quanto. &
imperator eſt eius filius. 96. di. ſi imperator. C. de ſum.
tri. inter, & 10. diſt. vides. dicit Vin. ꝙ magna eſt eius
poteſtas; ſed debet eam conformare publicæ vtilita-
ti, de fo. comp. c. vlt. [Dilectis,] Amore ſpirituali, non
carnali, de præb. graue, vt ec. benef. c. vno, Egi. [filijs]
8 in Chriſto, non in carne, Egi. non tñ † exprimitur, in
Chriſto, niſi cum ſcribitur Abbatiſſis, ſororibus, regi-
bus, vel reginis; de hoc in Spe. de reſcri. præſen. §. ratio
9 ne formæ, in princ. [Doctoribus,] qui vniuerſitatẽ † fa-
ciunt. ĩ. de conſti. ex literis. Caueant tamen, ne faciant
monopolium, puta, ne vnus recipiat ſcholarẽ alterius.
10 C. de monopo. l. 1. non tamen † quælibet pluralitas eſt
vniuerſitas, vel poteſt habere ſigillũ; de hoc ĩ. de ex-
11 ceſ. præla. dilecta. Vin. ¶ Scholaribus, quæro † an ap-
d pella. ſcholarium doctores [d] includerentur? dicit Egi.
ꝙ ſic, p decr. vltimã de ſimo. ĩ. de procura. quia in cau
12 ſis, cũ hoc, pro † quo ſcribitur, ſit cõe, nõ ſingulare, ad
hoc de reſcrip. c. doceri. vnde ad maiorem expreſſionẽ
poſitum eſt de doctoribus. alle. ff. de verb. ſig. familiæ,
13 inſti. de iure natu. §. plebs aũt, vbi familia † dominũ,
populus, & plebs ſenatores includit. all. in contrarium
14 de cõceſ. præb. poſt elec. vbi appellatio † capituli non
includit decanũ. rñdet, ꝙ illud eſt allegatio, cũ alias
bene includatur, de exceſ. præl. quia cunctis. §. 1. lib. 6.
vnde qñque ſcribitur decano, & capitulo, de poſtulan
do. c. 1. de elec. cum nobis olim. quandoq; tñ capitu-
lo, de poſtulan. c. ſi. de elec. Meſſana, cum ſi. tu dicas,
ꝙ quo ad thema huius proœmij ſuperflua eſt quæſtio,
vt patet ex 3. gloſ. Sed quo ad alios caſus dic verbum,
ſcholarium, poſitum in reſcriptis ad lites vel priuile-
gijs odioſis nõ includere doctores alias non ſcholares.
ad quod facit de reſcri. ſedes, de reg. iu. odia, lib. 6. de
locato. c. 1. & quod dixi in quæſtione de priuilegijs hu
ius ſtudij in Mercu. de reg. iu. cum quid prohibetur. li.
6. non obſtat decre. vlt. de ſimo. & ibi dicam. vel aliter
15 per Abbatiam † non definit quis eſſe monachus: ſed
per doctoratũ definit eſſe ſcholaris; vnde illud c. & ll.
prædictæ, fateor, ꝙ probant appella. ſcholarium com-
16 prehendi rectores ipſorum. [Bononiæ.] alias † Pari-
ſijs. vtrobique. n. fuit miſſa compilatio, Ho. [commo-
17 rãtibus.] elapſo † decennio intelligitur ibi habere do
micilium. Cod. de incolis l. 2. libro 10. quod intelligo
præſumi ex curſu temporis. ff. de vſur. cum de in rẽ ver-
ſo, Vin. adde, quod no. Accur. in prin. l. 2. [Salutẽ] hæc
18 ſubticetur † in literis, quas papa dirigit, Hoſt. ſchiſma
tico, excommunicato, vel alteri, cui ſubtracta ſit gra-
tia ſedis apoſtolicæ. facit 33. q. 1. admonere, in princ.
ſed ſcribitur, ſpiritum conſilii ſanioris, vel ea pati, quæ
agere meditatur ſecundum Boa. ſecundum quem ta-
cetur hic verbum ex vſu, vel præuio mentis affectu, &
loquitur Papa in tertia perſona, quaſi ſumat vicẽ, vel
perſonam nuntij ſecundum eum [Apoſtolicam] i. quæ
19 data † fuit apoſtolis. vel ſic dicitur, quia datur ab apo.
ſtolico ſecundum Egi.

ADDITIONES.

a ¶ Breuitate. vt l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appel. & per gl. in l. 1. ff. quod met. cauſa, & per Imo. hic & per doct. legiſtas in locis ſupra allegatis.

b ¶ Imperatoris. Vide Bartolum, & ibi pulchrè ſcribentes in rubrica ff. de oper. no. nunc. & latè d. And. Barba. in repe. de fi. inſtrum. 4. fol.

c ¶ Nomen. Et per Card. hic in ver. nunquid in inſtrum. & vide per gl. & Io. And. in c. inter dilectos, de fide inſtr. & Spec. de inſtrum edi. §. 2. in 1. col. & in §. inſtrumẽtum, ver. item ꝙ non eſt, & per Bart. in authen. vt præponatur no. impe. in 1. no. qui enumerat, quæ ſunt illa, quæ debent in inſtrumentis apponi. & plenius in l. generali. C. de tabu. li. 10. & per cano. in d. c. inter dilectos. & quod no. in c. quoniam contra falſam, in gl. antep. extra de proba. & propterea dicit gl. in d. auth. vt præponatur no. imper. in 1. no. plurimam auctoritatem dari inſtrumẽto ex memoria principis. alle. no. C. de teſta. l. omnium, & per Io. de Imo. in proœmio decre. in 3. col. qui recitando Ioan. Andr. tenet, quòd hic & per Ioã. And. in data 6. in nouella. Quod idem firmat d. Abbas hic in 4. col. & per d. Alexan. & Mod. in rubr. ff. de nouẽ ope. nunt. Et ibi ponunt moder. vnam pulchram q. melius examinatam, quam alibi, quòd Chriſtianus conficiens inſtrumentum inter duos Iudæos tenetur inuocare nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. & ita obſeruat conſuetudo, & vide do. Bar. in 1. conſti. fforum qui per illum text. hoc tenet in 5. col. in ver. ex quo optime colligitur.

d ¶ Doctores. vide hic Feli. de iſta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium & ſcopus pontificis in hoc exordio, & quare ius poſitiuum fuerit promulgatum.*
2 *Exordij huius, & Ioannis Papæ in Clementinas conſtitutiones differentia.*
3 *Pacifici appellatione hic intelligitur Chriſtus, & nu. 4. Etymologia pacifici.*
Regum proprium.
4 *Cœleſtium & terrenorum Deus diſpoſitor.*
5 *Modeſti ſi eſſent ſubditi, non fuiſſet neceſſarium ius poſitiuũ.*
Si lis nulla eſſet, non indigeremus actibus iudiciarijs.
6 *Cupiditas occupat omnis profeſſionis viros.*
7 *Pacis æmula quid ſignificet.*
Auari, & Damnationes cupidi natura.
Litis appellatio tam extraiudicialem, quam iudicialem amplectitur.
8 *Lites vt odioſæ reſtringuntur.*
Nobilitas quid pariat. Iurgium ad iudicium reſertur.
9 *Quotidie pro aſſiduè item ſemper, & perpetuum.*
10 *Authoritate ſua quis poteſt obuiare defenſionis ſuæ cauſa.*

11 *Impli-*

Digitized by Google

11 *Implicitum quid.*
12 *Ius compoſitum ad ſeruandum humanum fędus.*
13 *Abuſus uarijs pęnis punitur.*
14 *Repudium & Diuortium quorum.*
15 *Exulare quid.*
16 *Legis officium, & etymon.*
17 *Deſcriptio.*
18 *Prodere quid hic.*
19 *Noxius quis.*
20 *Regula quid.*
21 *Lædere nec ſeipſum quis permittitur.*
22 *Operis huius commendatio, & vtilitas.*
23 *Epiſtolæ decretales habent vim conſtitutionum.*
De conſtitutionum diuerſis nominibus, & remiſſiue.
Decretum quibus modis dicitur.
24 *Similitudo interdum vtilis & quæ ſequenda nu. 25.*
26 *Confuſio vitanda,*
27 *Variare, & vacillare quid.*
28 *Vigilantibus iura ſunt prodita.*
29 *Ramundus compilator qualis, & vnde.*
30 *Actio ex promiſſo nõ datur apud Catelanos, tenentur tamen de dolo.*
Compilationes antiquæ decretalium quales.
31 *Decretalis extra hoc volumen allegator qua pęna teneatur & item iudex.*
32 *De principijs decretaliũ ſuperfluis quid dicendum, remiſſio.*
33 *Sñia lata per contrariũ intellectum, quid agendum, remittit.*
34 *Declarator eſſe poteſt aliquando, non iudex.*
35 *Tantum, aduerbium reſtringendi vim habet.*
36 *Edictum de compilatione eſt prohibitorium,*
37 *Rubricę ne authentica decretalium ſint.*
38 *Per conciliorum compilationem hanc quid tollere intelligatur auctor.*
39 *De compilatione antiquata quid allegari poſſit.*
40 *Allegatio huius compilationis qualiter nunc, & qualiter olim facienda.*
41 *Legis generalis nota, remiſſiue.*
42 *Factione prohibita an prohibeatur allegatio.*
43 *Epilogus gloſſarum.*
44 *Ex Suffragio gloſſarum.*
Seruum appellat ſe imperator, & quibus verbis.
Omne bonum debet eſſe manſurum.
Iudices contenti eſſe debent fiſcali ſalario.
Quid honeſtum ſit, non ſolum quid liceat, conſiderandum.
Via conceſſa per fundum, per omnes eius quoque partes uidetur conceſſa; Ciuiliter id tamen intelligendum.
45 *Ex Suppletionibus gloſſarum.*
Studij priuilegia habet curia Romana.
46 *Reſcripta ad lites non extenduntur ad alias perſonas, neque res.*
47 *Compilationis huius exempla ad ſolennia ſtudia miſſa.*
Ex ſuppletionibus gloſſarum in proœmium.

1 Rex. Exordium, in † quo principaliter intendit
oñdere, quare ius poſitiuum fuerit promul
gatum, & ipſius iuris effectũ dicẽs, ꝙ ſi ho-
mines eſſent pudici, pacifici, & modeſti ſm̃ diſpoſitio
nes creatoris, non fuiſſet neceſſarium ius poſitiuũ. Sed
quia homines ſunt cupidi ad aliena, iõ lites inſurgunt,
quæ niſi per iuſticiam reprimerentur, in mundo non
eſſet concordia: & ideo ius proditum eſt, ut talem cu-
pidum appetitum refrenet, & homines in tribus iuris
præceptis informet. Et ſic ſoluit in hoc exordio, quod
obijci poſſet, ius poſitiuum eſſe ſuperfluum, quaſi ſuf-
ficeret naturale. alias de imperfectionis opere notare-
mus creatorem, contra id de baptiſ. maiores, verſ. ſed
2 adhuc. In quo † aũt differant exordia Bonifacii, & Io-
annis ab iſto, vide in proœmio Clem. no. in gl. 2. [Pacifi
3 cus.] † i. Chriſtus. Phi. vel. i. deus pacem faciens, & nihi
lominus iuſtitiam, quod regum eſt proprium, ut 23. q.
4 regum, Goſ. [Diſpoſuit.] cuncta † .n. cœleſtia, & terre-
na diſponit, de reliquiis & vene. ſanc. c. 1. in prin. lib. 6.
[Pacificos] qualis ipſe, vt ſ. dixit [Modeſtos] & ſi ipſi
5 † ſubditi tales eſſent ſm̃ diſpoſitionẽ & voluntatẽ crea
toris, nõ fuiſſet neceſſariũ ius poſitiuũ. ſi .n. nulla lis eſ-
ſet, ad quid indigeremus titulis, de libel. ob. de litis cõ
teſt. Et idẽ in ſimilib. [Effrenata] ad ſimilitudinẽ equi
6 effreni, de homi. c. dilectus. circuit, & † occupat oẽs pro
feſſionis viros ſm̃ Pet. & Abb. & ſimile, qđ dicit Io. de
Gratiano, 1. q. 1. ẽt corde. inducit Hoſt. & Egi. ſimile,
ꝙ dicit lex, effuſa concupiſcẽtia. in auct. quibus modis
a natura. efficiãtur ſui. §. ſi vero, col. 7. [Pacis [a] † æmula.]
7 i. pacẽ odiens. Egi. vñ auarus, vel dñationis cupidus,
vel ob id elatus non deſiderat habere cõſortem. 23. q.
7. quod aũt, ſm̃ Hoſ. [Litium] extraiudicialium, & ſm̃
Phi. ẽt de iudicialibus intelligitur: qui dicit, ꝙ per ꝯñs
erat mater criminũ, quib. litis materiam creant. C. de
8 iudi. properandum, in prin. Reſtringuntur ergo † vt o-
dioſæ. ĩ. de reſcr. nonnulli; & ponebat verſum, Nobili-
tas faſtum: faſtus litem parit; armat lis odium, capiũt
hęc tria mortis iter. [Iurgiorum] iudicialium, de verb.
9 ſig. forus, Ho. (Quotidie] † i. aſſiduè; & valet ad teſtes,
qui dicũt aliquid ſemper, quotidie factũ. Nam & cau-
ſa ſtillicidii dicitur perpetua, q̃ non ſemp cadit. ff. de
ſer. vrb. præ. foramen, de cler. non reſi. ex parte, el 2. ſed
Vin. & Pe. de Ab. & Egi. qui ẽt alleg. de præb. ſignifica-
tum. [Conatus] accuſatiui caſus, Ab. i. vires. Egi. (Sua
10 virtute] no. ar. ſm̃ Vin. ꝙ auctoritate † iuris p̃t quis per
ſe obuiare in prin. pro defenſione iuris ſui, & antequã
p̃ſumatur debitũ. 8. diſt i. mala, de hoc C. de Iudæis. le.
nullus, [quæſtiones] accuſatiuum. [Ipſius] effrenatę cu
11 piditatis, [Implicitas] † i. implicitas, indeterminatas
& occultas. P. [ius] accuſatiuum. [Humani fęderis] .i.
12 compoſitũ † ad ſeruãdũ humanũ fędus, Ho. [Abuſus]
13 qui † varijs pęnis punitur, vt dicetur ĩ. de pęnis, calũ-
niã, Phi. & erat ſcđm Hoſt. peruersè, & malè allegãtiũ.
ĩ. de reſcri. diſpendia, de decimis, ad audientiam. [Re
14 pudii] metaphorice loquitur, dicitur enim † repudiũ
b inter ſpõſos, & diuortium inter carnaliter coniũctos. [b]
ff. de verb. ſig. inter ſtuprum. §. diuortium. Phi. tñ & in-
ter cõiuges datur repudium, vt ibi. [Exularet] i. in exi-
15 lium † poneretur, Ho. [Lex] † quæ diuinas & humanas
16 res benè diſponit, & omnẽ iniquitatem expellit. C. de
vete. iu. enuc. l. 1. Vincen. in princip. vnde dicitur lex,
quia ligat, vel legitimè agit obſeruatores remuneran-
do, tranſgreſſores puniẽdo. 3. di. oĩs lex. ff. de iuſt. & iu.
17 l. 1. Eſt † autem lex conſtitutio ſcripta, iuſta pręcipiẽs,
& cõia ꝓhibẽs. 1. di. lex eſt. 23. q. 4. ſi eccleſia, in fi. Phi.
18 [Proditur] † .i. de nouo promulgatur, vel. i. aperitur, &
19 manifeſtatur, Ho. [Noxius] abſtinere † neſciens &c. ĩ.
de cõceſ. præb. c. 2. in prin. li. 6. & exponit Pe. i. nocẽdi
c volũtas. [Regula] [c] † qđ ſit regula, habes 4. diſt. regu-
20 la, & plenè ĩ. de reg. iu. li. 6. ſuper Rubrica. [Alterum]
& ſcientiæ. 20. diſt. §. 1. vbi de hoc, & 21. diſt. §. 1. quidã
dicunt vnam clauem tantum. ſ. poteſtatis, ad cuius iu-
ſtum exercitium neceſſaria eſt ſcientia, pro vtraq; par-
te. ĩ. de exco. præ. tanta. Alij dicunt, ꝙ vna eſt clauis fo-
ri iudicialis contentioſi, alia fori pęnitentialis volunta-
rij. Et de hoc vide plene per Hoſt. in ſumma de remiſ-
67 ſionibus. §. 1. in prin. de hoc. & diffinitionẽ clauis † vi-
de in conſt. Io. quia quorundam. ver. 1. quidem. [Apo-
68 ſtolis] † omnibus, non ſolum Petro, vt dixi de pę. & re. ĩ.
noua quædã, in ſi. [Succeſſoribus] large ſumitur, vt non
cõprehẽdat ſolos ẽpos, de hoc 12. q. 1. vidẽtes. [Baptiſ-
69 mi.] hic tractauit Bonaguida de 7. ſacramentis, qđ ple-
70 ne dicã ĩ. de ſacris non ite. ſuper rub. [Trinitatis] † ex-
plicite, vt ſequitur, de con. diſt. 4. in Synodo, Vin. [Rite]
71 † hic ſoluit ꝯtrium de canõ. de ꝯ. diſt. 4. quos a paganis,
72 cũ ſi. [Semper] † et tpe gñalis interdicti, qđ dic, vt ĩ. de
ſen. exc. c. vlt. in prin. li. 6. & dr̃ pęnitentia ſecunda poſt
73 naufragiũ tabula, de pę. diſt. 1. Pęnitentiã. † de pę. diſt.
1. multiplex, & c. tres ſunt actiones, Vin. [Reparari] Ho.
[Cõiugati] cõcordat. 30. diſt. ſi quis p. p. Deum, & c. ſeq.
& c. ſi quis nuptias, & 13. diſtin. neru. in ſi. 12. q. 1. duo
74 ſunt, Ber. [Operationem] fides. n. ſine † operibus mor-
g tua eſt, de ſacra vnc. c. vno. g ¶ Tertia † gl. dat tria ſimi
75 lia, & ſubmittit genus. ¶ † Gl. no. ꝙ, tractat de triplici
compoſitione, & dat ſimile in anima. ¶ Gl. Sed contra.
ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Gloſſ. nunquid, quærit,
arguit negatiue, ſoluit contrarium, & argumento re-
ſpodet. ¶ Gl. hæc fuit, declarat triplicem legem ſub tri-
plici tẽpore. ¶ Vltima gl. proſequitur triplicem homi-
num ſtatum. ¶ In glo. 4. ibi. l. 3. ibi dicitur, ꝙ ſcripta in
76 teſtamento, quæ non intelliguntur, habentur perinde,
h ac ſi ſcripta non eſſent, h reliqua per ſe valent. Et ibi ni-
77 hil, ibi, nil † intereſt negare, tacere, vel obſcure rñde-
re. ¶ In gl. & ideo, ibi. §. qui igitur, tenetur ſerui corru-
78 pti ſolicitans † ſeruum ad fugam, furtum, vel aliud ſi-
i mile, etiam ſi alias facturus i fuiſſet. [& ibi. l. 2. In fin.]
ponit exemplum de illo, qui conſuluit pecuniam potius
in emptionem prædiorum locandam, quam fœneran-
79 dam, vel e conuerſo. & ibi [peritiores] † ex quo illorum
copia poterat haberi, vt in legibus ſeq. Et ibi [in bono-
rum] vide de magiſtris. c. ſi. ſuper gloſſ. etiam. ¶ In gl.
80 1. [ibi, probari.] cum enim probatio fiat per certius, &
81 nil certius † fide, quia de re certiſſima eſt, ſcilicet de
Deo, ergo probari nõ poteſt, bene tamen facit oſtenſio-
nes, vt dicam inf. c. 2. ſuper verbo, quantitas. ¶ In gloſſ.
82 2. [ibi, omne quod] unde ad hoc genus † mendacij k
K nulla conditione quis debet adduci. 22. q. 2. primum.
Vin. ſed nec ad aliud, qđ dic, vt in ſumma de pę. §. quæ
interrogationes, ſub §. dixiſti vnquam mendacium, Ho-
83 ſtien. ¶ In gl. 3. [in fi.] quod ſi fiat, tene † quod no. inf.
de ſpon. ex litteris. 1. & plenius in ſi. de reg. iur. contra eũ.
84 l. b. 6. ¶ In gl. 1. ſiue, [in fi.] infra omnia † nõ depreſſus.
& facit ad hoc de relig. & vene. ſan. c. 1. in prin. lib. 6. in
Hiero. 5. c. D. ſuper omnia quippe eſt regendo atque im-
perando, ſubtus omnia ſuſtinendo atque portando non
pondere laboris, ſed infatigabili virtute. ¶ In gloſſ.
85 quia omnia, [ibi, potentiam] † unde impoſſibiles &
deſperatas res donare poteſt. C. de vete. iur. enu. l. 1. ad
fin. prima colum. Hoſtien. vide in Hiero. 3. cap. D. & ad
86 Ocea. 1. B. [Et ibi, Ang.] qui dicit, Deus non † poteſt fa-
cere iniuſta, quia ipſe eſt ſumma iuſticia, & non poſ-
87 ſe † mentiri, magna eſt Dei potentia. Et ſcias, quod
omnis potentia eius principaliter in duobus apparet,
quia neque aliud ad patiendum ei corruptionem põt
inferre, neq; ad faciendum, quod uult, impedimentum
afferre

aſſerre.[Et in fi.]nec ſuſcitare poteſt virginē poſt rui-
nam: quia quod præteritum eſt, nequit non fuiſſe.ff.
de capti.& poſtli.reuer.in bello.§.factæ.poſſet tamen
eam omnino integram reddere, ſic intellige 32.qu.5.
ſi.Paulus.Hoſtien.vel aliter, vt ibi,& vide in Hierony
mo.parte 2.in dialogo.¶ In gl.22.[ibi, Boetius]ter-
tio de conſolatione,[& ibi, vt ibi dicitur]quod intelli
ge, vt ibi no.¶ In gl.[vnde in veteri, ibi lege]habetur
hoc ad Hebræos.12.cap.& ſumi etiam potuit de exo.
19.vbi iubebatur lapidari etiam iumentum montem
88 tangens.[Et ibi, Beſtia]† i.homo, quæ tetigerit, ſcili-
cet peccando.[Montem]i.Chriſtum, vel tetigerit.i.tā
89 gere voluerit,& talis eſt natura † Beſtiæ, quia vult tā-
gere & indagare, ad quod nō ſufficit intellectus huma
nus. Aug.ad Voluſi.demus Deo aliquid poſſe, quod fa
teamur nos inueſtigare non poſſe. Et eccleſiaſti.3.al-
tiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcruteris, Hiero-
90 nymus contra Pelagi.fiat voluntas † Dei non diſcutiē
da, ſed cum gratiarum actione patienda eſt. Item Gre
gorius dixit ſuper Iob.9.ca.facta Dei debemus vene-
rari: quia iniuſta eſſe non poſſunt; non diſcutere: quia
rationem conſilij ſui quærere eſt contra illum ſuperbi
re; & inde in Hiero. ſuper parabolis, in fi.¶ Item dici-
91 tur, quod illud ingenium † confuſiones recipiet, quod
verſatur circa hæc quatuor, quid fuit in alto, quid in
imo, quid fuerit primo, quid erit vltimo.[Et in fi.ad
Romanos.11.G.& de pę.diſt.4.ſi ex bono.¶ In gloſſ.
[ſeq.in fi.]ad hoc de con.diſt.2.in Chriſto pater.¶ In
92 gl.no.quod multiplex.†[ibi, in anima]Item acciden-
tis ad ſubiectum, vt albedinis ad parietem[Et ibi, cō-
poſitionis]nam ſi eſſet quid compoſitum, eſſet dare a-
liquid prius Deo.ſ.patrem eius, quod non eſt intelligi
93 bile[Spiritui ſancto]Alij dicunt quod † memoria pa-
tri; intelligentia filio; voluntas Spiritui ſancto. Alij, ꝙ
intellectus patri: voluntas filio: memoria Spiritui ſan-
cto,& de hoc per Hoſt.in ſumma eo.tit.§.1.in fi. ſub-
ſtantia ergo diuina non fuit compoſita ex uerbo Dei,
& carne: vnde damnatur Eutices Abbas, qui hoc dixe
rat.15.diſt.canones, verſic.quarta. Hoſt.notauit Goff.
94 & poſt eum Hoſt.ĩ.c.prox.ꝙ eſt ſimplicitas † contra-
ria dolo.2.q.7.ſancta.& de hac dicitur, habeto ſimpli
citatem columbæ &c.16.q.1.ſi cupis. Alia eſt, quæ pro
m uenit ex ignorātia,[m] hæc reprobatur.39.diſ.Petrus,[n]
n cuius electio fuit caſſata: quia ſimplex erat, & inſcius.
hodie talis remouetur etiā iam promotus, de ætat.&
qualita.ca.vlt.olim dabatur coadiutor.7.q.1.petiſti,
& c. quia frater. Deus vero nulla iſtarum ſimplicita-
tum dicitur ſimplex: ſed ſimplex dicitur: quia in eo
nec diuerſitas partium conſiſtit, nec pluralitas pro-
prietatum: vnde Philoſophus dicit ſecundum Hoſtiē.
hic in ſumma.eo.§.1.Sed vbi hic dicat ad literam, ne
95 ſcio.quod ipſum † principium, quod eſt Deus, non eſt
contentum ſub genere, nec ſub diffinitione, neque ſub-
eſt demonſtrationi; expers eſt qualitatis, quantitatis,
quotitatis, vbi,& quando,& motus, nec eſt aliquid ſibi
ſimile, nec communicans nec contrarium. dixit etiā
96 Ariſtoteles, quod prima † cauſa ſuperior eſt narratio-
ne, nec deficiunt linguæ a narratione, niſi propter nar
rationem cauſæ ipſius: quoniam ipſa eſt ſuper omnem
cauſam,& non narratur: niſi per cauſas ſecundas, quæ
illuminantur a lumine prioris cauſæ, quod eſt; quoniā
prima cauſa non ceſſat illuminare ſuum cauſatum, &
ipſa illuminatur a lumine ſuo: quoniam ipſa eſt lumē
ſupra quod non eſt lumen. Cuius dictum Ioa.euan.
corroborat dicens. Erat lux vera quæ illuminat om-
nem hominem venientem in hunc mundum. ¶ In
gloſſ.[vnde Salomon]ec.18.[& in fi.]Item no.35.diſ.
97 ſexto die, in 1.gl. dicit Abb.ꝙ ſimul † creauit omnia
in materia informi, vt hic. quæ cum dierum diſtinctio
ne deduxit in formam, vt ibi.¶ In gl.ſe.[ibi, Homi-
nem]Gen.1.¶ In gl.ſe[ibi, Sentimus]habet eſſe cum
o lapidibus; viuere cum plantis,& ſic eſt hō[o] † armonia
98 omnis creaturæ. Eſt autem armonia † conſonātia plu-
99 rimorum cauſatuum.[In fi.]ſic clerici ſeculares ad re-
ligioſos,& laicos: ſic ſcientia canonica ad theologicā,
& ciuilem: ſic emphyteuſis venditioni,& locationi. C.
de iure emp.l.1.Ho.qui de hoc poſuit hic gl. quam vt
100 nō vtilem ꝑtermitto.¶ In gl.[diabolus, † in fi.]hoc
101 non placet Iacobo.¶ In gl.[dęmon, † ibi, Sciens]vel
deorſum fluens, vel ruens, vt quod habet in voluntate,
102 ferat in nomine: non.n.† qui decidit, ſurſum aſcende
re monet: ſed deorſum ruere ſuadet. vnde Matth.4.ſi
filius Dei es, mitte te deorſum.¶ In glo.[nunquid ibi,
dixit apoſtolus]ad Ephe.2.dixit Gui.quod apoſtolus
103 † loquitur de natura corruptionis, nō de natura crea
tionis.[Et in fi.]de hoc de pę.diſt.3.ille rex, in gl.ſi q
dē, Gui.¶ In glo.[& ideo ibi.§.qui igitur]& ff.de ędi.
104 edic.bouē.§.qui perſuaſione, vbi non excuſatur † ſer
p uus, ſi alterius ſuaſu fugit,[p] Gof.dic ergo, ꝙ aut exhor
tatio, vel conſilium datur circa contractum, vel quaſi;
aut circa maleficiū, vel quaſi, quod proſequitur, vt no.
ĩ.de re.iur.nullus.ex conſi.li.6.¶ In gl.[hæc fuit, in fi.]
facit qđ no.de con.diſ.1.nocte,& ĩ.de ce.miſ.cōſulu i-
105 ſti.¶ In glo.[hoc fuit, ibi, arca,]† Noe, Gen.7.[ibi,
duas naturas]ſ.lignum,& aqua: habuit etiam incluſio
in arca, ꝑ quā tunc fuit ſaluatū genus humanū, figura
re incluſionem diuinitatis in humanitate, per quam e-
rat ſaluandū. quidā non intelligentes hanc gl. ſignant
eam in §.vna, in prin.dicentes vnicā eccleſiā deſigna-
tā ꝑ vnicā arcā, extra quam &c. Gui.exponit duas natu
ras.ſ.maſculinā,& femininam de quolibet genere ani
mātium. Sed hoc mihi nō placet, quia ibi duplicitas ſe
xus, nō naturæ. Boa.dicit aliquos dicere, ꝙ hi, qui fue-
rūt in arca, hābuerūt duas naturas, vnā aū diluuium,
aliā poſt. Alij dicūt ſm eum, ꝙ etiā ferarum animaliū
natura fuit humanata,& ſic habuerunt duplicem natu
rā, feritatis,& humanitatis. Sed dic, vt prius dixi, nec
gl.loquitur de redēptione brutorū, ſed ſanctorū: dñs
meus recitabat hic, quod hic quæſitus, quid vellet hic
gl. rñdit ſe ignorare; ſed poſuiſſe gl.antiquam, vt inue
nerat.[Et ibi, Quoad opinionem]Petri, Ambroſij, &
aliorū ſanctorū, qui verè opinati ſunt arcam coniun-
ctam aquæ ſignificare ꝓdicta[Et ibi, veritatem]quia
ex veritate, quæ ſecuta eſt in Chro Deo & hoīe, ſeu per
ipſum de ſalute noſtra conſumanda, patet verā fuiſſe fi
gurā.¶ In glo.[22.in fi.]& Gen.22.ꝑ Hiſtoriā. quæ hr
in prædictis canonib.intelliges glo.figurādo per Iſaac
106 † deitatē, arietē humanitatem.¶ In gl.vnde ibi apo
ſtolus 1.ad Cor.15.in fi.¶ In gl.[de conſe.diſt.2. ibi,
Moyſes]ibi no.idē, ver.duodena.ſ.apoſtolorū, quibus
in die cęnę tradidit corpus ſuū.¶ In ea.gl.ibi, de quo
dicitur 2.reg.6.¶ In gl.[hoc ex cauſa, ibi, propter ho-
107 norē]† aliæ rōnes no.de conſe.diſt.1.forte, vbi etiā
no.quare potius ſub his, quā ſub alijs ſpeciebus.¶ In gl.
q [hic eſt, ibi, Articulus[q]] non eſt verum.¶ In gloſſ.[a
108 quocunq;]ſed cum ſufficiat † cōtritio, nonne melius
eſt abſtinere, quā ab hæretico recipere? Sol. vt not.32.
diſt.§.verū, alias.c.ad hæc, in gl.pen.¶ In eadem gl.
[ibi, Quidam.]& c.dedit baptiſmum Iudas, in fin. vbi
109 plenè no.quare in neceſſitate † ab hæretico poteſt re-
cipi baptiſmus,& non euchariſtia. ſcias tamē, ꝙ pec-
cat non ſacerdos, qui ſine neceſſitate baptizat, vt in c.
quod quidam,& inf.de cleri.non ordi.mini.cap.1. Et
per ſacerdotem poſtea ſupplebuntur ſolitæ vnctiones
de quibus ĩ.de ſacra vncti.c.vno. vt 1.quæſtio.1.§.ec
ce, quādo, in fi.¶ In vltim.gl.[ibi, Tres ſunt ordines]
110 De his loquendo dicit Hiero.quod diſcolores † equi
voluntate concordes vnum aurigæ iugum trahūt, hoc
dixit propter Paulam continentem, Euſtochium vir-
ginem,& Paulinā coniugatā; vide ad Pammachium,

ſecundā B. [& ibi, Virgines] cæteris paribus, vt dicit
111 Hierony. ad Paulam, & Euſtochium. c. Eſſe † angelū fœlicitatis eſt. Eſſe vero virginem, eſt virtutis, cum hæc obtinere viribus cum gratia nititur, quod habet angelus ex natura; & ad principia ſecūda. c. ſcias vir-
112 ginitatem † pudicitiæ gladium ſemper habere, per quem truncat opera carnis, & ſuperat voluntates: gentium quoque error deas virginum finxit armatas. Si dicas, peribit genus humanum, ſi omnes ſunt virgines, reſponde, vt Hiero. contra Iouini. d. [& Ibi, Imperatū]
113 vide Hiero. ſuper Philomene. c. [& ibi, Expedit] † propter onera matrimonij, Expedit tamen propter vitandam fornicationem, & ſic ſoluit contrarium de canone 28. q. 1. ſic enim. facit 32. q. 5. ſi Paulus, in fine. his reſpectibus Socrates ab adoleſcente conſultus, an vxorem duceret vel non; reſpondit eum pœnitentiā acturum, quodcunq; eorum fecerit, rationes reddens, quas ponit Valerius lib. 7. c. 2.

ADDITIONES.

a ¶ Ita. Et refertur ad factum, ratum ad ius, vt not. in d. l. id quod pauperib. C. de epiſ. & cle. & per Bar. in l. metū. §. volēti. ff. quod me. cā. & vide circa hoc Bar. in d. l. id qd pauperibus, qui declarat & no. aliā l. ad hoc videlicet firmū ad factū, et ratū ad ius, qui dicit gl. illius l. eſſe no. & neſcire alibi. d. Ale. in addi. ad Bar in d. l. id quod pauperibus, ponderat eſſe tex. quem etiam vidi pro illis gl. in l. hoc ita. ff. de ſpō. Quod dicit ipſe, ꝙ bene ſequitur do. Abb. in c. Raynal. de teſt. vbi d. Abb. dicit, ꝙ conueniendo aliquem de facto facit incidere in penam, ad idem facit l. nuda, & qd ibi habetur. ff. de cōtrahe. & cōmit. ſtipu. vide l. Lucius. §. tres heredes, poſt gl. ff. ad Treb. & per Sal. in l. ſi quis maior, de tranſact. in pe. col. & ibi per d. Ale. etiam, & vltra prædictam vide ēt do. Ang. in d. l. ſi quis maior. C. de tranſact.

b ¶ Simpliciter, de iſto ver. ſimpliciter, & eius ſignificatione hic poſita per Io. And. cōcor. vide in l. manifeſtiſſimi, in 2. not. C. de fur. vide no. per d. Bar. & doc. in l. 1. ff. de vul. & pup. & ibi per do. Ale. & per Bart. d. Alex. & Mod. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff de verb. obl. vbi ſunt plures cōcordantes, quas hic non repeto, ſed vltra eos & alle. vide no. in cle. ſæpe, in verbo, ſimpliciter, & ibi per doc. & maximè Domini. de S. Gemi. de verb. ſign. vbi exponūt verbū, ſimpliciter. i. pure & ſine diſtinctione. Et de materia huius verbi, ſimpliciter, quō multipliciter accipiatur & in ſtatu. & vltimis volūtatibus, vide no. per doc. vbi ſupra, qui inducūt ad plures qōnes, & maximè de ſtatuto ꝙ quis teneatur rēſpōdere poſitionib. ſimpliciter negādo, vel affirmādo, & quæ dicātur duplices reſpōſiones, & poſitiones, vide vbi ſup. & per d. Cy. in l. ſi quidē. C. de excep. & ibi ēt per Bal. & per Bar. in l. vti quo. ff. eo. Dom. Ang. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, dicit ꝙ verbū, ſimpliciter, ibi in eo. §. iūcta gl. importat puritatē, ponēs ibi qōnē de ſtatuto, ꝗ plenius dixit tractari per d. Bar. in qōne, quæ incipit, per Italiā cōiter ſunt ſtatuta, vt declarat iſtā q. melius, quā alibi: quia ipſam vidi, & habeo in ſtudio meo, & vide d. Bald. in l. 1. ff. de vul. & pu. qui ponit q. de ſtatuto, ꝙ quis teneatur reſpōdere poſitionibus ſimpliciter. Quod dicit, hēt locū, niſi interrogatio eſſet duplex, vel incerta, quia tūc non tenetur reſpōdere ſimpliciter, & iſta eſt maxima limitatio ad oīa dicta doc. ſup. & hic, & aliquid ēt vide per d. Raph. Cu. in d. l. 1. ff. de vul. & pup. & per d. Io. de Imo. in d. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, in 2. col. in verſ. vlt. no. de iſta dictione, ſimpliciter, &c. quæ intelligitur purè, & de vario ſignificatu ipſius verbi ſimpliciter, vide ibi per d. Io. de Imo. vbi ēt declarat, quid in rubricis importet iſtud verbū, ſimpliciter. i. volo, quòd procedas ſimpliciter: volo quòd procedas ſine rigoroſitate, reiectis difficultatibus, ac duplicitatibus, vide, vt ibi per eū, & per d. Bald. in l. ea q. C. de cō inde. in ver. 6. quæro &c. Quod ſi quis cōfitetur factū ſimpliciter, & negat qualitatē adiunctam facto, in pena facti punitur ex eo: quia negauit qualitatem, & licet ibi Bart. ideo nō concludat, tamē remittit ſe ad ea, q̄ habētur, & not. per eū in l. eū qui. ff. de iureiur. in 2. col. vbi cōcludit, quòd negā qualitatē, quæ alterat factū, videtur negare factū, quod proponitur, & ſic non ſimpliciter cōfiteri &c. quem vide, tamen ipſe d. Bal. etiam ſe remittit ad qō. Bar. ſupra all. per d. Ang. in d. l. ea quæ. de condi. inde. quæ incipit, per Italiam, vbi Bar. multa, pulchra, & quotidiana dic. in hac materia.

c ¶ Operam. Vide Barba. conſ. 4. col. 5. vol. 2.

d ¶ Bonum. Vide Bar. & ibidem Aret. in l. nemo eſt, qui neſciat. ff. de duobus reis & vide Fe lin. in cap. licet ex quadam, col. 2. de teſt. aliquid per Barb. conſ. 10. vel 11. col. 9. & ſequen primo volumine, & conſ. 15. col. 10. eo. vol. 1.

e ¶ Leges. Adde quòd Bal. in l. multum intereſt. ff. de verb oblig. dicit, quòd leges fuerunt conditæ per 300. annos antequam Chriſtus veniret, vel plus ſecundum eum.

f ¶ De iſto verb. Ritè, & rectè, vltra allegata per Ioā. And. hic & pro eius opi. vide d. Abb. & doc. in c. firmiter, in §. vna vero, in 3. col. in ver. & no. ꝙ ſacerdotes. C. de ſum. trini. & fide ca. Idem tenet d. Bar. in d. l. 2. hic alleg. per eū. nam, rectè, dicit Bart. ſignificat iuſtitiā rei in ſe, ſeu rectitudinē eſſe. Ritè ſignificat iuſtitiā ſeu ſolēnitatē i ordine. allegat ſimile eſſe in l. ſed ſi lege. §. ſciretur. inf. de peti. hæ. & tenet ēt hoc idē Bart. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. Quod dicit Bar. eſſe no. in formatione punctorū, quādo mittūtur ad ſapientes: qm̄ aliter dēt conſuli, quādo in puncto eſſet, recte, & aliter quādo, rite, & vide Ang. in d. l. 2. ff. de inoff. teſt. qui tenet idē qd Bar. ibi. & ad hoc ēt vide gl. 3. & ibi Bal. ff. de libe ri. & poſt. qui allegat ēt ſimilē gl. in l. vt veniont, de pet. here. & aliā gl. in l. 2. ff. de iniuſto ru. & irrito teſtō. Adde ēt gl. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. & ibi per d. Io. de Imo. qui allegat l. 2. §. 1. ff. de inoff teſt. & ibi per mode. & Ale. de Imo. & vide L... Pō hoc idē tenentē in l. 2. in 3. col in verſic. no. ſecūdo. in ver. recte. ff. de inoff. teſt. qui allegat ſimilem text. ad hoc in l. recte defendi ff. de iudi: & per d. Card. in cle. teſtibus, in prin. de teſt. qui alle. c. ſi extra de ſum. trin. & ſi. ca. & per eūdē, & vltra prædicta de ſignificato iſtorū verborū vide d. Ale. & moderniores in d. l. lecta, & per doc. in l. qd iuſſit. ff. de re iudi. de iſto verb. rite, ponunt doc. q. ꝙ bannitus poſſit oſtendi, qd iſtud intelligitur in rite bānito. vide de hoc Bar. & Ang. in l. 4. §. condē. ff. de re iudi. iſta fuit qō prius formata per Dy. vt refert Bar. in d. §. condē. in fi. & remittit ſe ipſe Bar. ad dicta per eū in l. pe. ff. de adul. quē vide, & per Imo. in d. §. cōdēnatū, in prin. et Pau. de Ca. ēt in d. §. cōdem. in pe. col. qui allegat idē tene. Cy. cōtra quē refert Bart. in l. 2. §. ſi ſeruus. ff de acq poſſ. in verſ. inducit. in ar. ad qōnem. et de iſto verbo, recte, vide tex in l. recte. ff. de teſta. tute. et qd ibi no. do. Rapha. Cuma. et vide Pau. de Lea. in cle. 2. de teſti. et ſuper prædictis habui in facto maximam q. quæ talis fuit: nam quidā nobilis fuit captus, et pro magna pecunia in executione pcepti, die tamē feriata prohibita ex forma ſtatuti facti. adducebātur multa pro parte capti circa nullitatē capturæ minus ritè factā, pro parte creditoris dicebatur capturā rectè factā p credito, qd cōſtabat per inſtrm̄, & in executione, & ppea nō veniebat relaxādus, licet fuerit exceſſus modus. alleg. no. in l. ſi. ff. de eo qd metus cā. & notata per do. Ang. in d. l. ſi. §. ſi quis, in verſ. in gl. ſi. ibi, qui allegat Inn. Idē tenet in capitulo, cū veniſſent, de in integ. reſti. facit ad hoc ēt, qd in proprijs terminis cōſuluit Paul. de Ca. in cōſ. 2. in ſi. & in cōſ. ſeq. licet ipſe non alleget dictum Angelū in d. §. ſi quis & ad hoc ēt vide pulchrū dictū do. Angeli in l. 2. §. in oīb. ff. de iud. qui dicit, quòd ſi debitor eſt fugitiuus, non hēt beneficium feriatū, quominus excipi poſſit, vt cauear, allegat gl. ſingularem, quā dicit non eſſe alibi in l. ſi. C. de ferijs. hoc idē tenet Angel. in l. qui reſtituere, in fina. verbis. ff. de rei vendi. Sed vltra pdicta vide dom. Abbatē ſubtiliter & copioſe diſputātem hūc paſſum in capitulo, ſignificauerūt. extra de iudi. in pen. & antepenult. col. qd eſt capitulū finale. Qui dicit no. pdicta nō dēre fieri die feriata: facta tñ valēr, qd fuit opportunū in captura pdicta, licet do. Bald. in l. ſi. §. ſi quis, qui eſt §. ſi. teneat cōtrariū, & reſpōdet ad tex. ibi in ver. licet nō ſic debuerit facere quē vide, quia allegat bonas rationes, & hæc ſunt in breui deducta quæ ſcripta repetiuntur de dicta dictione, ritè, & rectè, vſque in diem præſentem, &c.

f ¶ Rectè. Vide moderniores in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ.

g ¶ Vno. Debuit Io. And. & congruentius erat allegare text. hoc idem dicentem Iac. atteſtante. 1. q. 1. c. fertur, qui hoc idem dicit, quòd fides ſine operibus mortua eſt.

h ¶ Eſſent. Vide tex. in auth. de teſta. imperfect.

i ¶ Facturus. Vide Bar. in d. l. 1. ff. de ſeruo corrupto, & per do. Bal. magiſtralius loquentē in d. l. 1. in apoſtillis, qui facit hāc diſtinctionē, quā facit hic Io. An. & vltra eū quid in alijs, quā in delictis, allegat ea quæ no. in c. 1. in gl. ſecus ergo, vt lite pen. in cle.

k ¶ Mendacij. Quia mendacium inducit damnationem, in ca. qui ſtudet. 1. q. 1. in gloſſ. in ver. vendidit. mentitur ēt qui ſimulatis operibus vtitur, nota. in c. ſicut 1. q. 6. in gl. 1.

l ¶ Dolo. Adde quod in euangelio dr̄, eſtote ſimplices vt columbæ &c. Et eſt bonus tex. cū gl. in c. veritatis, de iureiur. & 6. q. 1. ex merito. & hæc eſt illa, de qua dicit tex. inſti. de legi. agna. ſuc. §. quòd ad fœminas, ſimplicitatem amicam legibus, vt ibi dicit tex no. ēt Spec. in tit. de poſitio. §. 7. verſic. 22. qui dicit, quòd nedum ſimplicitas eſt amica legibus, ſed etiam veritatis amica eſt.

m ¶ Ignorātia. Quæ præſumitur in ruſtico, & muliere, & minore. Bald. in rubrica. C. de rerū permu. in ver. 4. ē quæritur dona. &c.

n ¶ Petrus. 16. q. 1. ſi cupis. vbi idem no. quod hic.

o ¶ Homo. Vide Albert. de Roſa in l. 1. ff. de ſta. ho. alibi etiam dicitur,

citur, quòd homo eſt creatura nobiliſſima omnium rerum.
p ¶ Fugit. Vide plenè per Iaſo. May. in l. publice. C. de ſer. fugi.
q ¶ Articulus. Ibi vide gl. & hoc intellige, vt ibi no. nam prohibitus adminiſtrare eſt tutor, & hoc ideo, quia de ſuſpecto accuſatus erat, & ſic prohibitus remotus eſſe intelligitur. ita nota. in gl. ibi ſupra. Adde, ꝙ idẽ tenuit Ray. de Forli. in d. §. ſi prætor, allegando Spe. qui ita dixit in tit. de offic. leg. §. ſupereſt, ver. ſed quid erit de cauſis: qui Spe. idẽ tenet de cauſis inchoatis per tutorem non prohibitum nõ poſſe adminiſtrare, allegãdo d. §. ſi prætor. facit etiam prædictã l. ſi pluribus. ff de auctor. tuto. in fi. & vide circa hoc Ant. de Butr. in d. c. damnamus, qui idem tenet, quod Io. An. in prima col. in ver. no. ꝙ per verbum, damnamus. Et per prædicta dicunt doc. no. maxime Bar. & Raph. Cuma. in d. l. hæc. n. §. ſi prætor. ꝙ ſententia ſemper intelligitur prolata ſecundum formam petitionis: quæ nunqam exeant mentẽ ſuam: quia hæc quotidie practicantur in palatiis ſaltem Venetorum, vbi redigunt petitionem in ſcriptis.

S V M M A R I V M.

1 Hæreticus cenſeri non debet, licet erret in fide, dum tamen fidem Romanæ eccleſiæ ſuſcipere ſit paratus, vel ſe illam tenere fateatur.
Diuiſio decretalis, ver. & ſunt duæ.
2 Per damnamus, verbum recipi quid prohibetur.
Ergo coniunctionis ſignificationem. §. ergo.
3 Reprobata non debent allegari, & quæ reprobantur, & n. 4.
5 Damnare, & reprobare differunt, & nu. 6.
7 Libellus dicitur diminutiue, deſpectiue, uel quaſi litis bellum.
8 Ioachim errores qui, & donum intelligentiæ & ſpiritum prophetiæ habuit, & prophetauit ordinem prædicatorum, & minorum, & nu. 9. & 10.
11 Veritas, proprium, collectio, & ſimilitudo quid, & num. 12. 13. 14.
15 Vnitas multiplex, & quid vnaquaq; ſit.
16 Vnio patris, & filij & Spiritusſancti qualiter intelligatur.
17 Charitas indiſſolubilis inter Deum, & eccleſiam.
18 In translatione Hiero. quid ſit, ſed 70. interpretum.
19 Quaternitas non ſequitur, licet pater, & filius et Spiritusſanctus ſint vna eſſentia.
20 Subſtantiæ trinitatis exemplum in creatura an quod ſit, de ea etiam nu. 21.
22 Trinitatem ſcrutari temeritas eſt, credere pietas, noſce vita æterna.
24 Generationis tres modi, & qui, & nu. 25.
25 Docendo interdum plenè quid transfertur in alium a doctore quid ſit, & tamen per hoc ſcire non deſinit.
Retinet interdum quis quod in alium transfert, et exempla, ibid.
26 Sicut, aduerbium non eſt omnino ſimilitudinarium.
27 Perfectum nihil in rebus humanis.
28 Creator Chriſtus eſt, licet quo ad humanitatem ſit creatura.
29 Inter creatorem et creaturam eſt aliqua ſimilitudo, et nulla tamen eſſentialis identitas, et ratio, nu. 30.
31 De fide publicè diſputare non licet, niſi in caſu.
32 De proteſtatione remiſſio.
33 Prælati delictum non nocet eccleſiæ.
34 Scriptura propria in proprio negocio præiudicat ſcienti, ſub ſcriptio facto alieno an præiudicet, remiſ.
Procurator admittendus cum literis domini, ibid.
35 Dogma cum g. et ſine g. quid ſignificat.
36 Almericus dogmatiſta et hæreticus quo tempore fuit, et eius errores qui, et nu. 37.
Chronica Martini citatur.
37 In diuina mente nihil niſi æternum et incommutabile.
38 Pater quaſi patrator in malam etiam partem accipitur.
Mendacij pater diabolus.
39 Epilogus gloſſarum, et nu. 40. 41.
41 De transfiguratione filij, remiſ.
42 Nomina quædam notionalia, diſtinctiua, relatiua, et propria, et ſingulorum vis quæ.
43 Adiectiuum neutrum ſubſtantiuatum an reſoluatur in ſuum femininum.
44 Hæretici bene dicta an ſumere poſſimus.

Damnamus Secũdum Abb. caſus in ſumma pt ex fine colligi. Quod
1 † licet quis erret in fide, nõ
debet hæreticus cenſeri: dum tamen fidem Romanæ
eccleſiæ ſuſcipere ſit paratus: vel ſe illam tenere fateatur: vel aliter. Pater, & filius, & ſpiritusſanctus vera
vnione, & non ſimilitudinaria, vel collectiua ſub vna
ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura, quæ ſubſtantia non eſt
generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus nõ
ſubſtantię, ſed perſonis debent attribui: neque per hoc
in trinitate Dei eſt quaternitas: contrarium ſentientes
hæretici ſunt, niſi ſe ratione eccleſię correctioni ſubmittant. hoc dicit. Et ſunt duæ partes. prima damnat doctrinam Abbatis Ioachini. ſecunda, ibi, reprobamus,
damnat doctrinam Almerici. Item prima facit 5. primo reprobat opinionem ipſius Ioachini contra magiſtrum ſententiarum, quam proſequitur exprimens motiua, & rationes ipſius. Secundo ibi, nos autem, approbat & probat illam ſententiam magiſtri, quam damnabat Ioachim. Tertio ibi, cum ergo, reſpondet illi
auctoritati, qua principalius mouebatur Ioachim.
Quarto, ibi, ſi quis damnat tenentes illam opinionem
reprobatam. Quinto ibi, in nullo, proteſtatur pro mon.
2 ipſius Abbatis Ioachini. Et amouetur † iſte libellus
per verbum hoc damnamus, eodem modo ac ſi eum
recipi prohibuiſſet; ſicut tutor remouetur, & deſinit eſſe tutor, cum per ſententiam prohibetur gerere. ff. de
ſuſpec. tuto. l. hæc enim. §. ſi prætor. ſecundum Vincentium. ¶ Ergo, infert ex capit. 1. cum ibi ſit dictum,
quòd Deus eſt ſimplex omnino: ſed libellus Ioachini
dicit contra; ergo damnamus &c. vel vt ſupra dictum
eſt, ibi quòd pater, & filius, & ſpiritusſanctus ſunt vna
eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura: ſed libellus Ioachini dicit contra, ergo &c. Abb. vel ponitur cauſa ornatus, Pet. vnde dicunt quidam, quod inchoatiuè ponitur, non illatiuè ſecundum Boa. ſimile 28. quæſt. 1. ſic
enim, poſt princip. ſecundum Egi. [Reprobamus.] igi-
3 tur † de cætero non debet allegari. C. de vete. iu. enu.
l. 2. §. hæc igitur omnia: imo comburendum eſt, vbicunque inueniatur. C. de hære. quicunque. ſic & libel-
a lus [a] famoſus † quinta quæſtio. prima. ſi quis famoſum.
4 Idem in omnibus, quæ iniquam & abhominabilem
inducunt facti memoriam. 15. quæſtio. prima mulier,
ſecundum Vincen. Et vt dicit Iacob. duplicat hæc verba damnamus, & reprobamus, ad maiorem exaggerationem. Item quia hæc ſunt diuerſa. [b] nam dam-
5 nare † eſt rem perpetuo ſine ſpe ſubleuandi tormentis & ignominiæ ſententialiter deputare. Reproba-
6 re † eſt rem euidentibus rationibus reapprobare, vel
demonſtrare. vnde dicunt, quidam damnat ſententiam, vel opinionem, & reprobat rationes. ¶ Libel-
7 lum † diminutiuè. vel deſpectiuè dictum, vel quaſi li-
8 tis bellum. [Ioachim] primus † error illius erat in eo,
quod reprehendebat Petr. qui dixerat, quòd quædam
ſumma res erat &cæt. dicebat, quòd Pet. aſtruebat
quaternitatem, quod eſt falſum, vt dicam ſuper
verbo, quaternitas. Secundus error fuit in vnione
ſubſtantiæ diuinæ quo ad perſonas trinitatis, quam
dicebat non veram, ſed ſimilitudinariam, vt dicam
9 ſuper verbo, potiſſimum. De iſto, † Ioachim, quomodo diuinitus habuit donum intelligentiæ, & ſpiritum prophetiæ, vide in hiſtorijs. libro 30. 40. capitulo. Et ſuper Daniel, ſexta viſione, prophetauit
10 † ordinem Prædicatorum, & Minorum. [Dixit] maximè libro primo. diſtinct. 6. 5. & 25. [Non veram] ve-
11 ritas † eſt perpetuæ exiſtentis rei tanta ſoliditas, vt cæteris deſluentibus ipſa in ſuo eſſe remaneat inconcuſſa, imo concuſſionibus, ſi dici fas ſit, amplius ro-
12 boratur. Proprium † ſecundum Ariſtotelem, & Porphyrium, quod conuerſum prædicatur de re, & ei na-

turaliter ineſt, vt in animalibus riſibile de homine: in
23 diuinis eſſentia de perſona. Collectio † eſt vnius ſpeciei, ſiue diuerſarum congregatio ad eundem effectũ.
24 Similitudo † comparatio rerum ſimilium. Collectiuam] dicit beatus Ber. libro de trino & vno, ꝙ eſt vni-
25 tas † collectiua, vt cum multi lapides vnum aceruum faciunt. Conſtitutiua, cum multa membra vnum corpus, vel multæ partes vnum totum. Coniugatiua, qua vir, & mulier vna caro. Natura, qua anima, & caro vnus naſcitur homo. Poteſtatiua, qua homo virtutis nõ inſtabilis, non diſſimilis: ſed vnus ſibimet nititur inueniri. Conſentanea, cum per charitatem multorum hominum eſt cor vnum, & anima vna. Vnum, cum homo votis omnibus Deo adhærens vnus ſpiritus eſt cũ eo. Dignatiua, qua limus noſter Dei verbo in vnam aſſumptus eſt perſonam. ¶ Iuxta illud Actuum 4. 12. q. 1. c. 1. ¶ Cum illo. ꝭ. ad cor. 6. in fin. [In Chriſto] 1. ad Cor. 12. ad Eph. 4. lib. 1. regum. 3. 22. c. ad [Potiſſimũ]
26 † intelligebat, ꝙ pater, filius, & ſpiritus ſanctus eſſent vnum vnione ſimilitudinaria, & non vera vnione naturæ, & probat hæc ſubtiliter auctoritate euangelij. Si enim Chriſtus rogat pro fidelibus, ꝙ ſint vnum in patre & ipſo, ſicut ipſe eſt vnum cum patre. Si dicamus, quod eſt vnum cum patre in ſubſtantia, ergo & fideles, pro quibus ipſe orauit, ſunt vnum in ſubſtantia, quod eſt falſum. at nos debemus credere, vt dicebat Io. ꝙ Chriſtus obtinuerit a patre, quod petijt, ſcilicet ꝙ fideles eſſent cum eis vnum: ſicut ipſe erat vnum cum patre: ſed fideles non poſſunt eſſe vnum vnione ſubſtantiæ; ergo non eſt Chriſtus vnum cum patre in ſubſtantia. huic obiec. reſpondetur ꝭ. ver. cum ergo. & eſt ſimile de conſec. diſt. 2. in Chriſto pater, vbi Arrianos reprehendit Hilarius: quia in hac vnione errabãt, & vide quod ibi no. in gl. 1. & in gl. gradum dixit. [Euã-
27 gelio] Io. 17. [Indiſſolubilis † charitatis] quæ eſt inter Deũ & eccleſiam. vnde Deus in euangelio, Vobiſcum ero vſq; ad conſumationẽ ſeculi. Item eccleſia nũquã erit nulla: immo ſemper aliqua. 24. q. 1. pudenda. Ioã.
28 [Ioannis] i. Io. vlt. [Quibuſdam] hoc † dixit quia in translatione Hier. non hr, ſed 70. interpretum ille ver.
29 & hi tres vnum ſunt. [Quaternitas] non † n. ſequitur, quod ſi pater & filius, & ſpũſſanctus ſint vna eſſentia ꝙ ſint quattuor perſonæ; ſicut ſi dicatur Pe. Mar. & Io. ſunt vna eſſentia, vel ſubſtantia humana, non pp hoc innuitur quaternitas, ſm Abb. dicunt theologi, ꝙ non eſt propterea ſimilitudo, vt patet primo ſen. 19. diſt. c. his quoque. Et dicunt, ꝙ exemplum vnius ſubſtãtiæ tri-
20 nitatis † nullum in creatura ſatis expreſſum inuenitur. ob hoc tñ in igne maximè Deus apparuiſſe legitur: quia in eo tria, ignis, ſplendor, & calor ſimul conſiſtunt, & vnum lumẽ ſunt: quæ licet inſeparabiliter operentur, igni attribuitur uſtio, ſplendori illuminatio,
21 calori calefactio, [Nõ eſt generans] † quoniam ſi eſſet generans, ſequeretur, quod ſolus pater eſſet diuina ſubſtantia, cum ipſe ſolus ſit generans. nec eſt genita: quia ſic ſequeretur, ꝙ ſolus filius, & ſic de ſpiritu ſancto, Goff. Idem omnino beatus Ber. ad Euge. de conſci. vbi de trino & vno, Trinitatem, & vnitatem in trinita-
22 te † ſcrutari temeritas eſt, credere pietas: noſce vita æterna. Aug. lib. 1. de tri. c. 5. ſic ſcribit, quod ponit magiſter ſententiarum lib. 1. diſt. 2. c. 1. nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur. Tullius de creatione mũdi, parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile eſt, & ex quo quis inuenerit, vulgo exponere nefas eſt.
23 [Ab æterno] † non in tempore, vel ad tempus. ¶ Te-
24 ſtatur, Io. 16. [quod patrẽ] diſtingue † tres modos generationis, quorum duo in naturalibus, tertius in diuinis. In primo pars ſubſtantiæ datur, & pars retinetur, vt in generatione carnali. In ſecũdo per modũ refuſionis totũ datur & nil retinetur, vt de aqua, & glacie: in barbariſmo, Mr me genuit, mox ipſa gignitur ex me. In tertio tota retinetur. [Simplex] & ſic nihil pt diuidi, vel decidi [teſtatur.] Io. 10. [Retinuerit] exẽplũ in do-
25 cẽdo † interdũ plene trãſfert in aliũ, qd ſcit: & tñ per hoc ſcire nõ deſinit, ſm Abb. Clarè patet et in lumine lumẽ aliud accẽdẽte. ſic & papa vocãdo inferiores prælatos in partes ſolicitudinis nõ abdicat a ſe plenitudinem ptãtis. 2. q. 6. qui ſe ſcit: & bonum ſimile. ff. de dã. infect. l. 1. ſm Goff. ibi, Prætor ſe inferioribus iuriſdõnem dãni infecti ſubdelegauit: quia periculoſum fuiſſet, ſi in totũ retinuiſſet. Et dixit Hoſt. ꝙ iſtud eſt peſſimũ ſimile, ſi nimiũ proſequamur: qa de ſuperioribus, & inferiorib. ad coæquales. & cõſubſtãtiales. Sed quo ad trãslationẽ põt ſuſtineri; nõ quo ad perſonas, ſic ce-
c dẽs actionẽ ipſam ſibi retinet C. de noua. & dele. l. 3.[c] remittit autẽ ad ea, quæ no. in ſumma, de ſciſma. §. ſi. ver. mirũ tñ, & ſe. [Veritas ait] Mat. 6. A. [Sicut] nõ † eſt
26 oĩno ſimilitudinariũ, vt ſequitur & c. ſimile de ind. q. a. V. & c. nouit, poſt princ. de accuſ. inquiſitionis. i. tñ. de excel. præla. ſicut. ad idem ff. rerũ amo. l. ꝭ nurum. §. ſi poſt, & ff. de pig. ac. ſi cũ vẽderet. §. & ſi. ff. de vſuf. l. 3.
27 in ſi. [Perfectione gratiæ] nã † nihil in rebus humanis pfectũ. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſed quia. & ſolus Deus nõ nouit opus imperfectũ, de baptiſmo, maiores. Gof.
28 [Creaturã] excepto † Chro, qui licet quoad humanitatẽ ſit creatura: tñ quo ad diuinitatẽ creator eſt: nõ ſimilis, ſed idẽ omnino cũ Deo, vñ eſt verus Deus, & verus hõ, de hęr. cũ Chrs. Hoſt. [Diſſimilitudo] & ſi aliqua ſit
29 inter creatorẽ, & creaturã ſimilitudo † iuxta illud Sapiẽtiæ. 13. a magnitudine ſpẽi, & creaturæ cognoſcibiliter poterit horũ creator videri: tñ nulla eſſẽtialis idẽ-
30 titas eſt inter eos. Cũ. n. creator † ſit vniuerſorũ principiũ, & oĩa creauerit. ꝭ. c. 1. neceſſe eſt, ꝙ aliud ſit creator, & aliud creatura diſtincta per eſſentiã, ſicut alias inter inſtituentẽ, & inſtitutũ, & multos tales no. dñ. a.
31 ꝭ. de inſti. c. vlt. cũ ſuis cõ. Hoſt. [Defendere] † ꝙ nõ licet. 24. q. 3. qui aliorũ. imo, quod plus eſt, nec publicè de fide licet diſputare, niſi forte ad cõfuſionẽ hæreticorũ, vt fecit Silueſter, ſm Inn. & Cõp. & Hoſt. qui alle. ad hoc ꝭ. de purga. inter. §. præcipias, & facit de hære.
32 c. 2. lib. 6. §. 1. [In nullo] no. pro ꝓſtatione † ſm Vin. de hoc ꝭ. tit. prox. cũ M. de elec. Cumana. [Florentino
33 monaſterio] not. delictũ † prælati nõ nocere eccleſiæ. 16. q. 6. ſi epm. Io. de re iu. delictũ, lib. 6. [Propria ma-
34 nu] ſcriptura † quã quis facit in proprio negocio, præiu-
d dicat[d] facienti.[e] ff. depoſi. l. Publi. §. vlt. C. de nõ nu. pe.
e generaliter. 1. q. 7. ſaluberrimũ, Pm. Quid ſi ſubſcribat quis facto alieno? no. ꝭ. de trãsla. ex literis, & de re. ecc.
f nõ alie.[f] ſi quis. Et ſm Ab. no. procu. admittẽdũ cũ literis dñi, q eũ ꝯſtituit. & ſm eũ ſi velles dicere ꝯtriũ, dic ꝙ hic alteri nõ fiebat præiudicium, ſed ꝙ ſaltem in his, quæ dño præiudicant, admittẽdus vr. Si vero in literis nõ eſt dies, nec locus, dicã de fide inſt. inter, ſuper ver.
35 facilius. [Dogma] † per g. eſt doctrina in fide: ſine g. angulus. Inde illud, Sedebat domate domus. hoc no.
36 96. diſt. ſatis euidẽter. [Almerici] † Carnotẽſis fuit, vt hẽt chronica Martini, ſub tpibus Inn. 3. vbi exprimuntur ipſius errores, & ibi dr, & cõbuſtus fuit Pariſijs. Quidam dicũt, ꝙ tenuit hæreſim Sabellianorum, de qua 24. q. 3. c. pe. verſic. Sabellian. Dicebat enim vnam perſonam patris, & filij, & ſpiritusſancti. Alij dicunt, ꝙ primus iſtius error fuit, ꝙ omnia ſunt Deus, dicens etiam nõ facile poſſe negari creatorem, & creaturam idem eſſe. Secundus, ꝙ primordiales cauſæ, quæ vocantur ideæ. i. forma & exemplar, creatur, & creantur in men-
37 te diuina, cum ſm Aug. nihil niſi æternũ † & incomutabile ſit in mente diuina. Tertius, quòd poſt conſummationem ſæculi erit adunatio ſexuum ſecũdum Hoſtienſ. qui dixit propter reuerentiam quorundam diſcipulorum

ſcipulorum iſtius Almerici, qui erant in concilio, taci-
38 tos hos errores. † [Pater] quaſi patrator, & inuentor,
dum dixit, nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dij
& c. Gene. 3. [Mendacij] ideſt diabolus, qui alias voca
tur antiquus hoſtis. 2. q. 5. habet hoc proprium, ne cle-
rici, vel mo. c. 3. alibi verſutus hoſtis. 16. q. 2. cap. 1. ali-
bi inimicus homo. infra de ele. licet, alibi lupus rapax,
eo. tit. ne pro defectu, alibi ſimpliciter diabolus. ſupra.
ca. proxi. 3. q. 1. nulli. vide in Hiero. ad Dama. 6. [Inſa-
39 na] concor. cle. de hær. ad noſtram. ¶ † In gl. [Pater]
ponit triplex teſtimonium perſonarum trinitatis. In
gl. [no.] diſtinguit triplicem ſpeciem nominum in di-
uinis. ¶ In gl. [diſtinctiua] ponit, quomodo in diuinis
diſtinctiua nomina tripliciter iunguntur. ¶ In gl. [ba-
40 ptizando, in fi.] in 3. c. ¶ In glo. [hic † reſpondet, in
fi.] non eſt verum. vnde dixit Pet. & Abb. quod reſpon-
det ibi, nos autem: ſed veritas eſt, quòd reſpondet in
ver. cum ergo; & iſta fuit noua glo. & forte fuit error
ſcriptorum. ¶ In gl. [pater dedit, ibi, Transfiguratus]
41 de qua † transfiguratione habetur plenè in textu & gl.
1. q. 1. §. ex his verbis, ver. quod vt planè [& in fi.] ad lit
teram habes hanc gl. de cele. miſ. in quadam, & ibi de
di quotas. ¶ In gl. no. [ibi, Sigillatim] & etiam ſimul ſu
42 pra c. proxi. in prin. [& ibi, Notionalia] † quæ ſic appel
lantur: quia perſonas notificant: aliquando diſtincti-
g ua. g quia illas diſtinguunt, quandoque relatiua: quia
perſonas adinuicem referunt: quandoque proprieta-
tes, quia propriè perſonis inſunt. Et propriè ſunt quin-
que notionalia, paternitas, filiatio, proceſſio, innaſci-
bilitas, communis ſpiratio: quorum tria inſunt per-
ſonæ patris, innaſcibilitas, paternitas, communis ſpi-
ratio. duæ vero filio, filiatio, communis ſpiratio, vna
ſpiritui ſancto ſcilicet proceſſio. Et ſic vides, quod cõ-
munis ſpiratio non dicitur proprietas reſpectu patris,
& filij ad inuicem, ſed ſolùm reſpectu ſpiritus ſancti.
¶ In gloſ. [Diſtinctiua, in fi.] nam ſecundum regulam
43 grammaticorum adiectiuum † in neutro genere ſub-
ſtantiuatum reſoluitur in ſuum fœmininum. vnde ſe-
quitur, quod ſi eſſet aliud, eſſet alia res; & ſic eſſent plu
res ſubſtantiæ, vel eſſentiæ, quod eſt falſum ſecundum
Ioan. & Philip. Plumbum ergo aliud ab auro: ſed ex
tribus numis aureis, licet alter ſit alius ab alio, non ta-
men aliud. ¶ In glo. 1. rectam [in fi.] quaſi rectè gloſſ.
Hoſtien. ¶ In gloſſa, [in euangelio] 16. ¶ In gloſſa,
no. [quod ibi, fraternitatis] vbi de hoc. [& in fin.] ſi ve
44 ro fuiſſet hæreticus, potuiſſemus † ex dictis ſuis par-
tem ſumere, vbi bene dixiſſet, ad hoc, quod dixit tex-
tus ibi, in hac parte, & 37. diſt. ſi quid veri, & 19. diſt.
c. 1. in prin. dictum tamen hæretici reprobatur, etiam
ſi bonum ſit quantum ad hoc, ne pro iure habeatur,
quaſi in ſe auctoritatem contineat, alias quaſi verum,
non auctorizabile approbatur; & ſic intelligas iura,
quæ in hoc contraria videntur ſecundum Goffred. &
Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Libellus. Vide gl. & ibi latè ſcripta per doc. in l. 1. C. de offic. aſſe. vbi etiam Iaſon multa ſimilia aggregauit.

b ¶ Diuerſa. Differentia inter damnare, & reprobare. & ponûtur hic vt diuerſa, vt etiam diffiniunt d. Ant. de Bu. & Abbas hic in ſecunda colum.

c ¶ Deleg. l. 3. In gloſſ. in verb. exigere, in verſi. item not. ratio eſt, vt ibi allegat gl. quia incorporalia non ſeparantur facile, vt corporalia, ſimilia habes in gl.

d ¶ Præiudicat. Vide Bar. Bal. & doc. ampliſſimè tangentes hãc materiam in auth. contra, qui propriam, vbi eſt carotium. C. de non nu. pecu. & vide d. Bal. ibi in 2. col qui ponit q. de eo, qui ſe ſubſcripſit in inſtrumento, dicens q ò l per talem ſubſcriptionem videtur inſtrumentum ſcripſiſſe, alle. no. in l. cum antiquitas. §. fi. de teſta.

h ¶ Facienti. Vide ad huius declarationem Pau. de Caſt. in conſi. 332. inci. quantum, & Curtiu. in rep. c. l. admonẽdi, in 35. col. ff. de iureiur.

f ¶ Non aliæ. Vide l. Caius. ff. de pig. act. & per Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. matri. in fi. vbi per ipſum multa ad materiam, & facit l. fi. C. plus va. quod agitur. ego neſcio, quid vouleriț allegare d. Vgolinus allegando d. l. Caius, quam nõ reperio. ſed melius allegat l. mutuæ. C. ſi certum peta. cum ibi no. per Bal. & Paul. de Caſt. qui dicunt, quòd ſubſcribens ſe obligationi alterius, in dubio non videtur ſe ſubſcribere animo obligandi, quod verum eſſe dicunt præfati doctores, quod ſubſcriptio non obligaret, vbi eſſent actus geſti probatiui: ſed vbi eſſent contractus perfecti, vt ſic, & ſic d. Pau. de Caſt. ſoluit in d. l. mutuæ, contra l. ſi fideiuſſor. §. pe. ff. de pig. quæ ſo. eſt notabilis valde. & vltra prædicta vide ea, quæ plenè dixit do. Ale. poſt Imo. in d. l. mutuæ, & per eundem poſt Bar. in l. ſi ſtipulatus. § Chryſogonus. ff. de verbor. oblig.

g ¶ Diſtinctiua. Quid denoteut iſta ver. diſiunctiua, ſiue participia &c. vide plenius per do. Ant. de Bu. in d. c. damnamus, in §. nos autem, in 9. col. in ver. Quomodo quid in diuinitate.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones quando & cur editæ, & num. 2. omne ius eis includitur. num. 7.*

3 *Iuſtitia in quibus conſiſtat.*

4 *Continuatio, vel œconomia tituli quæ.*

5 *Ius omne conſtat ex ſcripto, vel ex non ſcripto. ius ſcriptum certius, & ideo præmittendum, num. 6.*

8 *De conſtitutionum materia vbi nam alibi tractetur.*

9 *Conſtitutionem publicatam non eſt neceſſe ſingulorum auribus intimari, quis eam facere poſſit quæ non valeat.*

Poſterior derogat priori contrariæ, pagani ea non ligantur, numer. 11.

10 *Decretum epiſcopus facit.*

12 *Contra libertatem eccleſiaſticam operantes qui puniantur. Statutorum obſtantia quo tollitur, & quæ reprobentur ver. Item obſtan. & quæ valeant nu. 13. & ſcribuntur ad æternam rei memoriam, num. 14.*

¶ De conſtitutionibus. Rubrica.

Poſtquam Deus formauit.

1 hominem ad imaginem, † & ſimilitudinem ſuam.
33. q. 5. hæc imago, & in ætate virili, de pe. diſ. 2. §. Ro
manos, prodijt cũ eo ius naturale, quod cępit ab exor-
dio rationalis creaturæ. 5. diſ. in princ. Demum lex ve-
tus data eſt per Moyſen, & prophetas. Demum tranſ-
lato ſacerdotio, lex noua ſucceſſit, infra eo. tranſlato.
2 Sed † quia hominum creſcente malitia, effrenata cupi-
ditas noua quotidie litigia generabat, vt in prooemio,
ita, vt plura eſſent negotia, quam vocabula. ff. de præ-
ſcri. verbis. l. natura, Sancti patres & ſummi pontifices
decreta, & conſtitutiones ediderũt, vt ſub iuris regula
homines coarctati, diſcant honeſtè viuere & c. in qui-
3 bus † conſiſtit iuſtitia, inſt. de iuſti. & iu. §. iuris præce-
4 pta. & ideo poſt † tractatum. de ſum. tri. incipit tracta-
re de conſti. Gof. Vel poſito fidei fundamento, de quo
ſupra rubrica proxi. bene eſt, vt iuris ædificium ſuppo-
5 namus. Et quia omne ius † conſtat ex ſcripto, inſti. de
6 iure na. gentium. & ciuili. §. conſtat. Scriptum † autem
certius, & idẽ præmittendũ, ideo ponit tractatum de cõ
7 ſtõnibus: per quod † verbum omne ius ſcriptum inclu-
8 dit, ſecundum Hoſt. de materia † rubricæ. 1. diſt. vſque
ad 7. incluſiuè. & diſt. 9. 10. 19. 20. et 29. 30. & 38. & 1.
q. 7. §. niſi rigor, vſque ad §. breuiter, & in 6. repetitur
hæc rubrica. Ad hanc rubricam conueniunt de con-
ſuetudine, cum conſuetudinis, & c. vlti. 2. reſpon. de fi-
de inſtru. paſtoralis, de cle. non reſi. cum dilectus, & c.
ſeq. quibus conuenit de magiſtris. cap. vlt. in fin. de re-
bus ec. non alie. c. fi. de locato. cap. 2. Item conſtitutio-
9 nem † publicatam non eſt neceſſe ſingulorum auribus
intimari, de poſtu. c. 1. Item conſtitutionem facit ſyno
dus reſpondendo placet, de ele. c. 2. Item legatus facit
conſtitutionem, quę durat legatione finita, de loca. c.
10 1. de offi. leg. c. . It. nec mirũ: quia † & eps facit decre-

tũ, de offi. archipſb. ca. fi. de maio. & obe. ſi quis. Item
11 conſtitutio † nutriens peccatum mortale, non valet,
de præſcri. c. fi. Item conſtitutiones factæ per violato-
res immunitatis eccleſiaſticę in caſu decr. non minus.
de immu. ecc. non valent, eo. tit. aduerſus. §. quia verò.
Item poſterior cõſtitutio derogat primæ contrariæ, de
cog. ſpi. c. 1. Item pagani non ligantur conſtitutionib.
canonicis, de diuortiis, gaudemus, poſt prin. Item pu-
12 niuntur † ſtatuentes contra eccleſiaſticam libertatẽ
ſtatuta ſcribentes, vel ſeruantes, vel ſecundum illa iu-
dicantes, & in publica forma iudicata ſcribentes, de
ſñia excommunicationis, nouit, & c. graue. & iurantes
non tenentur illa ſeruare, de iureiuran. c. 1. lib. 6. Item
obſtantia ſtatutorum quãdoq; tollitur per reſcripta,
de reſcriptis, cum aliquibus, & c. ſi papa, eod. lib. quã-
doq; per iura communia, de elec. cum non deceat, de
hære. vt officiũ. §. ad ſcribendas. ſed & per ius commu
ne multa reprobantur, vel rõne ſtatuentis, de elec. fun
damenta, verſ. & ne taliter. vel propter ipſorum iniqui
tatem, de elec. quia ſæpe, de capel. mona. c. 2. no. de hæ
re. ſtatutum. ĩ. de verb. ſig. conſtitutionem. 1. reſpõ. de
ęta. & qual. vt hi qui, ad fi. in cle. Item de ſepul. c. 2. ver.
nos etenim, de ſtatu mo. attendentes, in fi. de relig. do.
c. 2. §. pe. in fi. de iurepa. c. 1. in fi. de vſu. c. 1. de exceſ.
prælã. frequens, ver. quædam ſtatuta, de pęnis. cupien-
13 tes, in fi. de ſen. excom. c. 1. in fi. de ſtatutis † autẽ, quæ
valent, habetur, ne ſede va. c. vno. §. vlt. de relig. do. c.
2. poſt prin. cle. de priui. c. 1. in prin. de ſen. excom. c.
1. verſi. quod & interdictis. Vltimo ſciendum eſt, quod
14 ſtatuta † ſcribuntur ad æternam rei memoriam, de re
nun. c. 1. in fi. lib. 6. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones ab omnibus ſunt ſeruandæ etiam ciuiles, & num. 8.*
2 *Canonum, dictio ſumitur hic pro omni conſtitutione.*
3 *Canones qualiter cuſtodiantur.*
4 *Canones non habentes non excuſantur.*
5 *Et, pro idest.*
6 *Secundum canones iudicabit cauſam iudex ſecularis, ſi de re eccleſiaſtica agitur.*
7 *Epilogus gloſſarum.*
8 *Suffragium, & nu. 9. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Suppletio. & nu. 15. cum ſequentib.*
Canones an intelligantur locales.
Legum antiquarum notitia eſt neceſſaria.
Legimus quædam, ne ignoremus.
16 *Prohibitiones quæ ſeruandæ.*
17 *Creatura omnis ſubiecta eſt conditori canonum, & Vicario creatoris, & nu. 18.*
19 *Actiones reſpiciunt actorem.*
Iudicia iudicem.
20 *Arbiter ſuo ſenſu regitur.*
Adminiſtrator, vel ordinarius à iuſtitia non poteſt recedere, & in quibus id intelligatur, nu. 22. 23. & 24.
25 *Iudicem qui eligit in diſſenſione opinionum, caueat ſibi, iudex etiam caueat à pęna decretalium.*
26 *Communis opinio quando ſequenda.*

a 1 Canonum. [a] Caſus. † Conſtõnes ab oĩbus
ſunt ſeruãdę. h. d. Et dicit Frã.
ꝙ congruè poſt tractatũ fidei
pręponitur hęc cõſtitutio, quę oſtẽdit ſeruãdas omnes
2 ĩ. ſcribẽdas. Et hic dictio Canonũ † large ſumitur pro
omni conſtõne canonica, nõ ſtrictè, prout canõ diſtin-
guitur ab alijs conſtõnibus, de quo remiſſiones dedi.
b ſ. in proę. §. ſane. [Cuſtodiãtur.[b] † per executionẽ ordi-
3 nariorum. ĩ. de accu. ſicut, Egy. ſecũdum mẽtem. ĩ. de
verbo. ſig. in his, & cap. intelligẽtia. & ſi dubitetur re-
curratur ad promulgatorẽ. ĩ. c. fi. Hoſ. [Ab omnib.] &
4 nõ habentes † canones, nõ excuſantur. 20. diſ. ſi decre-
5 ta, . in Comp. [Et] † pro. i. ſi vis ꝙ ſit vnicum dictum: a-
lias propriè; & primũ loquatur extra iudiciũ ſm Boa.
6 [Actionibus] alias † accuſationibus, Ho. eccleſiaſticis,
7 † per hanc literam dicit G. Na. ꝙ ſi de re eccleſiaſtica
agitur coram iudice ſeculari, iudicabit cauſam ſm ca-
c nones,[c] non ſm leges, vt in præſcriptione; adde quod
dicam infra de no. ope. nun. c. 1. ¶ Gloſſæ recitantur
in tex. ¶ In gl. 2. [in fi.] vide ſupra tit. 1. firmiter ſuper
gl. & ideo. ¶ In quarta gl. [ibi, Leges] ſequitur, vt ge-
8 nerales † ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruen
tur. [Et ibi conſtitutiones] ſequitur, Principũ nec igno
rare quenquam, nec diſſimulare permittimus. [Et ibi,
9 Princeps] † ſequitur, legibus ſolutus eſt. [Et ibi, digna
10 vox] ſequitur, maieſtate † regnantis ſe legibus alliga-
ta principẽ profiteri. [Et ibi, Ex imperfecto] Princeps
hæreditatem non vendicat ex imperfecto teſtamẽto,
vt hic, nec legata vel fideicommiſſa, vt in l. ſe. [Et ibi.
§. vltim.] non recipit princeps hæreditatem, in qua li-
tis cauſa inſtitutus eſt, vel alias in teſtamento imper-
11 fecto. ¶ In vlt. gl. ibi [qualem] arbiter † iudicat, vt ſibi
videtur. [& ibi, circa prin.] immo vltra medium [ibi,
omnem æquitatem ſeruando] ſecundum quod mihi vi
ſum fuerit iuſtum. [& ibi in principio] hoc obſeruare
12 debet † iudex, ne aliter iudicet, quàm legibus, conſti-
tutionibus, vel moribus proditum ſit. [& ibi, Nemo]
13 iudices † non habent neceſſe ſequi conſultationes,
vel ſententias aliorum non rite, aliàs rectè datas: quia
non exemplis & c. Sed debent ſequi veritatem, & iuſti
14 tiæ & legum veſtigia. ¶ In † glo. 1. ibi [Locales] & de
his etiam poſſet intelligi ſecundum Vinc. exponendo
[omnibus] ſcilicet ſubditis ſtatuentis: vel, omnibus,
propriè, ſi princeps prorogaret illam localem conſtitu
tionem. vt infra de clandeſti. deſp. cum inhibitio. ¶ In
d gl. 2. ibi [Canonem[d]] adde poſteriorem infra e. c. 1. li.
6. ¶ In ea gl. ibi, per cõſuetudinem, adde 4. di. §. leges.
¶ In ea. glo. ibi. [Non ſunt] ſubſtantialia, qualia ſunt.
¶ In ea. gl. ibi. [c. Vlt.] & 35. q. 4. & 5. per totum. phyſi
15 corum † tamen notitia eſt neceſſaria, ne quod tollitur,
vel reformatur, ſit incognitum. C. de cadu. tol. l. vna. §.
1. 7. di. fuerunt. vnde legimus quædam, ne ignoremus.
37. d. legimus, ſm Goſ. de hoc infra de iudi. nouit.
e [e] [Et ibi, prohibitiones] † generales, & in ſcriptis reda-
16 ctas. C. de legi. l. vlt. vel etiam non ſcriptas. ſi ſeruari
mandantur, de conſe. diſ. 1. baſilicas, inſti. de ſatiſda.
in fi. vt no. Vin. infra c. vlt. ¶ In gl. [Sic & leges, ibi, ſub
17 ditis] hæc non eſt bona gl. quia conditori † canonũ, &
Vicario creatoris omnis creatura ſubdita eſt, ſm Inn.
facit infra c. fi. & extrauagans Bonifa. vnam ſanctam.
18 Sed ſm Hoſ. bona eſt gl. per quam excludendi † exclu-
duntur, vt ipſe legislator in concor. quam ſtatim alle.
cuius ſucceſſores pari ptãte functuri, infra de elec. in-
notuit, pagani, & infideles, qui ſaltim ſpiritualiter non
ſubſunt, de diuor. gaudemus, licet tẽporaliter ſubſint,
ſm ea, quæ no. infra de voto, ꝙ ſuper his. §. rurſus. ¶ In
19 gl. [. ſ. in criminalibus, ibi, ſtatim] adde † vel ꝙ dicit,
actionibus, reſpicit actorẽ. quod dicit, iudicijs, reſpicit
20 iudicem, Phi. quaſi excludat arbitrum, † qui ſuo ſenſu
regit, ſi iniquè pronunciat. ff. de arbi. qualem, & l. diẽ.
§. ſtati, ſecundum Hoſ. ¶ In gl. [vlt. ſ. malo, ibi dum tñ
21 ſecundũ leges] dixit Inn. ꝙ † adminiſtrator, vel ordina
rios a iuſtitia non poteſt recedere, cũ iurent vtriq; par-
ti in priuatis, & publicis ꝯctibus ſeruare iuſtitiam, vt
in prædicta auct. iuſiurandem, quod præſtatur ab his.
nec ob. quod ibi dicit, ſeruabo ęquitatẽ, ſm quod mihi
22 videtur, ſiue viſum fuerit iuſtũ: quia illud † intelligitur
extra iudiciũ, vt in dãdis officiis, vel in iudicio in his,
23 vel quæ cõmiſſa ſunt iudicis arbitrio, cõmiſſa † ſunt e-
ius arbitrio, ſicut in dandis inducijs, & ſimile. ff. de iu-
re delibe. l. 1. 3. q. 2. de inducijs, in diſpenſationibus. 1.
q. 7. exiguẽ, & in pęnis, ſaltẽ in extraordinarijs crĩbus,
& etiam

& etiam in ordinarijs, ſi iudex ex cauſa eas viderit tẽperandas.ff.de pę.aut facta.§.fi.& l.capitalium. & le. hodie.facit ff.de mino.auſilium 50.diſt.vt conſtituerctur.86.diſt. tanta.33.q.5.circuncelliones, alias arcelliones.arg.cõtra.2.q.3.§.notandum,& ibi ſatis de
34 hoc, illud.n. † intelligitur ſine cauſa, vel poſt ſententiã
35 ſecundum eum, & Compoſt.Caueat † ergo ſibi ſecundum Hoſt.qui in diſſenſione opinionum eligit iudicẽ. caueat etiam iudex a pœna decretalium, cum æterni,
f de re iudic.lib.6. Communis [f] † autem opi.ſequẽda eſt,
36 vbi non notoriè malè dicat, vel rationabiliter cõuincatur, quod bonus iudex acutiſſimi ingenij æſtimabit. infra de ferijs.capellanus.nam vere ſoli &c.de ſta.mona.c.2.[& ibi, iudicet] vbi de hoc.

ADDITIONES.

a ¶ Canonũ. Adde vltra doc.hic quòd Gemi. in ca.alma,de ſenten.exc.in 6,in 5.nota.dicit quòd ſtatutorum appellatione comprehenduntur canones Roman.pontificum.

b ¶ Cuſtodiantur. Et qua poena puniatur tranſgrediens canones vide.inf.Io.And.& Imo.hic,de quo vide per gl.in c.generali,in verbo,inhibens,de elect.in 6.

c ¶ Canones. Facit, quod no.gl.& Io.And.in c.quod clericis, inf. de fo.compe.& per ipſum in Spec.de conſt.§.1.ver.& no.& per Bar.in l.1.C.de ſum.trin.& fi.ca.in 22.col.in ver.præterea, ſi aliquis deliquit,& in 18.col.& ſe.quæ dicta Bar.ibi videntur facere contra opi.Io.And. hic vide q.Io.Calde.quæ incipit, ſtatuto ciuitatis cauetur, vtrum autem in cauſis ſpiritualibus ſint ſeruãdi canones, an verò leges, vide in Spec.de alle.& diſputa.§.porrò, ver.ſed nunquid in cauſa eccleſiaſtica, & per d.Bal.in l priuile.C.de ſac.ſan.eccl.in ver.3. no.qui facit pulchram diſt. tenẽ. opi.Io.And.ſupra poſitam,& vltra prædicta vide Pe.de Anch. in repe.ca.cano.ſtatu.de conſtit.in 28.col.cum ſequentibus. & aliquid per Bal.in l.omni nouatione.C.de ſacro.ſan.eccl. & per doc.in c.quod clericis,extra de fo.compe.& per Io.And.in ca.ſi duobus, de app.& in c.licet ex ſuſcepto, de foro compet.& per Bal.in l.fi.in antepe.col.ff.de iuſt.& iu.qui referon.Cyn.dicit ꝙ ſi iudex ſecularis inquirat de delicto commiſſo in eccleſ.certè non puniet ſecũdum ius cano.ſed ſecundum ius ciuile.quæ opi. Bal.facit contra opi. Io.An.& doc.& quòd cauſa coram. iudice ſæculari debeat iudicari ſecundum canones, vide gl.non alle.ad hoc,quæ probat hanc opi.in clem.diſpendioſam,in gl.ma.de iudi.facit optimè tex.in c.relatum.el 2.extra de teſta.quia ibi cauſa erat coram præſulibus, & præſidibus; tamen vult ibi text.ꝙ iure canonico tractetur,&c.& hãc inductionem ſic vt ſup.factã reperi in apoſtilis domini Bald.ſuper Inn.meo ad d.c.manu ſua, quoniam ipſe Inn.fuit ipſius Bal.vt in eo reperi manu ſua ſcriptum.& vltra prędicta vide pulchram q.tactam per d.Albericũ de Roſa.in auth.ſtatuimus.C.de epi.& cle.in 5.col.in ver. quid ſi laicus repetit mutuum &c. Qui dominus Albericus ponit q. de laico repetẽte mutuum a clerico, qui opponebat de duobus ſtatutis, quorum primo cauetur, quòd inſtrumentum, quod nõ reperitur deſcriptum in regiſtro communis, non valeat.alterũ, quod ſi non ſit poſitum in æſtimo communis; debitor ſit liberatus, an iudex eccleſiaſticus, vbi non ſunt ſeruata prædicta, poſſit pro clerico contra laicum iudicare?& per plures rationes & iura ibi alleg.per eum dicit ibi Albericus, quòd hanc q.diſputauit Paulus de Leaza.publicè & tenuit quòd ſic,tamen dicit ibi Albericus, ꝙ quilibet debet iudicare ſecundum ſtatu. & conſuetudines ſui fori Quæ verba Alberi.videre meo videntur maxima limitatio ad omnia iura ſupra allega.

d ¶ Canonem. In gl.quæ dicit canones conſultationes non ligare.contra facit c.accuſatio &ſeq.in fi. 2.q.7.vbi illa monitio nõ eſt fienda de neceſſitate, ſed de vrbanitate,& tamen non facienti pęna imponitur:ſed ſol.vt ibi ſcripſit Archi.

e ¶ Nouit. Ibi vide Io.And.ſuper gl.ſed cũ. & vide qđ no.Bar.in l.Cæſar.ff.de publi.& vide tex. in l.fi.C.de dona.inter vi.& vx. & Bar.in l.oẽs populi, ver.3.in 4.q.ff.de iu.& iure. & per ipſum in l quòd ſemel.ff.de dec.ab or.fa. & no.ꝙ hic alleg.per Io.An. videlicet de c.nouit, & 38.di.legimus& eius dicta ſunt dicta gl. in d.c.fuerunt, in gl.in ver.neceſſaria.7.di.etiam hic all.per eũ. & adde quòd talia ſtatuta requirunt confirmationem ſuperioris ſecundum Bald.in l.fi.C.de iur.om.iud. quod idem dicit tenere Iã.de Are.& Cy.in d.l.fi.& in l.priuatorum, ſuper gl.Et ſuper quibus poſſint condere ſtatuta, vide Bart.in l.fi.in 4.col.in verſ.quęro,ſuper quib.poſſunt facere ſtatuta.nã ſuper his, quæ pertinent ad artem ſuam,& non aliter,& vide Bald.in l.humanum. C.de legi.qui idem tenet,ꝙ requiratur confirmatio in 2. col.in ver.no. etiam hic.& aliquid per Bald.in l.1. ff.de conſtit. prin.Sed vltra prędicta vide pro concordina opinionẽ d.Ang. in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iure, qui pulchre limitat dicta omnium doc.in hac materia,& quia longa non refero. Et qui poſſint condere ſtatuta, vide quæ dicam inf.in c.cum omnes,& l.fi. C.de iur.om.iudi.

f ¶ Cõis. Adde bonũ tex.in l.1.§.neque. C.de vet.iu.enu.& vide ea quæ ſcribit Barb.vbi multa alle.ad iſtud propoſitum in cõſi. 2.in col.2.in 1.parte,& alibi ſæpe in conſil.ſuis & vide etiam d. Iaſonem in l.illam, C.de colla. & ibi etiã dicit vnum, quod dicit eſſe ſignandum, videlicet ꝙ poſſumus iudicare contra communem opi.ſi non habet caſum legis, vel vera non probatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio reſpicit futura, non preterita.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Exempla ad decretalem facientia.*
4 *Anima, que peccauerit, ipſa morietur, excepto caſu, & que, numero 5.*
6 *In culpa qui eſt, damnum pati debet, & nu. 13.*
7 *Forma obſeruandi regulam intelligitur dari, cum nouũ quid ſtatuitur.*
8 *Diuerſitas lectionis antiquę ab ea, quam nunc habemus.*
Multa cum c. & ſine c. diuerſa ſignificant.
9 *Inceptam extractionem bladi ante pœnam impoſitam poſſum etiam poſt editionem proſequi, ex quo cęperam.*
10 *Vetitum, pro prohibitum.*
11 *Pœnam, ſiue damnum ſuſtinere quis debet, ſi contra prohibitionem fecerit.*
12 *Epilogus ſuffragium.*
Pœnam non meretur legitimè factum.
13 *Suppletio gloſſarum.*
14 *Pendente lite ſiue cauſa neque lex etiam motu proprio lata, valet cum nihil ſit innouandum cauſa pendente, &c.*
15 *Capituli vltimi infra eod. et leg. leges. C. de legib. intellectus.*
16 *Damna pro detrimentis & grauaminibus accipitur.*
17 *Ignorantia promulgationis legis an excuſet, & num. 18.*

1 Cognoſcentes. Caſus. † Conſtitutio reſpicit futura, non præterita. dicebat Boa. 4.
2 ſunt † partes. In prima deciſa facti narratio ex quo formatur quęſtio. In ſecũda ibi, rem quę, regula, ex qua datur ſolutio. In tertia, ibi, quotiens, directa ſolutio. In quarta ibi, ne detrimentum, ſolutionis rõ. [Rẽ,
3 quæ culpa] pone † exemplum ſm Vin. ĩ.c.vlt.ſecundũ Abb.ĩ.de homi.Ioannes.& poteſt dici, ꝙ decre.ponat duos caſus; & ſic vtrũque per ſe exemplificetur: melius videtur, ꝙ ponat vnum tñ. Et primo ponit regulã. ſecũdo ex ea dat ſolutionem ad caſum propoſitum. & ſm Vin.iſtud c. poſſet legi de culpa & pęnã quoad iudi-
4 ciũ animæ. Anima † enim, quæ peccauerit, ipſa morietur. 13.q.2. in præſenti. Fallit in originali peccato qđ
5 a parentibus † primis contrahitur, de conſe.diſt.4.qđ
6 eſt. [Caret.] Si ergo † eſt in culpa, ſuſtineat. 38.diſt.quia. Nã publicæ vtilitatis &c.de ſen.excom.vt famę, ſm Boa. [Nouũ quid] pone exẽplum de ſen.exc. c.1.lib.6.
7 [Formam] i.obſeruandi † regulam. Pe. [Vt diſpendijs]
8 in antiqua † dicebatur: vt multa diſpẽdijs pterita &c. & iſtum verſ.gloſſauit Hoſt.vt gl.antiqui, dicẽs, ꝙ multa per c.erat nominatiui caſus, ſine c.erat accuſatiui, & coniungitur cum preterita: ſed neutram habemus: & ſub. vt id nouum ſtatutum diſpẽdijs &c. [Preterita] cõcor. C.de decurio.l.pe.li.10. Gof. [Incurrere] vnde
9 ſi † cęperat bladum detrahere, & poſtea deſtitit, pęna ꝯ tales poſtea edita non tenetur etiam poſtea trahens, ex quo prius incęperat. ff.de publi.& vecti.l.Cæſar, alias cũ inſulæ, Hoſt.& facit ad hoc ſm eum, quod legitur & not.de offic.delega.gratum, & de foro compet.
10 propoſuiſti. [quod] ſ.detrimentum, Pet. [Vetitos] † i. prohibitos, Phi.alias vetitis, ideſt propter merita [Su-
11 ſtinere] † ſi contra fecerint. ¶ In [gloſſ. 1.] adiuuat textum, arguit allegans duos canones. In contrarium

allegat quatuor. dupliciter ſoluit, & remittit. ¶ Vltima
gl. arguit, allegat duos canones, & vnum allegat in cō
12 trarium. & ſoluit. ¶ In † gl. prima [ibi, Gracchus] loq
tur de marito, qui caſu, quo potuit, occidit adulterum.
[Et ibi, ſancimus.] vide in c. quæſiuit, ſtatim allegato
ſuper vltima glo. ¶ In glo. prima [ibi, meretur] pone-
13 bat Hoſt. verſus. † Qui caruit culpa, careat me iudice
pœna [Et ibi, regulariter] ĩ. de regulis iur. ſine culpa, li.
6. [Et in fine] & in ſumma de pœnis. §. q̃ quibus, ſub §.
eſt autem pœna, Ho. ¶ In glo. ſic ergo, in fine] de pendē
14 tibus † dic vt not. ĩ. de elec. licet canon. lib. 6. & ibi
no. quid de hoc notant Gof. & Ho. Compo. vero hic di
cebat, cuius dictum vide in Spec. de app. §. de officio,
verſi. ſed quid dum cauſa, ꝙ ſi principali cauſa pendē-
te fiat lex noua ad alterius partis petitionem, non va
let in ea cauſa. ſimile in auth. in medio litis ſã. iuſ. non
ſi. §. ſi vero dum cã, & §. eam autem, colla. 8. Itē ſi pro
prio motu nullo petēte, dummodò fiat poſt ſententiã,
ſiue poſtquam partes renunciauerunt allegationibus,
& relatio facta eſt, non valebit in ea cauſa, etiam ſi di-
catur in l. quod trahatur ad præterita: quod eſt mirabi
le, in auth. vt cum de appella. cogno. §. 1. eadem colla
tio. cum nihil ſit innouandum cauſa pendente. ff. nil in
15 nouari, per totum. nec obſtat † ĩ. c. vltimo. C. de legi.
a leges, vbi dicitur, ꝙ lex noua trahitur ad præterita,[a] ſi
hoc caueatur in ea: quia hi ſunt caſus ſpeciales: vel tra
hitur ad præterita facta, in quibus iudicium nondum
eſt inchoatum: ſecus, ſi ſit inchoatum, ſecundum eū, vi
de quod dicam ĩ. vt lite pendēte. c. ſi. ſuper prima gl.
16 ¶ In gl. id eſt damnis, † [in fine] vel. i. detrimentis, vel.
grauaminibus. ĩ. de reſcrip. diſpendia, libr. 6. ¶ In gl.
[ſequēti in fine] vel. i. ſubijciat, Phi. ¶ In gl. vltima [ibi
17 ex quo] vnde dicebat Gof. excuſari † ignorantes con-
ſtitutionem factam, non promulgatã. Et ibi, elapſos]
niſi aliud in conſtitutione caueatur, quod ſeruandum
eſt. ĩ. de præbendis, cum ſingula, lib. 6. & in conſtitu-
tione Io. execrabilis. [& ibi, colla. 5.] ad hoc ĩ. ne cle-
rici, vel monaci. ca. vltimo, de ſent. excom. nouerit. [Et
ibi, ad hæc] vbi de hoc. [Et in fine] adde, quod nota-
tur in data. 6. lib. in vltima gl. [Et ibi, fuiſſe] hoc voluit
18 Inn, qui dixit, niſi † fortè dilucidè ſuam probaret igno
rantiam. ¶ In ſuperſcriptione ad Hebræos. 7. capitul.

ADDITIO.

a ¶ Præterita. De materia iſta vide in c. licet canon, de electio li. 6. in gl. & ſuper illã, & pleniſſime per Bar. in l. omnes populi, in repetitione circa principium, verſi. quinto quæro. ff. de iuſti. & iur. & ibi ponit multas q. in materia iſta. & vide Bart. in l. ſancimus. C. de epiſ. & cle. ad finem, & vide Baldum in l. leges. C. de legibus.

SVMMARIVM.

1 *In connexorum vno quod ſtatuitur, ad alterum extenditur connexum.*
2 *Per ſacerdotium intelligi poteſt omne ſacramentum, quod confert gratiam.*
3 *Ordo, & ſimilia non ſunt apud Iudæos, vel non baptizatos.*
4 *Sacerdotium non poſſet Aaron hodie conferre in prima forma.*
5 *B[illegible] ſmus ſub illa forma, quæ olim erat, hodie non valet.*
6 *Sacerdotio translato factam etiam translationem de lege, et quomodo.*
7 *Repudium olim permiſſum, hodie prohibitum.*
Sacerdotij, et legis connexionem quæ oſtendant, ibid.
8 *Sponſio olim promiſſio inter ſponſos.*
Promiſſio hodie eſt omnis ſtipulatio.
9 *[illegible], & Suffragium gloſſarum.*
10 *[illegible], et nu. ſequentibus.*
11 *Sacerdotij translatio de Aaron in Chriſtum, et quando, et per quæ verba. nu. 12.*
12 *Populus an poſſit legem condere, ex quo tranſtulit in principem poteſtatem.*
13 *Regula euaneſcit ex diſſimulitudine.*
Simile ſi negas, tibi incumbit probatio.

1 Translatio. Pone caſum, ꝙ in † vno conne
xorum ſtatuitur, ad alterū con
2 nexum extenditur.[a] [Sacerdo
2 tio] per ſacerdotium † ſecundum Abb. intelligi poteſt
omne ſacramentum: vel ſacramentum, quod confert
3 gratiam. vnde † ordo, & ſimilia non ſunt apud Iudæos,
vel non baptizatos. ĩ. de presby. non bap. c. 1. & vlt. p
quæ iura dixit Pe. cuius gl. per errorem habetur ſ. c. 1.
ꝙ ſi Iudæus ordinetur, non recipit characterem; licet
alias Iudæi in ſuis ſolennitatibus tolerentur. ĩ. de Iu-
dæis, ſicut, & dixi ſ. tit. 1. firmiter. ſuper verbo, rite fue
4 rit. vnde dixit hic Vin. ꝙ Aaron † non poſſet hodie cō-
ferre ſacerdotium in prima forma: quia verba illa nō
habent illam vim, quam olim, & quia ſacerdotium eſt
eis ablatum. 2. q. 7. §. de his. ver. ſciſſio veſtis, & de hoc
in Specu. de ætate & qualita. 1. verſi. Idem dixit de for-
5 ma † baptiſmi, quæ erat olim in nomine Chriſti, qđ. ſ.
hodie ſub illa forma non valet baptiſmus, de hoc. ĩ. de
baptiſ. ca. 1. [Legis] dicunt etiam quidam translatio-
6 nem † factam etiam de lege, dum dixit dominus in e-
uangelio Matth. 5. ſcitis, quod dictum eſt in l. Diliges
amicum tuum, & odio habebis inimicum? Ego autem
dico vobis, diligite inimicos veſtros, & benefacite his
&c. 13. q. 4. cum in lege, & §. penult. ſecundum Iaco. &
Phi. & in præall. c. euangelij, & ſequēti habentur ali-
7 qua ſimilia, vt de repudio † hodie prohibito, olim per
miſſo [Simul] Ecce primū, quod oſtendit connexionē
legis, & ſacerdotij [& ab eodem] hic ſm [& ſub eadē]
hoc eſt tertiū. alia duo verò habes in gl. [Sponſione.]
i. ſub eadem ſpe promiſſionis; Hoſti. nam olim ſponſio
8 † promiſſio inter ſponſos. Hodie omnis ſtipulatio eſt
promiſſio. ff. de verborū ſigni. ſponſio, in principio tit.
9 Egy. ¶ In [gl. 1.] ponit † caſum. Tertia gl. reſpondet p
obiectionem, & ſoluit. ¶ Vltima, gl. arguit, alleg. con-
cor. ¶ In vltima glo, [ibi ſi libertam] vide de teſti. fra-
10 ternitatis, ſuper tertia gl. ¶ In gl. prima † [ibi, non de-
bent.] ĩ. de baptiſ. maiores, verſi. abſit enim. ¶ In glo.
2. in prin. [ibi, in Petrum] per Chriſtum, ſed primò fue-
rat tranſlatū ſacerdotium de Aaron, qui fuit de tribu
Leui, in Chriſtum, qui fuit de tribu Iuda, ſm Philippū.
Tranſlatum eſt igitur de lege ad euangelium ſecūdū
eum. [Et ibi, ſucceſſiones] Et facit ad hoc ſm Hoſt. pro
11 opin. dicentium ꝙ † populus[b] non poteſt condere le-
b gem, ex quo tranſtulit poteſtatē in principem. de hoc
remittam ĩ. eo. quæ in eccleſiarum, ſuper prima gl. [Et
12 in fine] per quod ca. dicunt alij tranſlatum † per illa
verba, Tu es Petrus &c. dixit Compoſt. ꝙ per illa ver-
ba ante paſſionem dicta promiſit ſibi poteſtatem, di-
cendo, dabo tibi &c. vt in c. nouo, ibi de hoc. poſt paſ-
ſionem & reſurrectionem dedit ſibi tanquam capiti &
alijs tanquam membris dicendo, accipite Spiritum
ſanctum, quorum remiſeritis &c. & ad deſignandum
Petrum in hoc principalem dixit ei, Paſce &c. poſtea
in aſcenſione cum dixit, Item & prædicate; dedit eis
exercitium veritatis clauium, de conſecra. diſt. 4. pro-
prie. In die verò penthecoſtes, quæ prius dederat, per-
miſſionē Spiritus ſancti cōfirmauit ſm eum. ¶ In gl.
qa poſtq. [ibi, dixit] deuterono. 6. [& ibi, promiſerūt]
13 Exo. 24. ¶ In gl. vlt. [ibi, eſt habēdum] † quod eſt verū
ſm Abb. niſi in aliquo ſit diſſimilitudo: quia tunc eua-
neſcit regula. 27. q. 6. 1. nuptiarum. vide quod dixi in
procemio ſuper verbo, ſimilitudinem. Et nota, ꝙ ſi in-
14 duco † aliquod ſimile, & tu negas illud ſimile, tibi
incumbit

incũbit probatio, quia negas ius, & quia negãdo aſſe
ris diſſimile, de renuncia. ſuper hoc, de prob. tertio, ſe
cundum Lau. Tan. Goſt. Vinc. & Hoſt. & in Spec. de di-
ſpu. & alleg. §. poteſt hoc, in verſi. iuribus autem. ¶ In
ſuper ſcriptum, alias in ſupraſcriptione ad Romanos
7. capitulo.

ADDITIONES.

a ¶ ¶ Extẽditur. Ex quo no. quod cum præparatorium dicatur de dependentibus connexis ipſius præparandi, vt probatur in l. ordinarij, in ver. ab eo. de iudice. C. de rei vind. quod ſtatutum in vno intelligitur eſſe ſtatutum in alio.

b ¶ Populus. Vide Angelum in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, qui tractat hanc q. & refert omnes doct. & eos ad concordiam reducit, vt ſup. etiam allegaui in gl. vltima. c. 1. ſup. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Probibens conſtitutio certum quid, prohibet omnia, quæ ſequuntur ex illo.*
2 *Si neſcio quid, idnec reprobandum cenſeo.*
3 *Concupiſcentia conceptus peccatum.*
Peccatum conſumatum generat mortem.
4 *Epilogus, ſuffragum gloſſarum, tempus vnum accipitur quãdoque pro alio tempore.*
5 *Suppletio gloſſarum.*
6 *Innocentem eſſe, ignorare quid noceat.*
7 *Genus a quocunque remouetur, & ſpecies.*
8 *Ebrietas dicitur eſſe fomes omnium vitiorum.*
Ignorantia mater errorum.
Pecuniæ amor materia omnium criminum.
9 *Præſens tempus verbi pro præterito exponitur.*

1 Nam cõcupiſcentiam. † Conſtitutio certum quid prohibens, omnia prohibet, quæ ſequuntur ex
2 illo. [Neſciebam] & ſic † nec reprobandam cẽſebam,
a Inn. [Omnia mala [a]] Iaco. 1. concupiſcentia † cum con
3 ceperit, parit peccatum: peccatũ vero cũ conſumatum fuerit, generat mortẽ. [Bona eſt,] quod apparet ex ſpeciali nota electionis apoſtoli, Hoſt. [hoc] ſ. vitium con-
4 cupiſcentiæ. ¶ In † gl. inchoat caſum. ¶ Quinta gl. arguit, alleg. 4. iura. ¶ Penult. gl. dupliciter exponit litteram. ¶ In 5. gl. [ibi. l. vlt. quæ incipit, ſancimus, & vide de rebus eccl. nõ alie. c. nulli, ſuper gl. penult. ¶ In gl. penul. [ibi, verbum, erit] ſi dicit teſtator, quod in codicillis ſcriptum erit etiam comprehendit, ſi prius ſcriptos codicillos quis relinquat. ¶ In glo. 2. [ibi, Lege,]
5 Exo. 20. [& ibi concupiſces] † quod eſt vnum de præceptis ſecundæ tabulæ; quod dic vt not. 32. q. 7. quod in omnibus, alias nominibus. ¶ In prin. gl. ſeq. [ibi, Concupiſcentiam] per experientiam facti nõ per ſcientiã. ſimilis expoſitio ſecundum Goſt. 22. q. 4. [Innocens] in
6 prin. ibi, hoc eſt Innocentem † eſſe, ignorare quod noceat. [& ibi dixit] ad Romanos 7. Gl. ¶ In gl. ſ. [vitiũ,
7 in fi.] a quocũq; remouetur † genus, & ſpecies. R. ¶ In glo. ar. q. in fi.]j. de reg. iuris, cũ quid prohibetur, lib.
8 6. ¶ In gl. oriri poſſunt, [ibi, & ſic] non obſtat, † q; dicit ebrietatem eſſe fomitem omnium vitiorum, vt 35. diſ. ante omnia. alibi dicitur de ignorantia, quod eſt mater errorum. 38. diſt. ignorantia. alibi quod amor pecuniæ eſt quaſi materia omnium criminum. 23. diſt. his igitur ſecundum Hoſtiẽ. [Et ibi, Luxuria] & de his plene per Hoſtien. in ſumma, de pœn. §. de quibus, ſub §. quæ aũt ſint peccata mortalia. ¶ In ea. [ibi, orta ſunt] ſimile, C. de epi. & cle. l. nulli, ibi, ciuitatis, ex qua teſta
b tor [b] oritur, exponitur, i. ortus eſt. ¶ In ſuperſcriptione parabol. 3. capitulo.

ADDITIONES.

a ¶ Mala. Et no. q; omne quod ab aliquo deſcendit, eius ſimilitudinem & imaginem tenet, vt not. in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. 30. anno. poſt prin. Bal. ſup. in prohe. rex pacificus, col. 5.

b ¶ Teſtator. Vide gloſ. & ibi per Bar. in l. verbum, oportebit ff. de verbo. ſign. Quandoq; verbum præſens trahitur ad futurum, de quo per Bar. pleniſſime in l. ſi ita. ff. de aur. & argen. lega. & vide Bar. in l. is qui in puteum. §. quod ait. ff. quod vi aut clam. Et vltra prædictã vide no. per gl. & Bar. in l. talis ſcriptura, de lega. 1. & quod ibi no. do. Io. de Imo. Et de materia quando diſpoſitio trahatur ad futura, vltra dicta per d. Bart. in d. l. ſi ita, vide Bart. & doc. in l. ſi. C. quæ res pign. oblig. poſſunt. Et per canoniſtas in cle. literas, de reſcrip. & in c. ſi. eo. tit. in antiquis. vbi etiam habetur, quando præteritum trahitur ad futurum, & quid de præterito imperfecto, & præterito pluſquam perfecto, vide Bart. in l. ſi debitor veriſimile. ff. de contrahen. emptio. vbi inueni quandam apoſtillam manu clariſſimi domini Vgolini de Arimino, qui ponderat. & dicit tex. eſſe in contrarium opi. Bart. inf. eo. in l. lege fundi, ibi, vbicunq. eſſent, contra. & aliquid per Bal. in l. ſi ita ſcripſiſſet, de leg. 2. & vide ad prædicta d. Ang. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. prędio. non alleg. à docto. elegantius loquẽtem in hac materia, quam quilibet alius docto. qui multa bona dicit ic materia bene per ſex col.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones decretorum ſunt ſingularium opinionibus præferendæ.*
2 *Conſilijs ſapientum recta ſuadentium præponere ſuam non debet opinionem, & qui præponere dicatur.*
3 *Epilogus cum ſupplemento gloſſarum.*
4 *Dictis ſanctorum, et aliorum receptorum ab eccleſia ſtandum, niſi in quibuſdam caſibus, et quibus.*
Corpus dominæ noſtræ quod ſit aſſumptum, communis eſt opinio.
6 *De Salomonis ſalute quid dicatur, remiſſ.*

1 Ne innitaris. † Conſtitutiones decretorum ſunt ſingularium opinionibus præferendæ. [Pa-
2 trum decretis] vel conſilijs † ſapientum recta ſuadentium, vt 84. diſt. c. 1. vbi de hoc plene. [Præponit] quia cum ſibi oſtenditur ſic eſſe de iure, ipſe tenet contrariũ
3 ex ſua opinione ſecundum Abb. ¶ Prima † gl. inchoat caſum. ¶ In gl. in malo, in fi. & dic vt ibi. ¶ In gl. [vlti-
4 ma in fi.] ergo † ſtari licet dictis ſanctorum, & aliorum receptorum ab eccleſia, ita quod dicens, quæ ipſi dicunt, non poteſt determinate redargui, niſi diceret retractata, ſicut Aug. de dictis ſuis retractauit multa, vel niſi diceret per eccleſiam correcta. 26. diſ. c. 1. & 2. 22. diſt. ca. 1. Si vero inter ſanctos eſſet opinio, vt de Salomone damnato, & de corpore virginis aſſumpto, licet cuiq; dicere, quod vult: alias vſq; ad unum iota ſeruetur. 15. diſt. ca. vlt. olim quando opuſcula eorum authẽtica non erant, licitum erat tenere, vel non. 9. diſt. noli, ſecundum Innoc. & Compoſt. dixit Hoſtienſ. quod
5 hodie † communis eſt opinio, & merito approbata, q; corpus Dominæ noſtræ ſit aſſumptum, & beatus Aug. hoc dicit aperte. Quid dicat Hieronymus, vide in Hiero. ſermone de aſſumptione ad Paulam, & Euſtochiũ.
6 de Salomone † vide 30. q. 4. Salomon, de pę. diſtin. 2. ſi enim, circa finem ver. Salomone.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio capituli, quæ non eſt communis omnibus, et per quam tollitur antiqua conſuetudo, non valet.*
2 *De ordine, et continentia ac gloſſis huius decretalis in prima compilatione.*
3 *Diuiſio decretalis.*
4 *Capitulum canonicorum an ſine epiſcopo conſtitutiones facere poſſit, remiſ.*
5 *Capituli ſtatutum, cuius meminit decretalis, cur non valuit.*
6 *Reſidentia clericorum eſt de officio epiſcopali.*
7 *Cap. cum dilectus, de cleri. non reſid. intellect.*
8 *Vniuerſitates poſſunt facere ſtatuta, & quando cum pęna, et quando præpoſitus, & rectores earum id facere poſſint, & quam per ſe iuriſdictionem habeant, & n. 9. 10. 11. et 12.*
10 *Leg. primæ. C. de monopo. intellectus.*
13 *Mutari non debet, quod ſemel decreuit ordo, niſi ex cauſa.*

14 Statu-

14 *Statutum, vel decretum in præiudicium alicuius ſi fiat a fratribus, tenet, ſed eſt reuocandum per contradictionem.*

15 *Contradicere vbi non ſufficit, niſi appelletur.*

Decreti ſeu ſtatuti et diffinitiuæ ſententiæ differentia, & numer. 17.

18 *Eccleſiæ etiam poſſunt annecti prebendis.*

19 *Verbũ pro verbis vſus.*

Cato ſapiens appellatur.

Patere, ideſt ſerua.

Ferre, pro ſtatuere.

20 *Ratio, quare ſic papa mandauit, & nu. 21.*

21 *Titulus, quod quiſq; iuris locum non habet, vbi lex non tenet.*

22 *Epilogus & ſuffragium gloſſarum, nu. 23.*

A maiori parte quod fit an ſemper teneat.

24 *Supplementum gloſſ.*

Conſtitutio hæc canonicorum quare iniqua, & quomodo tenuiſſet.

25 *Nouis indicere non debet epiſcopus legem cum ſcandalo, et numer. 24.*

26 *Duplicitas plerunq; reprobatur.*

27 *Abſentes canonici quando vocandi.*

28 *A maiori parte capituli factum valet, cum vertitur vtilitas eccleſiæ, & quādo eſt communis vtilitas, niſi in caſu, item in pijs operibus, nu. 31.*

29 *Legis venditor fundi. §. ſi conſtat, ff. communia præd. intellectus.*

30 *Statutum poteſt fieri contra conſuetudinem propter vtilitatem eccleſiæ auctoritate ſuperioris.*

32 *Capitulum conſentire debet vt collegium non tanquam ſinguli in electione.*

33 *Pares quando & in quibus eſſe debeant canonici, vel illi de collegio.*

Perſonarum circumſtantiæ conſideranda in diſtributione rerum ver. in his vero.

34 *Verbum vnum in duo reſoluitur.*

35 *Percipere beneficium poteſt quis abſens ex conſuetudine, ſi teneat vicarium, vel alias ſeruiat.*

1 Cum omnes. † Cõſtitutio capituli, quæ non eſt communis omnibus, & per quam tollitur
antiqua conſuetudo, non valet. hæc ſumma eſt ſecun-
2 dum gl. Et ſcias quod hæc † decre. fuit prima in tertia
compilatione, & ſequebatur ſub. ĩ. ſumus vnũ corpus
in Chriſto &c. Super quo verbo Tan. & antiqui poſuerunt glo. quam poſuit B. ĩ. de exceſ. præla. dilecta. Sed
Go. & Bona. non obſtat, alias non obſtante quod pars
illa decisa erat, hic illam glo. poſuerunt. Et diuiditur
3 † decreta. ſm Hoſt. in tres partes. In prima ponitur primum ſtatutum. ¶ In ſecunda, ibi, ſtatuerunt, ponitur ſecundum. In tertia, ibi, cũ igitur, ponitur diffinitio. Poſſes etiam diuidere in duas tantum, & primam ſubdiuidere in alias duas. dic ergo, ꝙ primo ponit duo ſtatuta, quæ ſecundo corrigi mandat, cauſam exprimẽs ibi,
4 cũ igitur. [Canonici] an † capitulum ſine epiſcopo cõſtitutiones facere poſſit, no. ĩ. de verb. ſigni. c. 2. lib. 6.
in gl. ex hoc. & vltra ea, quæ ibi no. ſcias, ꝙ ſm Inno. &
5 Compoſt. potiſſima † cauſa, quare ſtatutum iſtud non valuit, fuit, quia non interuenit cõſenſus epiſcopi, ma-
6 xime cum reſidentia † clericorũ ſit de officio epiſcopali, cũ ſine epiſcopi licentia clerici peregrinari non debeant, de conſe. diſ. 5. nõ oportet. Sed contra. ĩ. de cleri. non reſidentibus, cum dilectus, vbi capitulũ facit ſtatutũ ſuper reſidẽtia, vt ibi patet in ſuperſcriptione.
7 Sed † dic ſm Compo. ꝙ illud factũ fuit de auctoritate ſui epiſcopi; vel non erat, qui illud impugnaret: alias non valeret, niſi papa illud ex certa ſcientia confirmaret; & ſic ſm eum poteſt intelligi ĩ. cap. 2. & 3. De alijs
8 † vero vniuerſitatib. an poſſint facere ſtatuta, not. hic Compoſt. Inn. & Hoſt. poſt eum. ĩ. eo. cum acceſſiſſent, & poſſunt ſuper rebus ſuis, arg. ff. quod cuiuſq; vniuer.
9 l. 1. §. nam ſi præpoſito † ſuo dant iuriſdictionẽ ſuper ſe. C. de iuriſd. om. iud. l. ſi. ergo eadem ratione poſſunt
10 facere ſtatuta. Sed ar. cõtra. C. de † monopolijs. l. 1. ſed
11 illud poteſt intelligi de ſtatutis iniquis. Pœnam † verò non poſſunt adijcere ſtatuto, cum iuriſdictionẽ non habeant ipſæ vniuerſitates, & pœnas imponere ad iuriſdictionẽ ſpectet. Sed ſi hñt aliquã iuriſdictionẽ, poſſent pœnã adijcere, ar. ff. ſi qs ius di. nõ ob. l. 1. Item vniuerſitates, quæ iuriſdictionẽ habẽt, ſtatuta facere poſſunt ſuper omnibus, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinent, ſicut & conſuetud. poſſunt inducere. ff. de legi.
12 de quibus. ¶ Et eſt notandum ſm Inn. ꝙ rectores † aſſumpti ab vniuerſitatibus iuriſdictionem habẽt, & nõ ipſæ vniuerſitates. dicit etiam ſe non credere id, quod aliqui dicunt. ſ. vniuerſitates, deficientibus rectoribus poſſe iuriſdictionem exercere, ſicut ipſi rectores. Illud etiam non placuit Hoſt. licet fateatur illud eſſe difficile, & incommodoſum. ff. de origi. iur. l. 2. §. deniq;, quia difficile, & in eo quod legitur, & notatur ṡ. de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus, & de maio. & obed. cũ olim. vnde & hoc placuit Compoſt. quòd vniuerſitas rectorem habens ſine ipſo nihil ſtatuere poſſit, arg. C. de in integ. reſt. ſi curatorẽ. Si verò non hẽt rectorẽ in ſtatuẽdo, & in alijs iuriſdictionẽ, & adminiſtrationem habebit. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. 1. & l. item. §. 1. excepta vniuerſitate eccleſiaſtica, quæ ſine prælato nil ſtatuet, niſi, vt no. in præ. decr. ĩ. de uer. ſign. [Nouum] & ideo ſuſpectum. ĩ. de conſue. cum conſuetudinis, Hoſt. [Fecerunt] & male. 4. diſ. erit. quod enim ſemel decreuit
13 † ordo, nõ debet immutari, niſi ex cauſa. ff. de dec. ab ordi. fa. l. quod ſemel. Vin. qui etiam notauit hic, ꝙ ſi
14 ſtatutum, vel decretum in præiudicium † alicuius fiat a fratribus, tenet: ſed eſt reuocãdũ: nec eſt neceſſe ap-
a pellare, [a] ſed ſufficit † contradicere. 54. diſtin. quia
15 autem, & c. ſi ſeruus, & infra de his, quæ fiunt a prælato, continebatur, & c. ea noſcitur. ſic & in arbitro ſufficit contradicere infra 10. dies. C. de arbi. l. pe. ſecus in diffinitiua, vbi non ſufficit contradicere, niſi appelle-
17 tur. 2. q. 6. §. diffinitiua. Eſt & alia differẽtia: quia † diffinitiua [b] non debet ferri ſub conditione: licet lata teneat. 2. q. 6. biduum. decretum, vel ſtatutum bene fit ſub conditione, alleg. de teſta. requiſiſti, & ca. ad hæc. ff. de decr. ab ordi. fa. l. ambitioſa. [Omnes] abſentes
18 & præſentes, Vin. eccleſiæ † etiam poſſunt annecti prebendis per epiſcopum de conſenſu capituli ſui. infra
19 de preb. extirpandæ, & c. expoſuit Hoſt. [Statuit] † i. ſtatutum impetrauit, infra de muta. pe. prudẽtiam: ſecus in iure indulto, ff. quod cuiuſq; vni. l. 3. Vin. [Sapiẽtis] Catonis. [Patere] i. ſerua. [Tuleris] i. ſtatueris. [Antiquos.] Ex inſtitutione. [Perceptione] in præſentia, &
20 abſentia [Antiquis] quare † non mandauit potius papa, quod omnes ſeruarent hanc conſtitutionem fauorabilem, quæ tendebat ad reſidentiam, quam facere ſeruare antiquam conſuetudinem contrariam. reſidẽtiæ maximè cum antiqui poſſent ad hoc cogi propter rationem hic redditam, patere legem, quam &c. Et melius concluderetur ex prædictis hoc mandatum, quam id, quod hic papa mandat. dixit Innocen. quod nullus fuit, qui hoc peteret. Hanc reſponſionem impugnat Hoſtien. per decret. de inſti. cum veniſſent, ad fi. vel ſecundum Innoc. quamuis talem conſtitutionem feciſſent, non ſunt vſi ea, & verba cum effectu &c. ff. quod quiſq; iur. l. 1. vel ſecundum eum illud habet lo-
21 cum, cum lex tenet, licet ſit iniqua: ſed vbi lex † non tenet, vt hic, quia facta ſine conſenſu epiſcopi. infra. c. penul. de conſuetu. cum conſuetudinis, non habet locum edictum, quod quiſque iuris. vel ſecundum quod dicit Boati. hic erit optio canonicorum, nõ iudicum.

¶ Prima

22 ¶ In prima † glo. obijcit, & ſoluit, contra ſolutioné vnam a leg. Secundò quærit, alleg. pro, & ſoluit, diſtinguendo inter cõionem collegiatarum, & ſingularium, & inter neceſſaria, & voluntaria. ¶ Pe. glo. notat, & remit-
23 tit. ¶ Vlt. gl. no. ꝙ ex conſuetudine &c. ¶ In prima † gl. ibi, Reſcriptum] pactum creditorum præſentium ſuper certa quota debiti recipienda à debitore ligat abſentes non habentes hypothecam [Et ibi, per fundum] vide de ſen. exc. offi. ſuper 1. gl. [& ibi, commune vero ſepulchrum] ſequitur etiam inuitis cęteris licet inferre.
24 ¶ In † prima gl. [ibi, & malo zelo] & cauſa auaritię ad ſuas burſas replendas [& ibi, Iuſta] iſta vero conſtitutio erat iniqua, cum plus teneant antiqui canonici, qui plus perceperunt [& ibi, Communibus omnibus] dixit Inn. ꝙ ſi epiſcopus interueniente conſenſu capituli, & alijs, quæ interuenire debent, faceret hanc conſtitutionem, excepto de vineis, ꝙ bene teneret, dicens ꝙ conſtitutio erat iniqua ratione illorum, qui per ſe tm̃ conſtituebant, non ratione conſtituti: nec eſt iniquum, ꝙ antiquis canonicis remanentibus in ſuis conſuetudinibus non ligentur noua lege, quam ſcienter admittunt, cum conſtitutio reſpiciat futura. ſ. eo. c. 2. & in c. fi. 31. di. ante triennium. fatetur tamen, ꝙ æquius eſſet oẽs ligari, niſi ſcandalum impediret; quod ſi timeret eṗs, benefaceret eos conſtitutione non comprehendendo:
25 ſic non debet nouis † legem indicere cum ſcandalo, puta ſtatuendo, ꝙ deinceps canonici à carnibus abſtineant: vel nigrum habitum portent. nam ſm̃ eum conſtitutio non teneret, vel de facili reuocaretur. ĩ. de vita & honeſt. cle. Deus qui. [& ibi, cum in tua] plerunq;
26 † enim reprobatur duplicitas. 21. q. 7. in noua. 18. q. 2. in nullo. ff. de vſucap. l. eum qui ædes. plerunq; dixit: quia aliquando approbatur. ff. de pecu. huic quæritur, alias. Item quæritur. §. 1. de relig. domi. quia, de capel. mo. dilectus, in fi. Gof. [& ibi, Naſcituri,] ratio: quia incertum eſt. vtrum & qui, & quot ſint naſcituri. ff. de ſolu. ſi pater. ff. de iudic. ſed & ſi reſtituatur, in fi. Hoſtié. [naturalem vſum] alias caſum. ad idem no. ĩ. de reg. iur. in re cõi, lib. 6. & hic per Hoſt. & Compo. [& ibi,
27 Abſentes] † forte hoc habet locum ſolum in electionibus, ceſſationibus diuinorum, & receptionibus canonicorum, de hoc ĩ. de teſti. præſentium, in glo. ibidé reſidentium, libr. 6. & vide quod dicam de no. oper. nuncia. c. 2. in gloſſ. ſic ſ. ver. præſidentes [& ibi, conſen
28 tiat] † hoc verum eſt, quando in his non vertitur vtilitas eccleſiæ. Si enim etiam in his, quæ fiunt non ex neceſſitate, vertitur vtilitas eccleſiæ, valet qđ fit a maiori parte capituli, de his, quæ fiunt a maio. par. cap. c. vlti. ſm̃ Innoc. & per idem c. dixit hic Hoſt. quòd ſi iſti ſtatuiſſent, ꝙ præbenda abſentis daretur fabricæ, valuiſſet ſtatutum. Sed hic ſub prętextu cõis vtilitatis admittebatur propria vtilitas. Item dixit, quòd communem vtilitatem poteſt facere maior pars, niſi ſit cõſuetudo contraria, quæ tueatur priuatam: quia tũc minor contradicere poſſet, ar. hic in fi. 1. reſpon. C. de ſeruitu.
29 præſes 32. diſt. placuit. Et ſi conſuetudo † eſt, ꝙ liceat mihi de fundo tuo lapidicinas tollere, tibi de certo precio ſatisfaciendo, & tibi ſunt lapides neceſſarij, non
c poſſum illos tollere te inuito: alias poſſum; [c] ſic intellige. ff. communia prædio. venditor fundi. §. ſi conſtat.
30 dicit tamen, ꝙ contra conſuetudinem † bene poteſt fieri ſtatutum propter vtilitatem eccleſiæ, cum neceſſitas hoc requirat, auctoritate ſuperioris, arg. ff. de ſerui. vrba. prædio. in re communi, & quod no. infra de vita & honeſta. cleric. quoniam, & infra eod. ex parte.
31 Cum quæritur, an † eunti ad ſcholas. intellige nõ miſſo à capitulo, per ea, quæ habes de magiſtris. c. fin. vel de redeunte, vel pro ſimili cauſa maior pars capituli, vno contradicente, aliquid de bonis capituli dare poſſit, dicebat Compoſ. quòd eſt quæſtio facti. nam ſi ibi vertitur vtilitas eccleſię, non nocet contradictio: alias ſecus. vel ſecundum eum melius dicitur, ꝙ cum res vniuerſitatis non ſint ſingulorum, ipſa vniuerſitas poteſt de ipſis diſponere in his, ſicut & in alijs pijs operibus, vt in pauperibus alendis 12. q. 2. aurum, & in hoſpitalitate ſeruanda, & ſimilibus, nec obſtat contradictio minoris partis. ĩ. de his quæ fi. à maio. parte cap. c. 1. &
32 vltim. [Et ibi, tanquam ſinguli] forte hoc ſpeciale † in electione, de hoc ĩ. de re. eccle. non alie. c. 1. lib. 6. ¶ In gl. [Dicit ibi Aug.] & Hier. ad Aug. 2. ſufficit mihi probare mea, & aliena non carpere, & vide ibi per totum, & in fi. de homicid. cum iuramento. ¶ In gl. [Sic ergo, in fin.] & hic Pe. Ioan. & Goff. ſed Tan. Phi. & Inno. no-
33 tant hic, quòd ſi conſuetudo † præſcripta circa hoc eſt in eccleſia, illa ſeruabitur. Si conſuetudo non apparet: quia q̃nque ſunt paria, quandoque imparia: vel eccleſia eſt de nouo conſtructa in his, quæ proueniunt ex cõmuni cellario, tantum habebit vnus, quantum alter in quotidiano victu. In his vero, quæ dantur pro indumẽtis, iuxta perſonarum meritum, locum, & ordiné, plus vni, quam alteri dari debet, non obſtat 16. q. 7. cap. 1.
34 Eſt enim ibi exponendum, moueantur † i. moueri debeant, Hoſt. exponit vero, Coęquætis, in habendo, vel non habendo in abſentia fructus præbendarum, & nõ in quantitate. ¶ In gl. vlt. ibi, [Conſuetudo.] idem not.
35 ĩ. de elect. dudum. in gl. pen. Pe. hoc † poſſet ſuſtineri, ſi teneat vicarium, vel alias ſeruiat: alias conſuetudo eſt oneroſa, de conſuet. c. 2. ſecundum Hoſtié. & adde quod dicam de conceſ. præbend. ex parte, in fin. & de præben. extirpandæ. §. qui vero, ſuper ver. in quo caſu. verſ. 3. [Et in fi.] ĩ. de app. peruenit, & de cleri. non reſiden. inter quatuor.

ADDITIONES.

a ¶ Appellare. Et aduerte ad vnum, quod ſi ſtatutum fieret ex cã rationabili ſpecialiter contra aliquem, & in eius præiudicium, valet & tenet. ita Ang. in l. impetrata. C. ſẽ. reſcin. non poſ. per l. neq; Dorotheum, & l. Docticij. C. de decuri. lib. 10. & l. Anthiochenſium. ff. de priuil. credi. & ita dicit ſex doc. cum ipſo conſuluiſſe. & vide Panor. in rub. ſup. eo.

b ¶ Diffinitiua. Vide Bar. qui ponit differentiam inter decretũ, & ſententiam. in l. Seię. ff. de tut. & curat. da. ab his. & in conſilio ſuo, qui incip. miſſus in poſſeſſionem. Et iſtam differentiam vide melius & elegantius tactam per do. Io. de Imo. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acqu. poſſeſ. in verſ. ſed potes dicere &c. & inducit rationem diuerſitatis, & vide ibi Bald. allegatum per eum, qui dicit ſententiam eſſe efficacioris effectus, quam decretum, qui Io. de Imo. alle. etiam Bar. in l. Titia. ſ. de acc. & per d. Barto. in l. ſi is ad quem, circa medium. ff. de acqui. hæred. qui dicit, quòd ſi decretum interponitur ex falſa cauſa reſpectu agentis, eſt ipſo iure nullum: ſecus in ſententia: quod tamen limita eſſe verum, niſi ſit interpoſitum tale decretum inter conſentientes: quia tunc valet, licet non ſit priuilegiatum, vt not. Bald per illum text. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vo. & quando per id, quod committitur, an ſi ex falſa, viciet, vide Bald in l reſcripta. C. ſi contra ius. in 5. col. & quia prædicta modo ſup. alleg. parum faciunt, vide pulchram doctrinam domini Angel. in l. ius plurib. ff. de iuſti. & iure. qui diſtinguendo dicit, an & quando ſententia ſit nulla, & etiam quando decretum ſit nullum ipſo iure, & quando non; ideo ipſum videas, qui optime loquitur, & ſunt verba aurea, & quæ quotidie accidunt, & vide etiã Bal. in l. ſi putas. §. fi. & ibi gloſſ. fina. C. de petit. hæred. verſ. ſecundo quæro, & etiam per Bal. in prima colum. C. quando prouoca. Item quid in ſecundo decreto interpoſito in executione rei iudic. vide Bald. in l. ſunt & aliæ. §. fi. cum duabus ſeq. ff. de pub. & vide Ludo. de Rom. in l. fin. C. de fideiuſ. & vltra prædicta vide pulchram doctrinam Barto. in l. fin. ff. de iuſtitia, & iure, & Ludo. de Roma. l. 1. in 4. col. de bon. poſ.

c ¶ Poſſum. Vide Roma. conſilio 109. in primo dubio. Imo. conſilio 87. & conſ. 124. col. fin.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Laici ſuper rebus eccleſiaſticis facta non tenet.*
2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Fœmi-*

3 *Fęmina an comprehendatur hoc verbo, ſiquis.*
4 *Inops qui dicatur.*
5 *Probabiliter quod dicatur.*
6 *Verbum vnicum in duo reſoluitur.*
7 *Libera facultas, ideſt ſine domini voluntate.*
8 *Legitimum comprehendit omnem ſolennitatem.*
9 *Statutarij qui excommunicati ſunt.*
10 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum.*
11 *Alienare quæ alio irrequiſito non poſſumus, & num. 12. 13. & 31.*
12 *Vſuarij poteſtas.*
13 *Operæ, quę patrono debentur, recipiunt mutationem.*
Eccleſię res alienata non ſeruata forma remanet in dominio eccleſiæ.
14 *Supplementum gloſſarum, & nu. ſequentibus.*
15 *Statutum lędens ius alterius fieri non poteſt.*
Ius quod cuique competit, eſt de iure naturali.
Iure gentium quæ ſunt inducta.
Actiones à iure ciuili inductæ.
16 *Ius naturale quare dictum.*
Reſcriptum, Conſuetudo, ſtatutum, Lex, non valent contra ius naturale, niſi ex cauſa; nu. 18. & ſecus ſi contra ius ciuile, num. 19. 21. 22.
17 *Reſcriptum eſt lex.*
20 *Vltima voluntas habet vim legum.*
21 *Actiones ita tolli nequeunt, quin reddatur iuſtitia.*
23 *Ius ciuile tollitur & quomodo, & a quo.*
24 *Dominia introducta per ius gentium, ſed diſtincta per ius ciuile, & nu. 15.*
25 *Iuris ciuilis vis in addendo, & detrahendo iuri naturali, & in eo diſtinguendo.*
26 *Ius ciuile, & item naturale dicitur quatuor modis.*
27 *Populus Romanus an hodie condere legem poſſit, remiſ.*
28 *Feudum infeudari poteſt, modo non eccleſiæ: alias alienari non poteſt; & ſi fuerit pro anima iudicatum, an valeat.*
29 *Vaſallus licet poſt refutationem feudi ſeruire non teneatur, tamen non debet offendere dominum, & an inuito domino poſſit refutare, num. 30.*
31 *Feudum eccleſiaſticum de conſenſu eccleſiæ, à qua tenetur, vendi poteſt.*

2
1 Quæ in eccleſiarum. [a] † Conſtitutio laici ſuper re- c
2 bus eccleſiaſticis facta non tenet. Et poteſt † diuidi in duas partes. Prima ponit conſtitutionis tenorem. 2. conſtitutionem annullat, & quod ex ea ſecutum eſt, in eccleſiarum præiudicium non valere decernit. ſecū-
3 da ibi, volentes. [Si quis] † an hoc verbo comprehendatur fœmina, dic vt no. ĩ. de elec. generali, in gloſ. 2.
4 lib. 6. [Inopis] dicitur inops † ſi non habet in bonis 50. aureos. ff. de accu. nonnulli, Gui. can. 2. q. 1. prohi-
5 bentur, [probabiliter] † quia manifeſtum eſt, vel quia
6 probari poteſt, Pet. [allegauerit] † i. allegando proba-
7 uerit ſecundum Hoſtien. [Liberam] † i. ſine domini voluntate. Pe. concor. ĩ. de præben. de multa, & eo. tit. licet 2. lib. 6. [Et infra] ſupple, quod ex vigore ſtatuti quædā
8 feuda eccleſiaſtica fuerant alienata [Legitimo] † hoc breuiter comprehendit omnem ſolemnitatem aliena- d
tionis faciendæ. ſic ĩ. de reb. eccl. non alie. c. vlt. hære.
9 & excommunicati † ſunt ſtatutarij, niſi illa intra duos menſes deleri fecerint. ĩ. de ſen. exc. nouerint, Hoſtiē.
10 ¶ Tertia † glo. tractat de alienatio. feudi, infeudatione, & datione in dotem. datur ſimile de vſurario, & emphyteuta: finis reſpondet per quæſtionem, an vaſallus inuito domino feudo renunciet, tenet quod non, alle. vnam l. etiam in contrarium. ¶ Vlt. gloſ. reſpondet per quæſtionem, an conſenſus ſufficiat & cæt.
11 ¶ In † glo. [ibi, Bona fides] vide de Iudæis, ad liberā d.... per vlt. gl. ¶ In gl. 3. [ibi, Si clientulus] de feudi alienatione [& ibi, Imperialis] potius videtur facere contra. nam ibi dicitur ſine permiſſu dominorum non liceret diſtrahere, vel aliquod commētum excogitare
12 [& ibi, In prin.] vſuarius † id qđ habet, nec locat, nec gratis concedit, & vſufructuarius non eſt. [& ibi, Sicut in initio] vide de reg. iur. c. 1. ſuper 1. gl. [& ibi, Inter-
13 dum] operę † quæ patrono debentur, quandoque recipiunt diminutionem, vel perditionem, quandoque augumentum, quandoq; mutationem: vt ſi libertus lãguet; vel diebus aliquibus languet, aliquibus non; vel liberta ad ſtatum promota, quo nō decet eam operas præſtare. ¶ In gloſ. vlti. [ibi, Iubemus] 2. ver. dicitur, quòd res eccleſiæ alienata, non ſeruata forma, remanet in dominio eccleſiæ, & ab eccleſia vindicatur.
14 ¶ In 1. gl. † [ibi, Licuit] quantum ad ſe, alias in caſu, tamē illud dixit Innoc. Hoſti. & Compo. poſt eum, quòd
15 iſti ciues non poterant facere iſtud in † præiudicium etiam laicorum, cum iſtud ſtatutum lędat ius alterius, quod ſibi competit de iure naturali. i. gētiū, per quod ſunt inducta dominia, & obligationes, actiones vero ſunt de iure ciuili. ff. de iuſti. & iure ex hoc, inſtitu. de rerū diui. §. feræ, & §. præterea per alluuionē. contra
16 iſtud verò ius † naturale, quod ideo ſic dictum eſt; quia ratione naturali inductum eſt, inſti. de re. diui. §. ſingulorum, nō valet reſcriptum, nec pragmatica ſanctio, & annotatio. C. ſi contra ius, vel vti. pu. l. fi. & ſicut nō valet reſcriptum, ſic nec contraria conſuetudo, nec ſtatu-
17 tum, nec lex, cum reſcriptum † ſit lex. C. de legi. l. 2. Sunt enim perpetua naturalia iura, inſti. de iure naturali. §. pe. & immutabilia. 5. diſt. §. vlt. hæc vera; niſi
18 † lex, ſtatutum, vel reſcriptum fiat, vel concedantur ex cauſa contra tale ius. C. de bo. dam. per totum. C. pro quibus cauſis ſer. præ. lib. acci. per totum. & niſi in caſu. C. de quadri. præſcrip. l. vlt. & C. de ven. re. fiſ. l. 1. &
19 ff. de religio. ſi quis ſepulchrum. ubi vero † reſcriptum, vel ſtatutum lęderet ius alterius de iure ciuili tantum b
proueniēs, ſicut ſunt actiones.[b] ff. de ori. iur. l. 2. §. deinde. ſi ex toto perimatur ius illud, nō valet, niſi dicatur nō obſtante aliqua. ff. de leg. 3. ſi quis, in prin. C.
20 de teſtam. auth. hoc inter liberos. nam & vltima † voluntas habet vim legum, in auth. de nupt. §. diſponat, collat. 4. Sed melius probatur ſecundum Hoſt. ĩ. de reſcript. nonnulli, & de capell. mo. cap. vlti. & vide quod dicam de exceſ. præla. c. vno, lib. 6.[c] & dato, quod ſuſtineretur, quod tolleret actionem, non poteſt tollere,
21 quin reddatur † iuſtitia ſecundum quoſdam: quia id eſſet contra ius naturale. vide quod dicam ĩ. de fide inſtru. cum P. ſuper verbo, tabellio, & de immu. ec-
22 cle. quia pleriq; ad fi. magnę gl. Si verò non † perimit, ſed differt, tenet. C. de præci. impera. off. l. quoties. & idem, vbicunque ſtatutum, vel reſcriptum cōceditur, quod lex dicit poſſe concedi. ff. de ſenato. l. nuptę. ius
23 ergo † ciuile ſupradicto modo tollitur, ſi is, qui habet iuriſdictionem ſuper eo iure, de hoc fac. l. ſicut de conſuetudin. dicitur de conſuet. cap. vlt. ſed videtur, quod
24 dominia † rerum habeantur per leges principum. 8. diſt. quo iure, ergo poſſunt legibus & ſtatutis auferri. Sed dic dominia introducta per ius gentium, ſed diſtincta ſunt per ius ciuile.[d] modi, per quos dominia acquiruntur, inſti. de acqui. re. do. per totum. nam etiā
25 naturali iuri † ius ciuile detrahit, & addit, & ipſum diſtinguit, & adiuuat. ff. de iuſti. & iure. leg. ius ciuile, & leg. ius autem. Nam & ſecundum euangelium in ore duorum &c. & tamen canones, & leges interdum plures requirunt, quod dic, vt not. ĩ. de teſti. licet. De hac tamen materia remittit Hoſtien. ad ea, quæ no. in ſum. ii. de reſcript. §. quas vires, & facit quod no, ff. de conſtitut. princ. l. 1. & clemen. de re iudi. paſtoralis. §.
26 pen. in fi. ¶ In ea. gl. [ibi, Ius ciuile] 4. † modis, quibus dicitur ius ciuile, & totidē, quibus dicitur naturale.

no.

no.Io.1.diſt.ius autem.& ibi, quod quiſque populus,
27 an populus Romanus † hodie poſſit condere legem,
no.Io.& Bar.Bri.2.diſt.c.1.& Accur.C.de leg. & con-
ſtit.l.vlt.& ibi.10.diſt.c.1.adde quod ibi no.in 1.glo.
¶ In gl.ſe.[ibi, Subueniri,]& tamen eleemoſyna dari
debet.42.diſt.quieſcamus.¶ In glo.qui feudum] ibi,
28 dare † poteſt]hoc tenet glo.in lib.feudorum,ti.de ca-
pitulis Coradi.l.1.§.1.vbi pleniſſime de hoc.& idem
Io.Vin.& Phi.idem Hoſtien.hic, dummodo non infeu
detur eccleſiæ, vt in prȩalleg.conſtit.ſi clientulus.& de
hoc etiam in Spec.de feud.§.2.ver.38.Alias vero,quã
per dationem in feudum alienatum, etiam ſi fuerit
pro anima iudicatum, reuocatur, non obſtante præ-
ſcript.vt in conſtitutione imperialem, circa prin. Ad
id vero, quòd negatur feudum relinqui pro anima, ſi-
gnat contrarium.23.q.vlt.ſecundum canonicam. vbi
dicitur, quod ſi iſta cenſualia relinquuntur eccleſijs,
eccleſiæ non tenebuntur ad cenſus;& ſic videtur poſ-
e ſe relinqui.[e] remittit autem in hoc ad ea, quæ notauit
in ſum.de immu.eccle.§.inquantum, ſub §. ſed vt illa
f immunitas,[f]& in fin.& huic contrario ſtatur ſecũdum
Hoſtien.& idem Io.Vin.& Phi.dummodo non interſit
domini, vel non nimis tempeſtiue renunciet. ad pri-
mum.ff.de inter.actio.de ętate.§.vlt.ſecundũ.ff.pro ſo
cio,ſed & ſocius.§.vlt.& dicit Hoſtien.quod licet poſt
29 refutationem † ſeruire non teneatur, tamen non de-
bet oſtendere dominum, forte in memoriam priſtini
dominij.C.de quæſtionibus.l.ſeruos, vt in libr.feudo.
de vaſallo,qui contra conſtit.Lotha.feu.alie.ca.1.vbi
30 videtur expreſſum, quòd refutare † poſſit domino inui
to;quod dixit Hoſtien.intelligi,cum illud in manibus
domini refutat.Si vero in manibus alterius,quam do-
mini, domino ignorante, non nocet niſi ſibi. ff. de ſer.
vrba.præ.l.ſeruitutes.§.pen.ff.de nego.geſt.ſoluendo,
de renun.quod in dubijs,de arbitr.cum tempore. Re-
mittit tamen ad ea, quæ not.in ſum. de feudis.§.qui-
31 bus modis.¶ In gl.vlt.[in fi.]Io.hæc gl.non valet† in
feudo eccleſiaſtico,quod de conſenſu eccleſię,a qua te
netur, vendi poteſt,nec alienatur, immo idem domi-
nium remanet penes eccleſiam.inf.de feudis.ca.2. de
dona.per tuas.Hoſtien. Dictum ergo Io. tunc procede-
ret,quando ageretur de transferẽdo directo dominio
in emptorem.

ADDITIONES.

a ¶ Quæ in eccleſiarum. Aduerte in iſto c. quia dubium eſt, an ſtatutum, de quo loquitur, diſponeret, quòd vergentes ad inopiam poſſent alienare ſolum dominium vtile, an verò etiam dominium directum. Innoc. Compoſt. Panormi. hic ſentiunt, quòd diſponeret de directo. ſed Bal. tenet, quòd ſolum diſponeret de dominio vtili, vt hic per eum.

b ¶ Actiones. Vide plenius in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, in repetitio. domini Bar. de Sali. & per Bart. in l. rerum quidem amotarum. ff. rerum amotarum.

c ¶ C. vno, lib. 6. Vide ad hæc Io. And. in c. fin. de excep. lib. 6. in verbo, periculum, & per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. vbi dicit non valere ſtatutum, quòd qui ſteterit per quinq; annos, quòd non petierit debitum, cadat a iure ſuo. Pro quo et facit, quod nó. Pe. de Anch. in regula, ea, quæ, de reg. iu. lib. 6. in repet. licet contra faciat, quod dicit Bar. in l. ſequitur. §. ſi viã.

h ¶ Ex interuallo. Vide Bar.in l.non ſolũ. §.morte.ff.de noui op. no.ver.ſed tũc ꝗro. vbi ponit intellectum c.ſolicitudinẽ,de app. & iſtius c.& l.qui in aliena.§.ſi.ff.de acq.hær.Adde & limita ꝓdicta,vt preſtatio nõ operetur, ꝑ Ang.qñ poſt ꝓteſtationẽ immediatẽ ſequitur actus cõtrarius: quia tũc quis pœnitẽtiã egiſſe intelligitur,vt l.cum in plures.§ locator horrei.C.loc.qa tũc nihil operatur,& valet actus,vt in c.per venerabilẽ, de app.& de cõſt. c.cũ M.hic poſito.ſecus, ſi nõ ſit cõtraria.ſed ſeparari poſſit, eã dico,reſpondeo huic libel.negando, & non animo conteſtandi litẽ,vt notat gl.& ibi dominus Bal.in l.1.C.de litis cont. Et ad conc.opi.doc.hic & ſupra alle.& Io. An. vide pulchra verba d. Bal.in d.§.Celſus.& de iſta proteſtatione clandeſtina vide etiã Bal.in l.clari.C.de fideic.qui allegat ad hoc d.§.Celſus,non faciens mentionẽ de dictis ibi per eum . & aliquid per eundẽ in l. c.§.ſi pariendi.ff.de condi.ob cãm.Adde etiam Bar & doc.in d. l.qui in aliena.§.all.& per Bar. & doc.in l.de popillo.§.ſi qs ipſi ptori.ff.de oper.no.nuncia.vbi eſt Carotium in hac materia,& per d.Alexan.& moder.& in d.§.ſi quis ipſi prætori, & per affinem meum Auguſtinum de Ari.ibi vltra omnes.

i ¶ Spirituali. Vide tex.in c.ſi.inf.de conſue. & vide etiam ad iſta multa allegata per Iaſo. May.in l.de quibus.ff.de legibus.

k ¶ L.3 Adde d.Bald.in d.l.3.de all.& pa q idẽ tenet,qđ Io.And. hic allegãdo gl.iſtã & cã ap ꝓbãdo. Quẽ tex l.3.limitat hic Inn. quẽ vide &c.idẽ tenet Ang. & refert Bal. de verbo ad verbum nõ faciendo mentionẽ de dictis Bal.vbi ſ. & dicit ibi. d. Bal.& Ang.in d.l.3 ꝙ illa facit contra miniſtros, & abbates auaros, q vellẽt augere quantitatem cẽſus emphyteuſis, qm pp incremẽtũ emphyteuſis eſt aucta,qđ non poſſunt,& vide etiam Bar in tractatu ſuo de allu.& palu.allegatum per Bal.& Ang.vbi ſup.

l ¶ Capitulo vlt. Add Pet.de Anc.in d.c.ſi.de cõcel.præb.in ver. 14.no.qui dcũ Io.And.hic.& doc.intelligit procedere, qñ collatio ſit acceptata per illũ vel per eius procuratorẽ, quia ꝑ ſolã collationem nõ videtur conferre ius in re,ſicut nec ſola electio non ſecuto conſenſu electi.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa eccleſiarum per conſtitutiones laicorum diffiniri non debent.*

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Conuerſi an admittendi ad electionem, & nu.4.*
4 *Religioſi pro catholicis, vel honeſtis.*
Facultatis pro poteſtate.
5 *Laico quæ non licent, & nu.6.7.9.*
Cap. ſi quis deinceps, 16.q.7. cap. præterea, de iure patro. intellectus, ver. ſic intelligitur.
6 *Iudicium pro diſcretione accipitur in l. eſt receptum, de iuriſdict. omn. iud.*
8 *Potiſſima pro efficaciſſima.*
10 *Res iudicata quando alijs nocet.*
11 *Epilogus, ſupplementum gloſſarum. nu.12. & nu. ſeq.*
13 *Vrbanum prædium non facit locus, ſed materia, & num.14.*
14 *Suburbanum in quo differat ab vrbano prædio.*
15 *Prædiorum ruſticorum, & vrbanorum iura vel ſeruitutes quæ.*
16 *Citari quis non debet, ſi eſt terminus aſſignatus, qui habet vicem peremptorij.*

1 Eccleſia. † C. Cauſæ eccleſiarum per conſtitutiones laicorum diffiniri non debẽt. decr. hæc erat in tertia compil.
2 de for. cõp. c. vlt. Et põt † diuidi in duas partes. In prima ponit motiuũ diffinitionis. in 2. diffinit. Scđa, ibi, qđ a ſenatore. mouetur autẽ ad diffinitionem duabus rationibus, quarũ ſecũdam exemplo corroborat. Scđa ratio ibi, a quibus. exemplũ eius ibi, vnde ſtatutũ. Ioa. An. Et ſcias, ꝙ Hoſt. & Ab. hic poſuerunt caſum litteralem, quem omitto propter breuitatem, & quia Ber. poſuit ĩ. vt lite pẽdente, eccleſia. [Laicis] 16. q. 7. laicis.
3 [Religioſis] ar. Laicos † conuerſos non admittendos
4 ad electionem; ſed poſſet exponi religioſis † i. catholicis, Abb. vel honeſtis. 16. q. 1. iuſta. Hodie eſt expeditũ
5 de cle. ex eo, ꝙ, ſecũdo reſpõſo, lib. 6. [Facultas] i. † poteſtas. Hoſt. no. quæ non licẽt laico, non habet poteſtatem in res eccleſiaſticas vt hic. Vnde nec etiã per recõuẽtionem poſſet cognoſcere cãm ſpiritualem, de hoc
a ĩ. de iud. at ſi clerici [a] Nec per compromiſſum. ĩ. de ar
b bitris, cõtingit. Itẽ pendente [b] eccleſiaſtica quæſtione coram iudice eccleſiaſtico laicus dependentem ab illa, etiam ſi alias ad ſuum forum ſpectet, cognoſcere nõ poteſt, de ordine cognitionum, tuam, qui filii ſint legitimi, cauſam, & c. lator. Item non poteſt eligere, de electione. Meſſana: nec renunciationem beneficii recipere, de renun. ꝙ in dubiis: nec inueſtituram dare, quã qui recipit, ligatus eſt excommunicatione minori, & eſt ligandus maiori; ſic intelligitur. 16. q. 7. ſi quis deinceps, & de iure patro. præterea; non poteſt iudicare clericos etiam volentes, de foro competenti, ſi diligenti, & c. ſignificaſti. Item non poteſt recipere titulum canoni. ĩ. de inſtitut. in eccleſia, vbi de hoc. Item non poteſt anathematizare. Nec hoc ei demandari ſecundũ quoſdã. 95. diſt. bene quidem. Item nec iudicare de cã, & etiam ciuili procurato hoc in fraudem ſecundũ decre. perlatum, de iure patro. Ille vero, qui eſt ſuper omne forũ, poteſt in ſecularibus ſe ſubijcere iudici ſecula
c ri; quia poteſt deſtruere, cõdere, & diminuere forum [c] 2. q. 6. nos ſi incompetenter. ff. de iur. omn. iud. eſt rece
6 ptum: quod non credo, & ponit ibi iudicium, † pro diſcretione. Poteſt tamen laicus cum clerico cognoſcere, de arbi. per tuas, Vincent. [Imperandi] 16. q. 7. pla-
7 cuit. [Motu proprio] ſecus, ſi † ad præces eccleſię. 96. diſtin. cap. 1. & 2. & not. 79. diſt. §. ſed quæritur. Sicut auctoritate eccleſiæ arbitratur de ſpiritualibus: quod alias non poſſet. ĩ. de arbi. per tuas, ſecundum Philip. [Ab eccleſia] Romana. 9. q. 4. cuncta, & per principa-
8 lem, Hoſt. & facit quod ſequitur [Potiſſima] i. † efficaciſſima, Hoſtien. alias potiſſimum, & ſecundum Petr. hoc dictum fuit, quia & forte aliæ cauſæ ſuberant, puta quia ab excommunicato factum fuerat [Roboratum] fac punctum ſuſpenſiuum, & accipe diffinimus, quod eſt in fin. & poſtea dic, reuocantes in irritum, qđ a ſenatore &c. Hoſ. [Monaſterium] S. Syluestri. [Cõuenti] maximè. vnde dicit Boat. ꝙ quamuis ille Ioan-
9 nes cõuentus fuerit † laicus, & monaſteriũ ſucceſſerit in vitiũ; non tñ poterit iudex laicus iudicare [Irritum]
10 eſt tñ † caſus, in quo res iudicata alijs nocet. inf. de re iud. c. pen. Phi. [Sibi] monaſterio, Inn. & eſt ſimile inf. c. proxi. vel eius procuratori in deciſione nominato, ſe
11 cundũ Hoſt. ¶ Secunda † gl. arguit, & remittit. ¶ Tertia no. & remittit. ¶ Penultima exponit, obijcit, & ſol
12 uit. ¶ In † gl. 1. ibi [dicit Gregorius] quod dic, vt not. inf. de iure patro. nobis. ¶ In gl. 2. [in fi.] rationẽ quære de pigno. ex literis, in penultima gl. ¶ In gl. [Ruſti-
13 cum, in fi.] per quæ patet, ꝙ vrbanum haberi poteſt in rure, & ruſticum in ciuitate ad ruſticanos vſus, puta ad cuſtodiendos boues, vel oues. Vrbanum ergo prædiũ non facit locus, ſed materia, vel vſus. Eſt etiam ſubur-
14 banum † quod ab Vrbano non loco, ſed qualitate ſecernitur. C. de prędijs minorum, ſi prædium, vt hortus in ciuitate. Sed ſi plurimum in reditibus abundet, tũc forte ruſticanum diceretur. ff. de ver. ſig. Vrbana præ-
15 dia. Hoſt. Sunt autem iura † vel ſeruitutes ruſticorum prædiorum, quæ ſine prædijs non habentur, vt hauſtus aquę, ius paſcendi, & pecoris ad aquam ducendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. & ſi. Vrbanorũ, dũr ꝗ ædificijs inhærent, vt liceat tignũ in parietem mittere, vt ædes, area, vel cloaca tua recipiat ſtillicidium, vel aquam meam, ne altius tollatur, ne luminibus officiatur, de quibus inſti. de ſerui. per totum ſm Vincen. ¶ In gl. 1. [Vaſa in fi.] ad miniſterium eccleſiæ præparatis. Hoſt. ¶ In gl. [Bene dicit, ibi, Citari] niſi fuiſſet
16 terminus † aſſignatus, qui haberet vicem peremptorij. inf. de ap. ſæpe. [& ibi, Notitiam] intellige, vt not. inf. vt lite non cõt. quoniam. §. ſi autem. [Et in fi.] ſm Io. vnde contraria locum habent, quando eſt quæſtio inter appellantem. & appellatum. Hic vero monaſterium nec erat appellans, nec appellatum, Abb. ¶ In gl. vlt. ibi. [Nulla eſt] intelligas hoc ſanè.

ADDITIONES.

a ¶ At ſi clerici. Vide & adde quæ pleniſſimè ſcripſit d. Ant. de But. in cap at ſi clerici, & quid in ciuili, & quid in criminali, in 7. col. in ver. an in præſentia. qui tenet idem quod Io. An. quòd in ſpiritualibus non poſſit.
b ¶ Pendente. Vide Alex. conſi. 9. incipien. præſtantiſſime doctor. in 4. volum.
c ¶ Forum. Vide multa alleg. per Iaſo. May. in rubrica. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis a communione, quæ propter cõtumaciam per conſtitutionem infertur, intelligitur temporalis,*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Legem ſibi nemo imponere poteſt, niſi interſit alterius.*
4 *Magiſtri iuriſdictionem habent, & faciunt vniuerſitatem, num. 8.*
5 *Vniuerſitas dat iuriſdictionem.*
6 *Fides iuramento æquiparatur.*
7 *Generalitas intelligi debet de licita & honeſta.*
9 *Magiſtrorum vniuerſitati in quibus reſiſtatur.*
10 *Magiſtralia quæ dicantur.*
11 *Morem Romanæ curiæ ſeruandum.*
12 *Epilogus, ſuffragium & ſuplementum gloſſarum & n. ſeq.*
Ab in perpetuum facto an differat ſimpliciter factum, & num. 13. 14.
14 *Priuatio ad tempus non definito tempore videtur decẽnalis.*
15 *Pęna ſententiæ an intelligatur perpetua non definito tempore, & num. 14.*
16 *Sententia, & iuramentum recipit interpretationem a iure.*
17 *Tempus datę inſpicitur quo ad vires reſcripti, conſtitutionis autem tempus aliter conſideratur, num. 18.*

Ex literis

1 **Ex litteris.** †Caſus. Pœna priuationis a cōione, quę pp cōtumaciam per ꝯſtōnē infert, intelligitur tpalis. iſta
decr. erat in titulo de iureiur. in 3. compil. & diuidebat
2 † Hoſt. decr. in tres partes. In prima dicebat poni ſtatutū. In ſcđa tenorem ſtatuti. In tertia ipſius interpretationē. Diuide melius in duas partes. In prima ponit ſtatutū, & factū, ex quib. inſurgebat dubitatio. In ſecūda dubitationē ſoluit, tres rōnes inducēs, ſcđa ibi, quia tñ. Et vide j. rō, ſcđa rō ibi, tā iuris ca. tertia ibi, noſtri mo
3 ris, Io. An. [Nobis.] Sed ꝯ, nemo † ſibi legē pt imponere; ff. de pactis, nemo, nec ſibi imperare, nec ſe prohibere. ff. de arbi. l. pe. & ad Trebel. ille a quo. §. tēpeſtiuū.
a Dic, ꝙ rōne alterius intereſſe [a] pōt qs ſibi legē imponere. ff. de ſerui. quo. Itē ꝯ iſti nō pręerant iuriſdictioni, & priuatorū ꝯſenſus &c. inf. de foro cōp. ſignificaſti. Dic
4 ꝙ magiſtri † iuriſdictionē hñt, vt in ꝓęmio ffo rū. §. pe. Sicut & magiſtri militum. C. de iur. om. iud. l. magiſteria, ſm Gof. & Hoſt. Ad idē auct. habita. C. ne filius pro
b patre: [b] & vniuerſitas † dat iuriſdictionē. ff. de albo ſcri
5 bē. l. 1. in auc. de defen. ciui. §. 2. colla. 3. [Fide] quæ iu
6 ramēto † æquiparatur, de hoc inf. qđ metus cā, ad aures, Hoſt. & de fideiuſſo. c. 2. Egi. [Ordinationi] hęc ge
7 neralitas † intelligi dēt de licita & honeſta ſm Phi. qđ patet infr. de iureiu. c. 1. lib. 6. [Vniuerſitatis] nota ma
8 giſtros † vniuerſitatē facere [ipſorū] ſupra dixit, vobis, & pōt eſſe, ꝙ materialiter ponit verba ſtatuti &c. ſimi
9 le ſm Hoſt. ſ. c. proxi. [Reſiſtendū] puta † in habitu, veſtibus, diſputationibus, & alijs cōſuetis, Vinc. lectionibus, & exequijs, vt patet in an. [Triduū] ſic C. de errore aduoca. l. vlt. inf. de regula. ad noſtrā, & eo. tit cōſtitutionē, lib. 6. [Societatis] ſimilis pœna. 18. di. placuit,
10 & tribus c. ſeq. [Magiſtralib.] † cōſilijs, conuētibus, exequijs, & alijs ipſorū libertatibus, & ſm hoc non ſequitur, ꝙ dicebat Vin. ſ. ꝙ iſte ſi renūciaſſet officio docendi, non erat ſibi pęna nō vocari ad magiſtralia [Ob hoc] ſ. pp contumaciam, Hoſt. [Noſtri moris] no. con
11 ſiderādum & ſeruandum † morē Romanæ curiæ. ff. de legib. de qb. inf. de re iudi. in cauſis. de hoc inf. de tēp. ord. c. 1. [Congruam] qđ dic, vt inf. de ver. ſign. ex parte, & c. cum olim, de iudi. cap. 1. & inf. de ſen. exc. vene
12 rabilibus, lib. 6. ¶ In tertia † gloſ. ponit opinionē Vin. pro qua alle. 5. iura, alle. in contrarium, & ſoluit. ¶ Vlt.
13 gl. reſpondet per quæſtionem. ¶ In † tertia gl. ibi [Coiri ſocietatem] hanc & ſe. vide in præall. c. paſtoralis, in gl. 2. [& ibi, Seruus] ſeruus damnatus in vincula, perpetuo damnatus intelligitur. [& ibi. §. vlt.] quod incipit, quolibet, vide de emptio. c. fi. in 1. gl. ¶ In vlt. gl. & ibi [cū Aquiliana] vide de iureiurando, veniens, ſup gl. 2.
14 ¶ In gl. Dicit hic, ibi, Vinc. alias Inn. & loquitur de auctore huius decr. & ita poſuerunt antiqui. verum eſt ēt, ꝙ Vin. in apparatu ſuo hoc dixit [& ibi. c. 1. in fin.] vbi de hoc [& ibi, diffinitam] ſi dixiſſet priuamus ad tēpus non diffinito tpe, vr priuatus decēnio. ff. de pęnis, ſiue in præſcriptio. [Et in fi.] de hoc ff. de poſtulā. l. puto. §. 1. & C. eod. tit. l. 1. ſm Innoc. Satis poteſt dici, ꝙ ſi fertur
15 † ſnīa ſuper crimine intelligatur perpetua per l. hic al le. ſeruus. ſi pro contumacia, intelligatur temporalis. Dicebat Odof. inſpiciendum crimen in eo caſu. & ſi erat tale, pp quod debebatur pęna perpetua, talis intelligatur, & ē ꝯrio. In dubio præſumatur tpalis. ff. de
c ſuſpec. tu. l. hęc. n. ff. de pęnis, ſi pręſes. Et ſic [c] † ſentētia
16 recipiet interpretationem a iure, ſicut & iuramētum. inf. de iureiur. ad noſtram 3. & priuilegiū. inf. de conſue. cū dilectus, & adde quod dicam poſt Innoc. inf. de æta. & quali. cum bonæ. ¶ In gloſſ. vlt. [in fi.] Sed con
17 tra, tempus † datæ inſpicitur quo ad vires reſcripti, vt inf. tit. 1. eā te. Sed hoc eſt prout. ſ. reſcriptum non extendatur ad ea, quæ poſtea ſunt orta. inf. tit. 1. ca. fi. &
18 in hoc eſt contraria natura † reſcriptorum, & conſtitutionum. inf. cap. vlt. Conueniunt in alio: quia vtrumq; auctoritate iudicatur. ſupra cap. 1. infra de reſcriptis, cum dilecta, ſecundum Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Intereſſe. Præſentis, vel futuri, quod vt ibi no. adde Bal. in apoſtillis in d. l. quotiens, la prima, qui alleg. Inn. in c. ſignificante, in prin. de app. qui Inn. alleg. d. l. quotiens, cum quo concor. Ang. & Rapha. Ful. in d. l. quotiens, & ibi etiam per d. Bal. in lect. vbi dicit principium illius l. eſſe no. quia iura realia quandoque excedunt intereſſe, allegat de fur. l. ſi vendidero.

b ¶ Patre. Ibi vide Cyn. & plenius per d. Bar. de Sali. & ibi ponit, an doc. habeāt ordinariam, vel delegatam. adde Bald. in d. auc. habita, in 1. col. in ver. 3. no. & per totum in l. quod fauore. C. de legibus, & in l. ex ratione. C. de excu. tu. & in l. ſi Rufinus. C. de teſtam. mili.

c ¶ Et ſic. Adde generaliter, quòd gerens actum intelligitur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu, ita, quòd quælibet diſpoſitio recipit interpretationem a iure communi. l. ſi duo, vbi Bald. no. ff. de acquir. hæredi.

SVMMARIVM.

1 *Cultus diuinus ſine cauſa ſi diminuatur per ſtatutum, non valet id ſtatutum, etiam ſi in forma communi a papa fuerit cōfirmatum.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Negocium alterius ſi quis gerat vtiliter a principio, habet dominum obligatū, niſi proprio commodo gerat: quia tunc aliter ius cauet; fallit alio caſu.*
4 *Inhiare, ſonat in vitium.*
5 *Numerum canonicorum non ſufficit ſtatutum fuiſſe, niſi ſeruatus ſit, & quomodo ſeruari dicatur, & num. 6. vide alia, num. 16.*
Seruari quid horis debitis ſufficit, ibid.
7 *Eccleſiæ honor & Theologiæ ſtudium augeri debet. num. 8.*
9 *Collatio ſi fiat indignis, tenet licet poſſit reuocari, quāuis mādetur idoneis conferri, niſi certę qualitati perſonarum conferri mandetur, & exempla, & ratio diuerſitatis.*
10 *Cum conſilio alicuius collatio ſi mandetur, non tenet, ſi fiat abſque cōſilio, mortuo vero conſiliatore, quid iuris, an expectandus ſit ſucceſſor, & nu. 11. vel abſente, vel conſulere nolente n. 12. & de cōſilij materia remiſſ. n. 13. 14. et 15.*
11 *Succeſſor an & quando ſuccedat in re cōmiſſa prædeceſſori.*
16 *Numerus canonicorū reſtrictus, abſque cauſa reducitur ad antiquum, actus autem non reducitur niſi ex cauſa, & ſine receptorum præiudicio, & num. 17. & 18. & quantitas eius quæ, num. 20.*
18 *Reparatio reponit in ſtatum priorem.*
19 *Epilogus, ſuffragium & ſupplementum gloſſarum, & num. 20. 21.*

1 **Ex parte.** C. Nō valet ſtatutum, per qđ † cultus diuinus ſine cā diminuitur, ēt ſi in forma cōi a papa fuerit cōfir
2 matum. Et diuidit † Hoſt. in duas partes. Prima ponit factum corrigēdum. ſecūda ibi nolētes. [Proprijs com
3 modis] not. ꝙ cōis † regula, quę habebat, ꝙ ſi quis ſine mādato gerit negociū alterius a principio vtiliter, habet dñm rei obligatum, licet ꝯrius euentus ſequatur. ff. de neg. geſt. ſed an vltro, in fi. Fallit in hoc caſu, cum quis proprio commodo gerit negocium alterius. Quia tunc non habet dñm obligatum, niſi inquantum ipſe locupletior factus eſt. ff. de neg. geſ. ſi pupilli. §. ſed &
a ſi quis. [a] tales cenſendi ſunt clerici, qui prępoſito proprio cōmmodo immiſcent ſe negocijs eccleſiæ. 8. q. 1. ſunt in eccleſia. Et ſi eorum res proprię deteriorentur propter res eccleſiæ, quibus ſic intendunt, non poſſunt petere emendam deteriorationis ab eccleſia, ar. pręd. §. nec habebunt beneficium. 12. quæſt. 4. c. quicunque. Fallit etiam prædicta regula in eo, qui auctoritate iudicis miſſus in poſſeſſionem rei contumacis facit in ea expenſas, quæ non expediunt, licet credat expedire. ff. de bo. auct. iud. poſſ. prætor ait, ſecundum Vin
4 cen. [Inhiantes] hoc † ſonat in vitium. Goffre. quaſi in

iuſtè intēdētes, vel prauè affectantes, Hoſ. & Abb. [Statutum]
5 tutum] & ſeruatum, & tūc ſm Vin. nō eſt neceſſe † probare ius, vel cauſam ſtatuti. ff. ſi ſerui. vind. l. ſi quis diu turno: nec exigitur, & nūquā ceſſetur per aliquā interpolationē, & q̄ qñcūq; vacat prębēda, fiat ipſius collatio, ſed ſufficit, q̄ horis debitis nō fiat interpolatio: vt
b numerus implcatur. ff. de ſerui. vrba. p̄dio. l. foramē [b]
6 Vnde, licet mortuo canonico † vacet p̄bēda vſque ad 6. menſes, tamē ſemper dicitur cōpletus numerus, ad hoc de cle. nō reſi. ex parte. nam ſi fons aruit, vñ aqua deduci ſolebat, licet tūc ſeruitus non teneatur, tamen de bono & æquo reſtituitur ſeruitus, cū fluere incipit. ff. de ſerui. ruſti. p̄di. l. vnus. §. fi. & l. ſe. vbi de hoc in vl. gl. [& infra] hic intelligit, q̄ præbēdas, quæ poſtea va-
7 carunt, non contulerunt, Pe. [Augeri] honor † eccleſiæ
8 augeri debet, de conſe. di. 1. vaſa; & ſtudium † theologiæ, ne cle. vel mona. ſuper ſpe. non ob, de re. do. c. vlt. quia illud etiā fit ad honorem eccleſiæ vt vitetur con-
9 fuſio. [Idoneis] dixit Vin. q̄ dato, quod conferret † indignis, teneret collatio, licet poſſit reuocari. Nō enim eſt illud mandatum conditionale, cum expreſſa ſit cōditio, quæ tacitè intelligebatur. ff. de condi. & demon. l. cōditiones, qđ eſt verū ſm eū, vbi nō ſpecificatur certa idoneitas. puta theologus, vel tantæ ætatis, vel talis ordinis, vel ſimul, quia tunc collatio alteri facta nō valet, arctatur. n. tunc poteſtas, & recipitur ſpēs. ff. de ver. obl. l. inter. §. ſacra m. Circa hanc materiam notauit e-
c tiam quędam alia, quæ dicā ī. de præſumpt. [c] dudum.
10 † [Cum conſilio] & ſi ſine ipſius cōſilio cōferant, non tenebit collatio ſm Vin. quia tranſgrediuntur mandatū. ī. de ele. cū in veteri. Iſta enim cōditio nō ſubintelligitur, ſicut illa, de qua dixi in gl. proxi. in prin. Si vero inueniat ep̄m mortuū, dixit Vinc. & Cōp. q̄ expectabūt, donec habeant ep̄m, vel electū cōfirmatū, de trāſ-
d lat. o. inter. In cōtrariū [d] allegat ff. de leg. 1. l. turpia. §. 1. vbi legatū mulieri, ſi nubat arbitratu Seij, debetur, licet Seius mortuus ſit; ad idē ff. de cōdi. & demō. l. filię. 1. rñ. Sed ad has ll. pōt reſpōderi vt no. Ac. in pallc. le. turpia p. l. ff. de cōdi. & demon. cū talc. §. ſi arbitratu. ſ. q̄ illa conditio erat inutilis fauore nuptiarū. Vnde ēt viuēte Seio nubēs ſine eius arbitratu legatū habebat.
11 Quod vero dictū eſt de ſucceſſore, verū eſt, ſi † nomē p̄deceſſoris non fuerat expreſſum. ī. de oft. del. qm̄ Abbas, q̄ ſi fuerat expreſſum, eo mortuo aut expirat mandatū, aut expectabitur ſecūda iuſſio. ī. de reſcripſitis, ſi qñ. ſm Vinc. Et idē dicetur de abſente. ſ. q̄ debebat
12 † expectari, ſaluo, q̄ ſi requiſitus nō vult accedere, vel p̄ſens nō vult conſulere, ſecundum eos conferre poterūt, de reſcriptis, ſciſcitatus. de offi. dele. prudentiā, vt ſolliciat reqrere, vt ibi ſm Vin. ſubaudi, & congruo tēpore expectari, vt in decre. cū in veteri. Quoddā aliud
13 de materia † cōſilii no. hic Vin. quod dicā de arbitris, cū olim, Et plenius ī. de reg. iur. nullus ex conſilio, li. 6. in qēc. Nec videatur tibi iſta glo. hodie ſuperflua p decr. inf. ne ſede va. c. vno, in fi. lib. 6. Et vide quod ibi
14 dicā ſup ver. ſtatuto. Illud enim † forte locū habet in caſib. ibidē expreſsis. ſ. cū conſiliū eſt quęrēdū de conſue. vel ſtatuto. quæ prædixi, poſſent locū habere in cō-
15 ſilio, qđ quæri debet ex forma † mandati, quæ cū ſumma diligētia ſeruāda eſt. ī. de præb. cui de nō ſac. li. 6. Vnde impedietur eius effectus, ſi ipſius forma ſeruari nō pōt, niſi hoc cōtingat ex culpa cōſiliarij. Et ſic non ob. præal. decr. cū in veteri: & hic vellē doceri. & facit qđ not. de reſcrip. ſi pro te, lib. 6. in gl. pone. [Confera-
16 tis] reſtricto ſine cauſa numero † papa cōtētatur reducere eccleſiam ad numerū antiquū, quare nō ſic augmētato numero ſine cā p̄cipit antiquū numerum ſeruari. ī. eo. cū M. Dixit Vincen. q̄ ita deberet eſſe, niſi facultates creuiſſent: ſed ex quo omnes in cōcordia au-
17 gmentauerūt † numerū, præſumūtur facultates creuiſſe: quia nullus præſumitur ſua iactare. ff. de prob. cū de indebito. Sed ſi apparebit facultates non ſufficere, ſine præiudicio receptorū, reparabitur numerus antiquus, & ſi poſtea exciperet cōtra eos qđ numerū ruperūt, ipſi replicabūt de ipſius reparatione, ſicut mulier ꝯ exceptionē adulterij replicat de recōciliatione, de iureiu. quemadmodum, de diuor. ex literis. reparatio
18 † . n. in priorē ſtatū reponit. ff. ad turpil. ſi quis repetere, ſm Vinc. & dicit Boa. q̄ forſan hoc mādatū fuit de mero iure, vt quia tāto tp̄e vacauerāt &c. vel forte de
19 plenitudine poteſtatis. ¶ Secunda † gl. infert a ꝯtrio, & remittit. in fi. alleg. ꝯtriū. ¶ Tertia gl. rñdet per qōnē,
20 de qua cōfirmatione loquatur litera. ¶ In gl. 2. ibi, [in eccleſijs] certus numerus pro magnitudine loci iudicio epiſcopi in eccleſijs ordinetur. ¶ In gl. 2. [in fi.]
21 ſed † ibi factū narratur, non ius ponitur; ad idem inf. de filijs presbyterorū, literas. & adde qđ dixi ſ. eo. cū acceſſiſſent, ſuper tertia gl. ¶ In gl. 3. ibi, [Impetrata] Idē oēs moderni. [& in fi.] & de conſenſu epiſcopi neglecto. infra de conſuet. cum conſuetudinis, Innocen.

ADDITIONES.

a ¶ Sed ſi quis. Et ibi eſt diuerſitas in gloſſ. an habeat actionem, aut ſolam retentionem, & ibi vide Bar. qualiter probetur, quod animo depredādi, & ſic ſuo commodo accedit quis ad alterius negocia. adde Bal. & Ang. & Paul. de Ca. in d. §. ſed & ſi quis, & maximè ibi Pau. de Caſt. qui no. loquitur, quando pro quolibet detur retentio, adducendo opi. Mar. qui multū ſecutus eſt æquitatem, quē vide: quia magis loquitur & clarius, quam alius doc. etiam ponendo, qualiter probetur animus vlta perfectos doct. & vide etiam d. Rapha. Ful. in d. §. ſed ſi quis, qui alleg. plenius tractari hanc materiam in l. in fundo. ff. de rei vin. circa primam partem apoſtillæ domini mei & patris d. Vgolini de Arimi.

b ¶ Foramen. Ibi vide Bar. & Innoc. in c. de quarta. de præſcript. & facit ad q. teſtis qui depoſuit, quòd talis continuè poſſedit, de qua in Spec. de proba. §. 1. ver. ſed quæritur, et per Bart. in l. 1. [illegible] ff. ſo. ma. in 5. col. in ver. et p̄pter hoc gl. iſta inducitur in ar. etc. Adde, quæ ſupra ſcripſi in procemio decret. in 2. col. vbi ponit hanc q. de teſte. Io. And. in apoſtilla in ver. ſemper quotidie factum: vbi videbis infinitas remiſſiones circa hoc, quibus adde etiam Io. And. hic.

c ¶ De præſump. Ibi latius per Ioan. And. et per gl. in cle. vna, de offic. deleg.

d ¶ In contrarium. Vide ibidem Alexan. Are. et Moder.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio futura, non præterita reſpicit, niſi de præteritis caueatur in ea, niſi in caſibus, nu. 24. nec pendentia, niſi iterum caueatur, nu. 19. & aſtringit poſt duos menſes, num. 3.*

2 *Diuiſio decretalis.*

4 *Legum proprium claritas, dubium tamē aliquid relinquitur, num. 7. & 8.*

5 *Obſcurum quid dicatur, & obſcuritas naſcitur tribus modis & quibus.*

Ambiguum quid intelligatur.

6 *Perfectum nihil in rebus humanis.*

8 *Generalitas inducit obſcuritatem.*

9 *Pro declaratione dubij adire debemus auctorem rei, vt in legibus, et teſtamentis, qua demonſtrat legē ſic prius intelligi debuiſſe, & an noceat deciſio per ſententiam, num. 10. 11. 12. 13. & 14.*

11 *Sententia lata an debeat reuocari declarata lege, ſecundum quam dictum eſt, aliter intelligi, & nu. 12. 13. & 14.*

12 *Dolus inficit coitum tantum in matrimonijs,*

13 *Fornicatio non cenſetur in ea, quæ nupſit dato libello repudij.*

14 *Sacramenta propter periculum animæ an reiteranda, & nu. 11. 12. 13.*

15 *Maiores an præſcribendi minoribus in perceptione portionis, remiſ. & quando. num. 17. qui maiores, & minores clerici dicantur. num. 16.*

17 *Conſtitutio ad futura qualiter intelligatur extendi.*

18 *Reſcripta non reſpiciunt futura, ſecus leges,*

20 *Epilogus, ſuffragium ſupplementum gloſſarum, & nu. 21. 22. & num. ſequen.*

23 *Iuris naturalis ad alia iura differentiæ quot.*

Quoniam.

1 Quoniam. C † Conſtitutio futura, nõ præterita reſpicit, niſi de præteritis
caueatur in ea. & facit hic Gre-
2 gorius tria. primo † ponit in genere declarãdo cõſtitu-
tionis cauſam. Secundo declarationem. tertio declara
tionis rationem, prima ergo pars ponit, quare. 3. quare
ſic. Secunda, ibi, declaramus. 3. ibi, cum leges, conſtitu
tio continens præceptum, vel prohibitionem genera-
3 lem. de hoc s. eod. cap. 1. [Aſtringit] Poſt duos † mẽſes
ſecundum Vinc. & Phi. de hoc s. eo. c. 2. [Obſcurũ] nil
4 tam † proprium legum, ſicut claritas, in auct. de teſt.
imperfect. §. nos igitur, colla. 8. & ne ſit inculcatio, dic
5 † Obſcurum [a] quantum ad literam. Ambiguum [b] quã-
a tum ad mentem. dicit Hier. ſuper Oſeę. c. obſcuritas tri
b bus modis naſcitur, aut rerum difficultate, aut magiſtri
imperitia, aut diſcentis nimia tarditate. [Continere]
6 quia nihil eſt in rebus humanis † perfectum. C. de vete
ri iure enu. l. 2. §. ſed quia. non credas tantam in eis eſ-
7 ſe † claritatem, ꝙ nil dubiũ relinquatur, quod per ſe pa
8 tet, maximè quia eſt ibi generalitas † vt s. dicitur, quæ
obſcuritatem inducit, ad hoc ff. de iure fiſci, ita fidei,
& j. de confirma. vti. vel inuti. venerabilis. Sed hoc in-
9 tendit, ꝙ a conditore poterit haberi † declaratio ita ꝙ
nil remanebit ambiguũ. C. de leg. l. vltima. Sic & pro
declaratione teſtamenti ad teſtantem recurritur, ſi vi-
uit. ff. de adim. le. l. 3. Et per comparationem inſtr̃ti ad
tabellionem, ſi viuit, in auct. de inſtr. cau. & de his de-
c clarationibus dic vt no. j. de reg. iur. cõtra eum, [c] li. 6.
[Declaramus] ſic Inn. declarat ſuam cõſtitutionem. j.
10 de ſimo. per tuas. 1. Goſt. per quod patet ꝙ † prius lex
11 ſic debuit intelligi. Nunquid ergo ſnia data † per prio
rem intellectum debuit reuocari, val matrimonia ſe-
parari, vel ſacramenta iterari. videtur ꝙ ſic. 8. diſt. ve-
ritate. j. de off. deleg. ſuper quæſtionum. Credo, ꝙ ſen-
tentiata non ſunt reuocanda, arg. ff. de off. præto. Bar-
barius. Nam & iudex iurat iudicare ſm leges ſcriptas
& non ſcriptas, in authen. de defenſoribus ciui. & in
auct. de iudi. §. omnes. & hoc, niſi eſſet appellatũ a ſen-
tentia, & declaratio fieret in cauſa appellationis, arg.
j. de re iudi. cum cauſa. Matrimonia iam contracta
nõ dico ſeparãda, ſi diu eſt, ꝙ ita cõtracta fuerunt. 32.
q. 4. obijciuntur. Sed conſtitutio modo declaret, quod
fuit ambiguum. 35. q. 3. quod ſcripſi. Maximè, quia do
12 lus † tantum inficit coitum. 34. q. 2. in lectum. Et non
13 cenſetur † fornicatio in ea, quæ nupſit dato libello re-
pudij. j. de diuortijs gaudemus, in fi. Ad idem de fri-
14 gi. & maleſi. fraternitatis. In ſacramentis † propter pe-
d riculum [d] animæ dico omnia reiteranda. j. de presby.
non bapti. veniens. de bap. & eius ef. c. 2. (Præferẽdis)
15 quomodo † hoc intellexit Vinc. dicam inf. de maior.
16 & obe. ſtatuimus. (Maioribus) i. † prius ordinatis. 17.
diſt. §. vlt. Innoc. Pe. de. exponit, maioribus in ordine.
(Minoribus) ideſt poſterius ordinatis, Innoc. (Futura)
17 Sed quomodo extẽdetur † hęc conſtitutio ad futura, di
co ꝙ hoc modo: quia hi, qui prius habuerunt maiora
beneficia licet ſint in minoribus ordinibus conſtitu-
ti non amouebuntur, niſi cum nollent promoueri ſer-
uata decret. inf. de æta. & quali. quæris. vel multi erant
recepti in ordinibus, & nondum præbendati. ſi vacaue
rint præbendæ, vel creuerint facultates, præferentur
presbyteri in perceptione. vel habet aliquis præben-
dam, & in choro ſedem eminentem, licet non ſit in or-
dine, non tamẽ ſedem cedet presbytero, vel diacono,
quia conſtitutio extenditur ad futura. Dicebat Hoſtiẽ.
in decre. ſtatuimus, ꝙ ſi tempore conſtitutionis minor
in ordine conſecutus erat præbendam, in qua præferẽ-
dus erat maiori in ordine, per ſuperuenientem cõſtitu-
tionẽ non debet illi diminui, vel auferri. Sed poſt ip-
ſam conſtitutionem excluſis maioribus, non ſunt aſſi-
gnanda minoribus ſecundum eum (Cum leges) aliud
18 † in reſcriptis, vt inf. tit. prox. c. vlt. (Negocijs) vide quæ
no. in clem. de æta. & quali. vt hi qui, in gl. ꝙ poſteris.
19 (Præterita) nec † ad pendentia, niſi de pendentib. ca-
ueatur in eis. inf. de off. le. c. penult. in fi. lib. 6. de hoc
c. l. de elect. licet canon, & dixi s. c. 2. [Caueatur] pone
exemplum de conſuetudine c. 1. lib. 6. de off. le. c. pe. 2.
reſpõ. e. lib. & in cleme. de proba. literis, in fi. ſic inter-
dum fit expreſſa mentio de pendentibus, vt ibi, & de
iudi. diſpendioſam, in fi. cũ concor. ibi no. in vlt. gloſſ.
20 ¶ Prima † gl. rñ. per quæſtionẽ, quæ ſit ratio ꝙ conſti-
tutio. &c. ¶ Antepenult. & vlt. remittunt ad decre. ſta
tuimus. ¶ Vltima gloſſ. notat, & duos caſus excipit.
21 ¶ † In gl. 2. [ibi altius] vide in præall. c. vno, ſuper vlt.
gl. ¶ In 3. gl. ibi, in prætorijs, vide de verb. ſig. ex par-
22 te, el 3. in gloſſ. 2. ¶ † In gl. 1. ibi. 10. d. quoniam, vbi de
hoc, & inf. de hoc, qui filij ſint legitimi, cauſam. 2. ¶ In
gl. Bene dicit, ibi, ex his omnibus. vbi de hoc, & infra
de depo. c. 1. ¶ In vlt. gl. ibi, [Iuris naturalis] quatuor
23 † differentiæ præter iſtam naturalis iuris ad alia iura
no. 5. diſt. in ſumma. ¶ In eadem gl. ibi, [Hoc ſanè] hos
24 duos † caſus poſuit Innoc. s. c. 2. Sed per iſtum §. & per
decret. j. de inſti. c. 3. & inf. de conſue. cap. 2. addebat
Hoſt. alium caſum, quo cõſtitutio reſpicit præterita, ſ.
quando concordat cũ iure antiquo, quod idem præci-
piebat. ad idem inf. de elect. cum in magiſtrum, de re
gula. ex parte. Vnde dicebat Vinc. ꝙ ſtatuta libertatis
eccleſiæ reſpiciunt præterita, ꝙ nunquam licuit laico
anathema dare. 96. diſt. bene quidem, & facit quod
not. in proœmio cle. In gl. videtur, in princ.

ADDITIONES.

a ¶ Obſcurũ. Aliter exponit gl. in l. veteribus. ff. de pact. & ibi Bar. Adde Iac. But. in d. l. veteribus, & Bart. in d. l. ſtipulatio iſta. in fi. prin. ff. de verb. oblig. & Bal. melius in d. l. veteribus, in quibus locis ponitur differentia inter ambiguum, & obſcurum.

b ¶ Ambiguum. Vide tex. no. in auct. de teſta. imperfe. §. nos igitur, col. 8. dicit enim ibi tex. ſic, quòd nihil eſt tam proprium, ſicut claritas. Item adde quòd iudex non debet loqui ambiguè, ſed clarè & diſtinctè, vt eſt tex. not. in l. fi. C. de ſent. & interlo. omn. iudic.

c ¶ Contra eum. Et per gl. in c. ex literis. infra de ſpon. & in l. veteribus. ff. de pact. cum ibi not. per doct. & ſup. in apoſtilla præcedenti. quibus adde etiam d. Rapha. in d. l. veteribus, qui refert plures concor. in hac materia.

d ¶ Periculum. Vide pro iſta materia bo. gloſſ. in c. vno. de poſtu. præla. lib. 6. ſuper verb. de cætero, & per Io. And. in c. cauſam, ſu per verb. & merito, de electio.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, vel œconomia tituli quæ.*
Reſcripta habent vim conſtitutionum illis, inter quos conceduntur.
2 *Titulus de offic. deleg. de præb. et de cõceſ. præb. huic affinis.*
3 *De materia rubricæ quibus in locis alibi tractetur, & nu. 4.*
5 *In reſcripto ſeruando non ſolum facienda mentio de primo, ſed & de proceſſu per illud habito.*

a De reſcriptis. [a] Rubrica.

1 ¶ Supra vidimus de cõſtitutionibus. Sed quia † reſcri
pta quo ad illos, quibus & inter quos conceduntur, ha
bent vim conſtitutionum, ideo ſubijcit rubricã de re-
ſcriptis, ſecũdum Dn. Goſt. & Hoſt. qui dicit, ꝙ titulus
2 † de offic. deleg. affinis & cognatus eſt iſti. Idem dici
poteſt de titulo, de præb. & de conceſſ. præb. De mate-
3 ria † rubricæ. 25. q. 7. & q. 2. per totum. repetitur autẽ
4 hęc rubrica in ſexto, & in clem. faciunt † autem ad hãc
rubricam vltra rubricas prædictas, de fil. presbyt. cap.
2. & cap. ex tua, de procura. cap. fi. de iudi. quia. 5. de
reſtit. ſpolia. audita, & cap. fi. de dolo, & contu. cap. 2.
ſecundum ſecundam lecturam, de fide inſtrum. ex li-
teris, & c. ex parte. de app. ſignificauit, de coh. cle. ſup
eo. de capel. mo. ex parte, de vſur. quia fruſtra, & c. Mi-
5 chael, de ſent. exc. ſi aliqñ. Item † in reſcripto ſecundo

non ſolum facienda eſt mentio de primo, ſed etiam de proceſſu per illud habito, de re iudic. inter monaſterium.

ADDITIO.

a ¶ De reſcriptis. Vide in materia vnum nota. quod ponit d. Iaſon in l.ſi. in 8. col. ff. de conſtit. prin.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegio generali ſecundum ius commune obtento obſtat ſpeciale reſcriptum etiam de illo non faciens mentionem.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Cauſam appellatione remota committere non poteſt alius prę terquam Papa.*
4 *Liberè, aduerbium generaliter exponitur. eius vim etiam vide num. 16. 17.*
Appellationibus deferre iudices debeant, vbi nam tradatur.
5 *Quia, coniunctio, rationis redditiua.*
Priuilegiũ, cuius meminit decretalis, quomodo intelligatur.
6 *Mandatum ſpeciale quando non deroget generali, & nu. 14. 15. Si vtrunque generale num. 18. vide num. 21. cum ſeq.*
7 *Priuilegia quędã ſtatim ſuũ habent officiũ quędam minimè.*
8 *De iuribus communibus, & particularibus, remiſſ.*
9 *Epilogus, ſuffragium, et ſupplementum gloſſarum, & nu. 10. 11. & num. ſequen.*
12 *Appellare propter delictũ vbi ius inhibet, appellare nequit & priuilegiatus, vt liberè ſibi liceat appellare, & num. 13.*
17 *Priuilegium ſi ſeruetur cuipiam in aliqua re iura non tolluntur, & ratio.*
18 *Reſcriptum vtrunque huius decretalis vim habet priuilegij ſecundum Hoſtien.*
19 *Priuilegium ſecundum de primo debet facere mentionem, licet ſecus in legibus.*
20 *Priuilegium tacito reſcripto perpetuato non valet.*
21 *Scriptura ſecunda ſi cõtra primam impetratur, vtra valeat & num. 6. 14. 15. & 18. & 22. cum ſequentibus.*

CAPVT I.

a 1 Sicut Romana [a] Caſus † Priuilegio generali ſecũdum ius cõmune obtento obſtat reſcriptum ſpeciale etiam de illo non faciens mentionem. Et diuiditur † in duas partes. In prima ponitur
2 conſultatio. In ſecunda reſponſio. 2. ibi, Inquiſitioni. prima continet quatuor, formam commiſſionis, formam indulgentiæ, appellationem, & conſultationem. Secunda ſubdiuiditur. In prima reſponſio, vt dictum eſt. In ſecunda reſponſionis ratio. 2. ibi, quia. [Cõmittitur.] a Papa: quia alius hoc † non poſſet, de off. deleg.
3 ſuper quonum, poſt principium. [Altera pars] ꝯ quã impetratum eſt reſcriptum. [Munita] prius, vt ſit maior
4 dubitatio. (Liberè) exponit † Pe. i. in omni cã. (Proruperit) ſupple, ſi, vel an, vel vtrum: aliter ſine ſuppletione oportet incipi conſtructum ibi, alicuius cauſa, & hic poſt hoc verbum reaſſumere, quæſitum eſt, Si eius &c. [Deferri] quando iudices debeant deferre appellationibus, vel non, not. infra. de appel. vt debitus, de quo
6 tractabat hic Boa. [Quia] reddditiuum † cauſæ ſecundum Inno. melior eſt ratio: quia priuilegium intelligitur tantum, quando cauſa iure communi tractatur, & non quando præter ius appellatio inhibetur. infra de offic. lega. ſtuduiſti. infra cap. paſtor. lis. 23. diſtinct. quamquam. C. de pignoribus. l. 2. ff. qui potiores in pignore habeantur. l. 2. ff. de ſerui. l. diuus. Refert etiam ſecundum quoſdam hãc eſſe rationem huius caſus: quia in vim declinatorię debuit iſte excipere ꝯ literas illas, ꝙ nõ valebãt: quia priuilegiũ ſuum tacuerat, & ſic non fuiſſet proceſſũ per illas. Sed ex quo a principio nõ excipit, ſibi imputet, & ſic ꝯ literas, quib. ꝯſenſit, nihil venire poterit. Dixit Arch. ꝙ in originali Inn. ſequitur hæc litera, hoc nõ placet. [Generali] ĩ. de re. iur. generi. dicunt hic Inn. & Compoſt. hoc dictum locum
6 † habere etiã in priuilegijs, niſi tale eſſet primũ generale, quo expreſſo in ſpãli literas non habuiſſet, & vide quod dicam in fi. poſt Hoſti. Sed Compo. hic dicebat alium caſum, quo priuilegio generali nõ derogat ſpeciale de illo non faciens mentionẽ, ſ. cum primum generale omnia ſub generalitate contenta ſimul & vniuerſaliter continet, vt cũ papa religioſis, ad quos de iure cõi nõ ſpectat, dat priuilegiũ ſuper decimis villę, vel caſtri: vel ſi de gratia det mihi papa iudicẽ, q de cãis meis cognoſcat; vel ꝙ per nullas lr̃as cõueniat, quæ de rebus non faciãt mẽtionẽ, vel his ſimilia. Si vero primũ generale oĩa ſub generalitate, vel ꝯiunctim cõprehẽſa nõ ſimul & vno actu cõtineat, vt cũ papa de dignitate, vel prębẽda in regno, vel prouincia mãdat alicui prouideri, vel cũ ponitur clauſula, qdã alij, vel rebus alijs, tunc ſecũdum ſpãle derogat primo. ĩ. e. paſtoralis, in fi. Si verò vtrũque eſſet generale, tunc primo ſpecificatum præiudicaret alteri, vt in præalle. c. paſtora-
7 lis, in fi. Et, vt dicit Cõpoſt. ſunt † quædam priuilegia, quæ ſtatim ſuũ hñt effectũ. qdã tũc demũ, cũ peruenerint ad illos, quibus cõceſſa ſunt, qd dic, vt ĩ. de conc. præb. c. 1. li. 6. de iuribus † & cõibus & particularib. hic no. Inn. qd habetur de cõſt. c. 1. [b] li. 6. ¶ Prima † gl. o-
9 biicit, ꝙ indulgentia ſuperflua ponit opinionem, quã reprobat p fi. c. & obiectioni dupliciter rñdet. Secunda gl. habet duas partes, qa primo alle. ad fi. c. duas concor. In fi. ſoluit duo ꝯria de decr. ex tua. & de decr. ex parte. Itẽ circa reuocationẽ diſtinguit inter reſcripta ad cãs principales, ad cãs appellationũ, priuilegia, & lr̃as
10 bñficiales ¶ In † gl. 1. ibi. [l. 1. li. 10.] vide hãc & ſeq. ĩ. de teſtib. cãm. 2. ſup vl. gl. [& ibi, Si qñ] vide de elec. eccleſia 2. ſuper gl. antep. [& ibi Quoties] vide in princ. abbate, ſup gl. ſic ſi. ¶ In gl. 2. ibi, [Properãdũ] vide
11 in prin. c. venerabilis, ſuper 1. gl. ¶ In † gl. 1. ibi, Inhibet appellare] hoc idẽ dixit Ala. hoc addito, ꝙ vbi ius
12 † inhibet, propter delictũ appellare, [c] tunc appellare
c non poſſet, vt a correctione. ĩ. de ap. peruenit, & in caſibus. §. ſunt quorũ. Et eſt rõ, qa papa hoc ſpãliter non concederet. ff. de ritu nuptiarũ, q̃q̃. ff. de pigno. obli. de iureiu. veniens. ad hoc de reg. iur. in gñali, lib. 6. & ibi, Põt ergo dici, ſm Tan. aliqui dicunt vt refert. Ho. ꝙ tpe
13 † huius decr. nõ appellabatur in emergẽtibus. ar. ĩ. eo. cãm q. in fi. Sed per tale priuilegium poterat appellare [& ibi, vel põt dici] hoc tenẽt Go. & Phi. [& ibi, Ad cautelã] facit 86. di. q ſqs, & qd ibi no. & 12. qu. 2. ca. 2. [& ibi. Si aduerſus] Vñ dic ſm In. Ho. Cõpo. & Ab. ꝙ ſicut
14 de iure † cõi nõ tenebat impetrans facere mẽtionem (ſuper quo vide qd plene dicam de exceſſibus prælat. c. vno, li. 6. Et vide, qd hic in fi. dicam poſt Hoſti.) Sic nec de priuilegio, quod ꝯtinebat ſolum ius cõe, quale hoc erat, per quod dicũt, ſi plebs impetrat priuilegiũ ſup decimis ſuæ parochiæ, ſm priuilegiũ impetratum ab eo, ad quem non pertinent in toto, vel in parte illarum decimarum, valet, licet de illo non faciat mentionẽ, cum in præiudicium plebis ex certa ſcientia intelligatur eſſe cõceſſum. qd dixi de parte decimarũ, intellige, vt hẽtur de decimis c. 2. li. 6. & dicã ĩ. de præſcrip. veniens, ſuper uerbo, mentionem. Et ſecundum
15 hoc exponitur † litera, ꝙ ſpeciale mãdatũ. i. priuilegiũ, reſcriptũ, vel indulgẽtia ꝯ uel præter ius obtenta derogat gñali. i. mandato, reſcripto uel priuilegio, quod cõtinet tantum ius cõe. Et facit, quod no. de cõſti. c. 1, li. 6. Simile exemplum poni poſſet in epiſcopo, q impetrauit quartã partem decimarum in diœce. ſua, & poſtea eccleſia, uel monaſterium impetrauit, ne teneretur ad quartam, non facta mentione illius priuilegij. [& ibi, Si non grauaretur,] ſm Hoſti. poſſet etiã

tut. c

26 tunc † tertio appellare, Sed non vltra. Vin. contra, ꝙ
nec tertio. Item ſecundum Hoſt. poſſet etiam tunc ex
d interuallo appellare ſine ſcriptis, [d] non ob. ꝙ dicitur,
non eſt veriſimile principem, qui iura &c. quia non tol
25 lũtur iura, ſi tali ſeruetur † priuilegiũ ſuum, qa in alijs
non priuilegiatis remanent iura ſalua. dicit ẽt Hoſt. ꝙ
28 putat hic. vtrunq; † reſcript. habere vim priuilegij, de
primo patet, de ſecundo dicit hoc quo ad clauſulam,
Ap. te. exponens: qa ſpeciale mandatum. i. priuilegia-
ta clauſula in ſpãli reſcripto, i. ſecũdo, derogat, i. detra-
hit generali. ſ. primæ ſcripturæ, per q̃ cõcedebatur &c.
¶ In 2. gl. [ibi, Ad lites] & circa hoc membrum iunge
qđ not. ĩ. ex tenore, in prima gl. [& ibi, iura proxime di
cta] hic bene cõtinuatur. ver. ſi aũt primum, qui eſt ĩ.
circa med. gl. [& ibi proteſtatus] Idem no. in decr. ple
rumq;. in gl. fi. [& ibi, Properandum] in princ. ſi vtruq;
ſit generale valet primo pñtatum, & ſpecificatum cita
tione ſecuta, & ſtare poſſumus illi conſtitutioni, vt de-
bitus. ĩ. e. paſtoralis, In fi. [& ibi, ſuper priuilegijs] de
hoc 25. q. 2. in ſumma, & adde qđ dicam in fi. [& ibi,
Et non ſecundum] nec eſt verum, ꝙ dicebat melius, cũ
29 priuilegium † ſit lex, de primo in ſecundo non deberi
fieri mentionem qa illud in legibus communibus: ſe-
cus in priuatis, vt etiam notat Lau. de off. dele. ex par-
te. 1. [& ibi, Cum ordinem] melius dic, vt ibi dicam, ſi
20 eſt reſcriptum † ꝑpetuatum, impetretur priuilegium
eo tacito, non valet quo ad illam cauſam. ĩ. vt lite pẽ.
c. vl. de teſtibus cauſam quæ, de priu. dudum. [& ibi, In
beneficijs] hanc partem proſequere, vt plene notaui ĩ.
de ꝓceſ. pb. ſi ſoli, in vlt. gl. li. 6. [& ibi, Capitulum ſan-
ctæ Crucis,] hodie dic vt ĩ. e. tibi qui, & de pben. eum
cui, lib. 6. [& ibi, vtrunque fuit ſpeciale] non enim fuit
ibi inter primum, & ſm diſtantia generis ad ſpeciem,
licet ſolum certi ad incertum. [Et in fi.] Hoſ. hic ad ꝑ-
dictorum intellectum, & eius, quod dicit finis capituli,
& ad ſolutionem contrariorũ ſic diſtinguit. Cum ſecũ
21 da † ſcriptura contra primam impetratur, aut vtraq;
eſt reſcriptum, aut vtraq; priuilegium, aut vna priuile-
gium, & alia reſcriptum. Item aut vna ſpecialis, & alia
generalis, aut vtraq; ſpãlis, aut vtraq; generalis. Primo
caſu, quando vtraq; eſt reſcriptum, ſiue altera ſola ſpe
cialis prima, vel ſecunda, ſiue vtraq; ſpecialis, ſiue v-
traq; generalis, tenet ꝙ gl. exprimẽdo, prout patet in
fin. glo. in ſolutione contrariorum, illud generale, per
quod non fit deſcenſus ad ſpeciem: & non ſumẽdo ſpe-
22 ciale incertum pro generali. Secundo † caſu, quando
vtraq; ſcriptura eſt priuilegium, contra dicit [e] glo. di-
e cens, ꝙ ſpecialis derogat generali, ſiue ſpãlis ſit poſte-
rior, vt hic, & ĩ. de for. compe. dilecti, ſiue prior, ar. de
decimis, ex multiplici. ad qđ de regu. iur. generi, ponit
f exemplum de abbate, cui per priuilegium [f] ſunt con-
ceſſæ omnes decimæ alicuius parochiæ, cuius priuile-
gii mentione non facta aliis de parochia impetrat
immunitatem decimarum, ar. qđ not. inf. de decimis,
a nobis. Ponit aliud exemplum in priuilegiatis, ꝙ ſen-
tentiæ interdicti pro ipſis laxæ ſeruentur, vt ĩ. de ver.
ſig. ex parte, & c. ſe. Nunquid ſpecialiter priuilegiatis
aperitur eccleſia ſemel in anno? dicit qđ ſic, de priuil.
cum & plantare, & c. vt priuilegia: per quod cõcludit,
23 per ſpeciale † priuilegium aliquantulum detrahi gene
rali, licet de ipſo non fiat mentio. Fatetur tamen, ꝙ ge-
nerale per illud non abſorbetur in totũ: imo dicit ſpe-
ciale non valere, cũ minus ꝑ illud læditur gñale, non
tam illa rõne, ꝙ mentionem non faciat, q̃ ꝯſiderata in
tentione principis, ar. de priuilegiis, in his, de cen. quã
to, de deci. ad audientiã, & c. ſuggeſtũ. ff. ne qd in loco
pub. l. 2. §. merito, & §. ſi quis a principe. C. de emanci.
nec auns, & ĩ. c. prox. ſic priuilegia non conſiderantur
ex tpe, ſed ex cã. ff. de priu. cre. priuilegia. Si vero vtra-
24 que † gñalis, vel vtraq: ſpãlis, poſterior primæ, de qua
non facit mẽtionem, non detrahet nec in toto, nec in
parte. ĩ. de pſc. veniẽs. 25. alias. 21. q. 2. inſtõnis. & per
totũ, ꝙ intelligit, vbi neutra eſt iuris corpore clauſa. Si
25 enim vtraq; eẽt iuris † corpore clauſa, poſterior corri-
g git, vel determinat priorẽ. ĩ. de ꝯſti. c. 1. & li. 6. Si vero
altera ſola ſit corpore iuris clauſa, ſp illi præiudica bi-
tur, & ipſa nõ præiudicabit, vñ de priuilegio Ciſterciẽ-
ſium iuris corpore clauſo non eſt neceſſe fieri mentio-
h nem. [h] Satis eſt, ꝙ fiat de ordine mentio ĩ. e. cum ordi-
i nẽ. hæc intelligit vera, niſi in clauſo corpore [i] iuris ca-
ueatur contrarium, ponit exemplũ, de æta. & qual. eam
te. vel niſi clauſa in corpore iuris ſit cõtra iuris ordinẽ,
vel contineat iniquitatẽ manifeſtã. facit qđ videbis ĩ.
26 c. px. Si vero prima † ſcriptura eſt priuilegium & gene
rale. Secunda reſcriptum, & ſpãle, non derogatur prio-
ri, niſi de ipſa fiat mẽtio. ĩ. e. cõſtitutus, de cler. nõ reſi.
cum dilectus. c. pe. niſi hoc contingat virtute alicuius
27 † clauſulæ hñtis inſtar priuilegij, maxime ſi priuile-
gium ex natura fuerit odioſum, vt hic: quia per hoc pri
uilegium extenduntur lites: vel niſi ſit abhominabile,
de filijs pſby. ex tua, de deci. tua, & ĩ. e. ex parte. Tunc
enim reſtringitur. & ideo hic non appellat, niſi quate-
nus poteſt de iure cõi, vt facile res redeat ad ſui natu-
28 ram. Multo minus derogabit † generale reſcriptum ge
nerali, vel ſpeciali priuilegio pręcedẽti, niſi de ipſo fe-
29 cerit mentionẽ. Vbi aũt priuilegium impetratur † poſt
reſcriptum, & poſt citationem, tenet reſcriptum niſi de
ipſo, & actis ipſius auctoritate facta fuerit mentio in
priuilegio, vt lite pẽ. c. fi. de teſtibus, cãm. Sed ſi cita-
tio reſcripti non præceſſit priuilegium, ſufficit illud in
prima citatione allegari, & ĩ. competentem terminũ
oſtendi. ar. ff. de indi. ſi quis ex aliena, de off. dele. gra-
tum. ſ. eo. relatum, & ca. licet, de priuilegijs, cum olim
eſſemus, niſi priuilegiatus miſiſſet in fraudem poſtquã
ſciuit reſcriptum impetratum, de app. ſuggeſtum. & c.
meminimus. hoc tamen, ꝙ dicit Hoſt. per reſcriptum
30 † poſterius non præiudicari priuilegio præcedenti, ve-
rum putat de priuilegio non clauſo corpore iuris. Ali-
ter videtur reuocatum, ſicut in diuerſis priuilegijs di-
ctum eſt ſ. quia cum princeps habeat omnia iura &c.
videtur reuocare priuilegium, concedendo reſcriptũ
contra illud. In non clauſo iuris corpore ſecus, in quib.
papã fallere poteſt obliuio. Aliqui dicunt neceſſe, ꝙ
31 ſemper reſcriptum † de iure, ꝯ quod impetratur, debet
facere mentionẽ. ĩ. e. nonnulli. Sed ibi ignorantia fa-
cti in locorum diſtantia: aliter bene valẽt, dummodo
conſtaret, ꝙ ex certa ſcientia principis emanaſſet. Fa-
32 tetur tamen Hoſt. præſumi ſuſpectum reſcriptum † con
tra ius conceſſum, cum princeps hoc facere non con-
ſueuerit, de off. del. ex parte 2. 11. q. 1. peruenit. Quare
33 dicit ante proceſſum, principem † conſulendum, an il
lud cõceſſerit, & ſic expectabitur ſecũda iuſſio, in auth.
vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. col. 9. C. de le. l. vl.
de fide inſtru. paſtoralis. Dicit etiam id, quod dixit nõ
34 derogari † reſcripto per poſterius priuilegium de ip-
ſo ſpeciali non faciens mentionem, verum, niſi clau-
ſum ſit corpore iuris, & in eo etiam caueatur de præte-
ritis. ſ. tit. 1. c. 2. & vlt. ſecundum Hoſt.

ADDITIONES.

a ¶ Sicut Romana hic notat Compo. ꝙ priuilegium continens
tantum ius cõmune, improprie dicitur priuilegium priuatam l.
continens. i. impetratum contra vel præter ius commune præ-
iudicat primo priuilegio, ſiue ſit ſpeciale primum, ſiue genera-
le continens ſolummodo ius commune ẽt de primo non faciẽs
mentionem: quia ſicut de iure communi non tenetur facere
mentionem, ita nec de priuilegio, qđ continet tantum ius cõe.
Item no. ꝙ ſi primum priuilegium eſt ſpãle, & continet legem
priuatã ꝙ nõ præiudicatur ei per ſcđm, ſiue ſit ſpãle ſiue ſit ge
nerale ſcđm, niſi de primo in ſecundo mentio habeatur. Item
no. ꝙ ſi primum continens l. priuatam eſt generale, ſecundum
ſpeciale

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſpeciale, in ſuo caſu ei præiudicat, niſi in duobus caſibus. ſ. ſi tale ſit generale, quo expreſſo ſecundum non habuiſſet. inf. de of. deleg. c. ex parte, & ex quo in ſecundo non fit mentio de primo generali. Secundus caſus eſt, quando priuilegium generale oĩa ſub generalitate contenta ſimul & vniuerſaliter continet, vt ſi detur priuilegium monacis, ꝙ percipiãt decimas alicuius villę, vel caſtri, vel quod nõ poſſint conueniri per literas non facientes mentionem de ordine ipſorum. in hoc caſu non valet ſcd'm quãcumq; ſpãle de primo generali non faciens mentionem. Si aũt primũ priuilegiũ generale oĩa ſub generalitate contenta ſimul & vniuerſaliter nõ cõtinet, vt ſi papa mandat alicui prouideri de præbẽ. in aliquo regno, vel prouincia, tunc tamen nõ in quolibet loco regni ei mandat prouideri, vel ſuper domo & rebus alijs. tunc ſcd'm ſpãle derogat generali primo & de ipſo nõ faciens mentionem. Item no. ꝙ ſi vtrumq. eſt generale hac generalitate ſcd'a, nec ſecundum primo, nec primum ſecundo ante ſpecificationẽ, ſed ſic ea facta in ſpecificatione generalitatis, Item not. ꝙ quędã ſunt indulgentiæ, & priuilegia, quæ vim ſuã habent ſtatim poſt conceſſionem, vel ſaltem mox, cũ peruenerint ad illos, quibus conceduntur, vt cum alicui conceditur, ꝙ excommunicari non poſſit. & idem in omnib. priuilegiis in qb. papa aliqd concedit, vel dat, vel inſinuat voluntatis ſuæ fuiſſe, ꝙ ſtatim vim habeat. ſecus aũt, vbi mandat aliquid dari, vel fieri quia tunc poſt tantum tempus præſentationis vires habet. ad dictio Bal. Adde. ſup. ad prima dicta, an & quando literæ generales non poſſint habere effectum cum ſpecialibus, ve l contra, vltra cõẽs doc. d. And. Barba. in c. paſtoralis, in ver. quoniam, alias eſt §. quoniam, quaſi per totum illũ. §. maxime in antepe. char. extra de reſc. vbi multa pulchra dicit in hac materia.

e no.ꝫ.de cōfirmatione vtili,vel inutili,bonæ,e in tertia
22 gl.¶ In gl.vlt.[in fi.]Itē non vř,ꝙ debuerit † condemnari:qa licuit ei renunciare appellationi verbo,& facto: dic,ꝙ hoc fuit,quia appellatus conſenſerat appellationi: vel dic,ꝙ renunciare potuit in ſui odiū,non in ſui fauorem. Nam & verbo renunciare non poterat re non integra,in præiudicium appellati.de hoc ꝫ.de ap.cum ceſſante,Innoc.& Compoſt.

ADDITIONES.

a Et parte. No.ex hoc c ibi,dolo,vel negligentia.Quòd admittitur libellus,ſiue poſitio alternatiua, qū ex vtraque parte alternatiuæ concluditur intentio libellantis,vel ponentis,ad hoc c.cū ad ſedē, de reſti.ſpo.& c.Raynutius,de teſta.& c.ex parte,de ſo.cōpe.facit c.dudū,el grande, de elect.c 4.de proba.l.ſi hæredi plures,de cōd inſti.& c.ex parte,& c.inter cęteras.ſupra eo.tunc etiā dicitur probatio certa,licet quoad alternati. ſit incertū,vt in c.literas, de pręſump.vide hic ſe.item no.ibi priores literas,de quin.&c.no. argu. Quòd de literis inualidis etiam per ſurreptionē& defectum impetrantis in 2.eſt neceſſe fieri mētionē,de quo infr.eo. ex tenore,cū ibi alle.dic vt ibi itē ibi nobilis citatus ꝓpoſuit,no.tex.ꝑ gl ꝙ excōicatus ēt volēs pōt in iudicio perſonaliter cōparere,& nō cōpellitur p procuratorē,de quo in c intelleximus,de iud.Bald adde,& vide quæ ſcripta fuerant in c inter cęteras,ſup.c.in apoſtulla, quæ incip.& appoſitio,& inf.in iſto ca.q̄ incip vide,quæ ibi no. licet in ſupradictis apoſtillis nihil dicatur de libello alternatiuo,qo.addas Io.And.Barbatiam hic in 17.col.qui concludit,ꝙ poſitio alternatiua admittitur in facto alieno,ſecus in facto proprio, allegat pro.

abcor.ad hoc c.conſtitutus de in inte. reſti.item procedit, dicit
ipſe, etiam cum contractus eſt alternatiuus, niſi actor teneatur
eligere, allegat. l.quod in hæredem. § eligere.ff.de tribu.& plu-
res alios caſus vltra doct.vide hic per eum.
b ¶ Appellatione.allegatur & hic tex. q in litteris debet fieri mē
tio tam de appellatione aduerſarij, quā de appellat.propria, de
quo vide in c.abbate, de appel.per Philip.de Peruſio in 9.col.
c ¶ Goff.& Hoſt. adde hoc dictū Goff.& Hoſti. intelligi hic ali-
ter do An.Bar.in 8.col.vbi poſuit intellectū l.1. C.ſi p vim vel
alio modo, quam allegant Goff.& Hoſt.nā, dicit ipſe, q dñs ab-
ſens erat ſpoliatus poſſeſſione.tūc.n.lex illa domino abſente cō
cedit facultatem agendi poſſeſſorio recuperandæ propinquis,
parentibus, proximis, amicis, colonis, ſeruis & ſimilib.vt probat
tex.ille in ver.atque ita tueantur abſentes &c. & qñ ēt agūt no
mine abſentium, & non nomine proprio ſuo, vt probatur in fi-
n.lib.verbis in verſ.abſentium nomine contra præſentiū violē
tiā ſubueniri &c.& ſic illa l.1. & eius caſus videtur longè diuer
ſus a dicto Gof.& iſto modo etiā do.And.Barb. reprehēdit do.
Pe.de Anc.hic, qui malè dicit ipſe intellexiſſe dictū Gof.& Ho.
d ¶ Inn.Facit ad hanc gl.inf.de renun.c.niſi cum pridē. § perſonæ
in ver.quia licet &c.quomodo autem, quis intelligatur poſſe, &
non poſſe, vide quod no.Inn.in c.accedens, de conceſ.pb.Bald,
e ¶ Bonæ. Eſt in hoc c.vna gl.quæ incip.qui enim, no.quæ vult,
q annus ad appellandum ſit ſtatutus tantum in fauorem appel
lantis, non appellati, idem gl.in c.oblatæ, infra de ap.ſed Paul.
de Leazz.in clem.quandiu, de app.vult q ſit vtriuſque, & quid
de tempore 10.dierum, ibi etiam dixit.Bal.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcriptum, quo ſcribitur pluribus cum clauſula, q ſi non om*
nes &c.de impotentia iuris & facti debet intelligi.
2 *Diuiſio cap.*
3 *Petitorium pro ſcriptura petitionem continente, quæ debet* *(eſſe certa.*
4 *Hoc capitulum intelligitur etiam de alijs præter papam de-* *(legantibus.*
Singula ſingulis reddenda.
5 *Infamis poteſt eſſe arbiter.*
Conſtare quid debet partium probationibus.
6 *Neceſſitate ineuitabili impeditus quis dicatur remiſſ.*
Intereſſe quis nolit cum cæteris iudicibus quando ſit cauſa, vt
alij ſoli procedant, iuncto contex.& qñ non peccet num.8.
7 *Nūcius nō excluditur, cū canonicè quid ſignificari mādatur.*
8 *Intereſſe poteſt quis, & tamen nolit, vel nō poſſit procedere.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.& num.10.*
Iudex qualis eſſe debeat iuncta gl.& num.11.& ſeq.
11 *Supplementum gloſſ.*
Impotentiæ caſus carmina cōprehendentia, & n.12.& 13.
Et impotentiæ ſpecificatio vtilis prouincialib. & ratio n.13.
12 *Excuſatur quis adhibito iuramento de impotentia ſua.*
14 *Exceptiones infamiæ, & ſeruitutis locum habent contra de*
legatum, non ordinarium, & ante litem conteſt.proponen-
da, nu.15.16.& 17.
17 *Fœmina, & ſeruus in quo æquiparantur.*
18 *Infamis excuſare ſe nequit a iudicando, niſi excipiatur.*
19 *Exceptio, quæ detegit iudicium retrò nullum, admittitur poſt*
ſententiam.
20 *De iudice, qui clare non videt, remiſſ.*

C A P V T XIIII.

2
1 Sciſcitatus. a Caſus † Reſcriptum, quo ſcri-
bitur pluribus cum clauſula, q
ſi non omnes, &c. de impoten-
2 tia iuris, & facti debent intelligi. cōis † diuiſio.ſ.con-
ſultatio, & reſponſio. Secunda ibi, nos vero, vbi diſtin-
guit duplicem impotentiam, in fine tractat de volun-
3 tate ibi, nec.n. [Petitorio.]i.† ſcriptura petitionē con-
tinente, quæ debet eſſe certa ſecundum Hoſt. ſic poni-
tur 55.diſt.præcepta.non autem ponitur pro eo, quod
eſt contrarium poſſeſſorio, ſecundum Abb. [Litteris
4 noſtris] vel † aliorum delegantium [Aut plures.]red-
de ſingula ſingulis. Hoſt [Nihilominus]i.non obſtāte
alterius abſentia[Seruū] 3.q.7.tria.ff.de arbitris, ſed
5 & ſi in ſeruum, Gof.[Infamem]talis † poteſt eſſe arbi-
ter.ff.de arbitris.l.Pedius. §.1. Go.& 3.q.7.§.tria, ver.
cognitiones [Conſtiterit] vel partium probationibus
6 conſtare poſſit. [Neceſſitas] exempla † habentur ff.
ſi quis cautio.l.2.[Impediri]ſup. in tantum. [Quomi-
nus]pro q non[Intereſſe]ſup.& tunc alij poſſunt pce-
dere.[Canonice.]litteratorie, erat in antiqua: ſed cor
7 rectum † fuit, vt nuncium non excludat. nec. n.reſcri-
ptum tacitæ quæſtioni, q fieri poſſet de illo, qui pōt, &
nō vult intereſſe, Abb.[Intereſſe]cum poſſet. Tan.[in-
terfuerint]hic verſ.omnia cōprehendit ſm quoſdam:
8 ſed quicquid dicant, bene poſſet aliquis † intereſſe. &
tamen nollet, vel non poſſet procedere, Hoſt.[aut no-
luerit]hæc clauſula eum a peccato inobedientiæ excu-
9 ſat, ſm Gof.Na.& Vinc.¶ Prima † gl.ponit. 5.ſpecies
potentiæ, & de illis ponit verſus. ¶ Secunda gl. in.p t
qōnem, quid ſi iudicio pendente fit infamis, ſuſpectus,
vel excōicetur.¶ Antepenult.gl.quærit, & remittit.¶
10 In † gl.2.[ibi.§.ex cauſa.] vide de iud.ca.1.ſuper glo.
[2.& ibi.l.pe.]vide de ſnia exc.duobus, ſuper 1.gl.[&
ibi, Barbarius]vide in decret.ad probandum, ſuper 1.
gl.[& ibi l.1.]vide in decret.præterea, de teſt.co.ſuper
gl.not.¶ Tertia gl.[ibi parobolani,]numerus ſexcen-
torum medicorum perficitur, & de his, qui prius fue-
rant, & de his, qui pro conſuetudine curandi gerunt ex
perientiam.[& ibi §.illud quæri poteſt]vide de ap.cū
parati, ſuper 3.gl.¶ In gl.pen.[ibi.§.vlt.]alias eſt lex,
& incipit, ſi in tres, & hæc lex, & ſequens dicunt ex tri-
bus arbitris, vel delegatis duos ſine tertio iudicare nō
11 poſſe.¶ In † gl.1.[ibi.vnde verſus] hos verſus ponunt
etiam Goff.& Inn.Sed Hoſt.plures caſus comprehen-
dere volens, ſic mutat verſus. Poſſe dabit factum, ius,
b & natura, ptās. Officiū, b meritū, commodum, deitas.
& honeſtas. Addit ergo de impotentia facti, de qua ſa-
12 tis hic.vnde qui nō † poteſt, excuſatur, licet iurauerit.
inf.de iureiur.breui, de pign.ſignificante.arg.ff.qui ſa-
tiſda.cogantur.l.fi.Item de potentia ptātis, puta dele
gati a legato, de off.legati, ſtuduiſti vel poteſtatis pa-
13 tris quem filius † c prohibere non poteſt, quominus ad
c miniſtret aduentitia. C.de bonis, quæ libe.l.cum opor-
tet.§.non aūt. De potentia commoditatis, de elec. qa
propter de dila.c.fi.ff.de verb.ſignifi. Nepos. De impo
tentia deitatis in peccando, de pen.diſt. 2.ad fi. §.cha
ritas. De potentia honeſtatis.ff.de vſu & hab.non ali-
ter, & in fin.Sed ſpecificatio vtilis eſt prouincialibus,
qui multa offerunt, & pauca attendunt. Vix enim aut
vnq̃ erit, quin p aliqua iſtarū ſe valeant excuſare. Hoſt.
14 ¶ In gl.2.[ibi, infamis] hæ † exceptiones de infamia,
ſeruitute, & hmōi habent locū ꝯ delegatum. vide qđ
d dicam ĩ.e.ſup literis, d ad finē, ver.q̃runt demū. ꝯ or-
dinarium non, q̃diu toleratur. 8. q.4.nonne, & not.de
off.dele.cum ſuper, ſcdm Inn.Cōpoſte.& Pe. idem Gui
li.in Spe.ti.1.§.excipi, ver.ſed nunquid idem, vt ſcripſi
in prædicta decr.cū ſup.in fi.magnæ glo. Exceptio ho-
micidij, vel alterius cr̄is non procedit ēt ꝯ delegatū.
15 Itē ſcdm Inn.hæ † exceptiones, q infamis, q ſeruus, q
mulier, vel alias moribus, vel legibus prohibitus, cum
ſint declinatoriæ proponi dēnt ante lit.ꝯte.arg.inf.de
arbitr.dilecti. C.de excep.l.pen. Dñt tñ, q alij ꝯ. Fatē-
16 tur † tñ ipſi Inn.et Compo.ſecus eſſe in his, q. ꝓhiben-
tur, natura, vt furioſi: qa iura naturalia ſunt immutabi-
lia.7.di.in prin.vel iuditio, vt impuberes, et de hoc in
Spe.de excep.§.2.ver.ſed quæro de his. Dicit tñ Com-
po.q dictū eſt de except.proponendis ante litē cont.
quantum ad fœminam ſe vidiſſe pronunciari ꝯtrium
[Retractari]ſniam, in qua fœmina fuerat procura-
trix, licet non fuiſſet exceptū ante lit.cont. ad quod in
ducebatur, q idem eſſet in ſeruo, niſi publice publicis
17 fungeret officijs.ff.de offi.præt.l.fi.Sunt.n.ſimiles † in
hoc impedimento ſeruus.et fœmina.ff.de iud.cum præ
tor.§.moribus.Sed Compo.dicit primum verius q ſo-
lum proponatur ante litem ꝯteſt. C.de procur.ita de-
mū.et ibidem notat Acc.r.Itē ſcias ſm Inn.et Cōp.
18 q infamis † non pōt ſe excuſare a iudicando, niſi con-
tra ip-

tra ipſum excipiatur. C. de decu. nec infamis, & l. infa-
e miam[e],[& ibi, Infamem.] Goſ. ꝙ, cum prius reus hoc
f ignorabat. dicit n. ſniam nullã[f]. ff. de iud. l. 2. ı. rñſo, &
19 C. ſi a non iud. compe. l. 2. vnde † admittetur hæc ex-
ceptio poſt ſniam, quæ detegit iudiciũ retro nullum.
de iud. non idcirco, in fi. Lau. Vin. Phi. Inn. & Compo.
dicunt idem qđ gl. & Hoſ. recitan Io, & Spe. ti. i. §. vlt.
in princ. [& ibi, q. 7.] ibi, de huc materia in ſumma qõ-
nis. ¶ In gl. puta, [ibi, ex litteris, in fin.] vbi de hoc, &
20 20. di. §. 1. & in fine, qđ dicit hic Vin. de † iudice, qui
clare non videt, hẽs in Spe. de ſen. prol. §. ſequitur, poſt
g prin. ¶ In gl. per litteras,[g][ibi, litteratorie] glo. ſequi-
tur literam antiquam, de qua dixi in textu, & in fine,
& hic per Tan. Vinc. ¶ In gl. pen. [ibi, poſſunt] idẽ In-
no. Goſ. contra, vt dicam in §. adijcimus. [Et in fi.] vel
dic, quòd non corrigit, ſed exponit, non valet excuſa-
ri, ſcilicet redargutione.

ADDITIONES.

a ¶ Sciſcitatus. Adde, ꝙ dominus And. Bar. hic in 7. co. extendit iſtum tex. vltra id, quod dicitur hic communiter per doct. quòd ſeruus, & infamis non poteſt eſſe iudex delegatus, idem in monaco, & conuerſo, qui etiam non poſſunt eſſe iudices delegati al legat ad hoc gl. no. in l. cum prætor. ff. de iudi. adde tu ꝙ iſtã gl. ſupra allegatã per d. And. Barb. eam ponderauit ad hoc d. Ang. in d. l. cũ prætor. in vltimis verbis. ff. de iud. licet ipſe non alleget eam. ſuper qua gl. ipſe do. Ang. tenet, quod monacus, vel cõuerſus nõ poſſit eſſe iudex delegatus, vide, dicit ipſe, Inn. in c. cum olim, de priui. & quod no. in cle. & ſi principalis, de reſcr. adde & vltra prædicta d. Ang. in d. l. cũ prætor, dictis doc. poſitis in apoſt. l. hic infra in iſto c. in ver. in c. ſuper litteris, quæ inciad hoc ꝙ dicitur de infamia, &c. qui magiſtralius loquitur. alleg. cõcorũ hac materia videre meo, quã quiſpiã alius doc. ſup. alle. in apoſtilla prædicta. quib. adde & dicta domini Alex. in apoſtil. in d. l. cum prætor, qui ponderat etiam gl. in d. l. cũ prætor.

b ¶ Officium. Vide Phil. de Peruſio, de appel in c. ſi. ij. in col. 5. cum duobus ſequentibus.

c ¶ Filius. Vide per do. Alex. conſ. 48. in 1. col. in 2. vol.

d Super Litteris. Ad hoc, qđ dr de infamia, intelligitur de infamia facti, vel iuris tm̃. Vide Bar. in l. Caſſius. ff. de ſena. & quõ opponitur talis exc. cõtra teſtẽ in teſtõ ſcriptũ vide per ipos in l. ad teſtiũ. ff. de teſt. & ad qđ hic dicit de ordinario, cui infamia nõ opponitur, & quid de notario, vide Bal. in l. & militibus C. de teſt. mil. adde his dicta ꝑ d. Ale. in l. ſi is, cui. § idẽ, de accu. poſt Bar. & in apoſtil. in d. l. Caſſius, vbi inuenies concor. adde Bal. in d. l. Caſſius, qui dicit de teſte, & iudi. no. infamibus, & in apoſtil. ꝑ eũ in d. l. Caſſius. & de materia vide per Bart. Bal. & Ang. in l. ſi quis ex argẽtarijs. §. 1. de eden. & vide oĩno Bal. in l. Barbarius, de offi. præt. in 14. col. & Bar. & Bal. & Ang. in l. miles. de his, qui no. infa. & Ang. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa.

e ¶ Infamiã. Vide Bar. in l. ſi. C. ſi ſeruus, aut libertus ad decurionatũ, li. 10. vbi tenet contra hoc dictũ, alle. text. l. qui cum uno. §. 1. 2. & 3. ff. de re mili. adde, quod idem tenet Ang. in d. l. final. alle. iſtum tex. vbi ponderat eſſe caſum ibi in d. l. fin. expreſſum contra opi. poſitam in iſto c. Io. And. hic.

f Nullam. Adde, quę pulchrè ſcripſit d. Alb. de Ro. in l. ſi arbiter, quæ eſt lex 2. C. de ſen. & interlo. om. iud. ubi etiam ponit plures fal. & plenius h. d. And. Bar. in 10. 11. 12. & 13. colum. referentem oẽs vſq; ad iſta tempora, & ponentem aliquas limitationes dñi Alber. ſup. & de eo nullã facientem mentionem, qui etiam ponit plures quæſtiones, & quid in ſententia hæretici.

g ¶ Litteras. Et habes glo ſup. in ſu. de iudice carẽte vno ex quinque ſenſibus, quod non poſſit: qđ credo, quando ex illo ſenſu habet indigere: quia aliàs cognoſcere non poſſet, Bal.

SVMMARIVM.

1 *In reſcriptorum reuocatione recurritur ad arbitros, ſi iudices ſibi non deferunt, nec inuicem concordant, qui cognoſcent, qualiter, & vter litigantium probabit, nu. 7.*

Ante expreſſionẽ perſonarũ, vel rerũ iudex delegatus ꝑ generalẽ clauſulam poſitã in reſcripto iuriſdictionem in eas non exercet, nu. 24. & 25. quãdo valeat expreſſio, & ad quid.

Reſcriptum ſpeciale ante expreſſionem rerum, vel perſonarum reſcripti partis alterius impetratum eo tacito valet, vid. nu. 47. quando poſſit eo vti. & 48.

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Decretales duodecim incipientes, Paſtoralis.*

4 *Litterarum ſi mentio ſimpliciter fiat, apoſtolicæ intelliguntur.*

Et, pro ideſt.

5 *Inter decretalem hanc, & decretalem ſuper litteris, infra eo. differentia.*

6 *Delegati iudices, an tanquam ordinarij cognoſcant, ſi de reuocatione literarum ambigatur, & de quo cognoſcant, ac qualiter fiet cognitio, & vtra partium probabit, & num. 7.*

Si vero pẽdẽte aliqui cœperunt vti iuriſdictione, an valeat eorum proceſſus. nu. 12. quando ſimul de iuriſdictione cognoſcant, & ſi malè definiant, poterit appellari, num. 14. 15. & 16. 34. & 40.

Quid ſi nec ipſi nec arbitri in eandem poſſunt concordare ſententiam. num. 17.

An inuicem ſibi poſſunt iubere, ne procedant dubio pendente. n. 11.

8 *Arbitri ex cauſa huius decretalis quot, & an laici eſſe poſſint, eorum electio quando fiet. nu. 10. & a quibus ibid.*

9 *Communiter fieri, quando dicatur.*

11 *Sopire, pro finire, & terminare.*

13 *Inter reuocationem expreſſam & tacitam quæ differentia.*

18 *Litera, ſiue reſcriptum quando impetratur contra plures, vel pluribus rebus, agi põt cõtra vnum prius, & poſtea contra aliũ. ſi ſuper vna re cum clauſula generali, poteſt ſuper eadẽ re cõtra primum impetrari reſcriptum, n. 19. niſi in caſibus & quibus. num. 20. & 21. & ſi impetratur, an cauſa cõuentionis finita poterit obijci contra ipſum, ſi vtar, n. 22.*

21 *Electioni, vel confirmationi contradicere, etiam non nominati in reſcripto poſſunt.*

23 *Iuriſdictio, quæ non eſt, eneruari non poteſt.*

26 *Iuriſdictionem quando quis habet abſque exercitio.*

Patronus antequam vacet eccleſia, non poteſt committere vices ſuas in præſentando, ibid.

27 *Epilogus gloſſarum, & num. 28.*

28 *Maiori parti quibus nonſtetur caſibus, remiſſ. & n. 29. §. 1. & num. 30. & 31.*

29 *Suffragium gloſſ.*

Hæredibus ex duobus teſtamentis ſimul ſignatis cõpetit bonorum poſſeſſio quaſi ex vno.

30 *Creditor minorem ſummam crediti habẽs cæteris creditorib. in dando quinquennio, vel ceſſione recipienda præfertur.*

31 *In communi re quis potior ſit.*

32 *Iuriſdictionem non habet ante ingreſſum prouinciæ proconſul vide num. 49.*

33 *Procurator per mortem domini quando non ceſſet, & quando poſſit reuocari.*

34 *Supplementum gloſſarum.*

Decretalis hęc, qñ locũ habeat, ibid. et n. 12. 14. 15. 16. 40.

35 *Senſus, vel intentio delegãtis quæ fuerit, recipitur probatio.*

36 *Annus an ſit elapſus ab ĩpetratione literarũ, nõ currit a data.*

37 *Reſponſiones iuris non dantur incerto facto.*

38 *Datæ prioritas probabitur per teſtes, vel alio modo.*

39 *Executoris, et delegatorũ in caſu huius decretalis differẽtia.*

41 *Iudex ille eſt, qui primo citauit.*

42 *Iudices ſibi deferãt, an pars nõ conſentiens poterit appellare.*

In arbitrijs prodeſt habere iudicem fauorabilem, ibid.

43 *Suſpicio tollitur, cum quid ſit iuris auctoritate.*

44 *Arbitri eliguntur ſex caſibus, & quibus.*

45 *Sententia arbitrorum in caſu decretalis non valet expreſſo in ea errore.*

46 *Appellari debet ab arbitris huiuſmodi ad Papam.*

Literæ inualidæ ſumunt vires auctoritate huius canonis.

48 *§. Quoniam autem. huius capituli & hodie habere locum.*

49 *Proconſul ante ingreſſum prouinciæ committit uices ſuas.*

50 *Cap. ult. 5. q. 2. intellectus.*

Expreſſione perſonarum facta, & non rerum citare poteſt iudex, ſed citatus non cogitur reſpondere, ibid.

51 *Iuriſdictio delegatorum cum clauſula generali quãdiu duret.*

52 *Legis ultimæ, de duobus reis. C. intellec.*

53 *Executor prouidẽdi in prouincia, vbi habet in duab. eccleſiis, in mortuo delegante poſſit in alia eccleſia prouidere, et nu. 54.*

Mortuo delegante an cœpta duret poteſtas, & num. 54. 55.

54 *Cœptum in parte negotium dicitur in toto cœptum, & 53.*

CAPVT XIIII.

1 **Paſtoralis.** ª Caſus. † In quæſtione reuocationis reſcriptorum recurritur ad arbitros, ſi iudices ſibi nõ deferũt,
nec inuicẽ concordant ſecundo dr̃, ꝙ per gñalẽ clauſu
lã poſitã in reſcripto delegatus ante expreſſionẽ perſo
narum, vel rerum in eas iuriſdictionẽ non exercet: va-
let ẽt ſpeciale reſcriptum, qđ ante expreſſionẽ prędictã
conueniendus per clauſulam, eo tacito, impetrauit. Et
2 ſunt † duæ principales partes, quarum quęlibet ſubdi-
uiditur in conſultationẽ, & rñſionẽ. partes patent, & vt
3 dicebat hic Hoſt. duodecim † ſunt decret. quæ ſic in-
cipiunt, quæ olim fuerunt vnica decre. ad conſultatio-
nem Helien. ſ. hæc, & ĩ. de off. deleg. de off. ord. de iu.
de fide inſtr. de excep. de ap. de his, quæ fiunt a pla. de
donat. de decimis, de iurepat. de priuil. Aliæ duæ ſic
incipiũt, quæ non ſunt ad conſultationẽ ipſius. ſ. de ſa-
cra. non iter. & de cã poſſ. habemus Bonifatianam de
cler. ægro. & clem. de re iu. ex quib. colligi poſſet exor-
4 dium hic decitum. [Literarum] aplicarũ † ſm Franc.
[Cognoſcere] de virib. reſcriptorũ. [Et] pro idẽſt: vel
iunge ſ. poſt verbum ambigitur, ſimul. non obſt. ĩ. c.
5 ſuper litteris. † vbi iudex, corã quo excipitur cogno-
ſcit, an ſua ſit iuriſdõ: quia illa loquitur, qñ nõ ſunt alij
delegati: vel ſi ſunt, nil petitur corã eis: hæc qñ ſunt, &
corã vtriſque proponitur, Inno. [cognoſcant] tanquã
6 † ordinarij iuriſdõnẽ habentes ab hac decr. Inn. Fran.
b. ꝯdicentes, ᵇ ꝙ hæc cognitio eſt acceſſoria principali,
nec ſine illa poſſent principale terminare, allegat de
off. deleg. præterea, & c. prudentiam. Cognoſcũt aũt
de hoc tantũ, an ſecũdę litterę reuocẽt primas ſm Io.
7. hæc autem † cognitio fiet ſummariè ᶜ ſm Fran. per in-
c ſpectionem litterarũ, vel aliter & ſine libello, proba-
d bit aũt is, qui dicit primas ᵈ reuocatas. probaret ẽt pri
mus, ſi app...ret reuocatio per ſecundas: ſed dicit illas
non valere, vt ibi vult gl. exemplo, ſm Fran. [Senten-
tiã] proferendã, non latã, ſm Pet. & Abb. quia tũc vtra
que penderet ex arbitrio delegantis. ĩ. de re iud. c. vlt.
quod puto falſum [Vna parte] i. vna commiſſione. [Ar
8 bitros] ſufficeret † vnus. facit qđ no. de elect. quia pp.
ver. nullus ſaltem in 1. gl. Et an poſſent eſſe laici, vide
qđ no. de app. legitima, li. 6. in 4. gl. Fran. hic dicebat,
ꝙ ſi cauſa erat temporalis, poterãt eſſe laici: ſi ſpiritua-
9 lis, non. [Communiter] dicit Fran. cõiter † fieri, cũ con
cordant, vel cum quilibet ᵉ eligit ſuum. ĩ. de app. cum
10 ſpãli. [Electos] fieret hæc electio ſm Franc. ex quo pa-
tebit delegatos diſcordaſſe, vel ex quo diutius expe-
ctati, & non expediunt cãm, allegat de offi. deleg. pru-
dentiam. §. ſexta, de for. cõp. ex tranſmiſſa. expectabũt
tñ partes minori tpe, ſi cauſa celeritatem deſiderat,
ſm eũ, alle. ĩ. de iudi. c. ſi. ff. de no. oper. nun. de pupil-
lo. §. ſi quis riuos. ff. de ferijs. l. 1. §. excipiuntur. [A par-
11 tibus) ergo non a iudicibus. [Sopiatur.] i. finiatur † &
terminetur. ¶ Sed nunquid hoc dubio pendente poſ-
ſunt ſibi adinuicem iubere iudices, ne procedant? dic
ꝙ non, quia pendente hoc dubio ſunt pares, ar. de offi-
12 cio le ſtuduiſti. Si aũt † dubium non penderet, ſed ali-
qui cœperunt vti iuriſdictione, coram quibus alia pars
nil excipit, nec ſui iudices aliquid mandãt, & tñ eodẽ
tempore cum illis procedunt, refert Inn. ſ. eo. cæterũ,
quoſdam credere, ꝙ primorũ proceſſus teneat, etiam
ſi poſtea cõſtet litteras per quas proceſſum eſt, eſſe per
alias reuocatas, & ſi excõicant ſecundos turbatores ſuę
iuriſdictionis, tenet excõicatio, cũ iuriſdictionem ha-
buerint. & eã exercere cęperunt & contradictores oſtẽ
dere tenentur cauſam quare contradicunt, & maximè
litteràs, de off. deleg. cum in iure. nec curatur, qui ſint
priores: ſed quis prius vti cœperit, cum melior ſit cõ-
ditio occupãtis, de ap. vt debitus. Sed & ſi eſſet caſus,
quo non eſſet melior occupantis conditio ſufficeret ſo-
lũ exercitiũ iuriſdictionis, cum ſic appareat partes cõ-
ſenſiſſe, & corã eis litigando tacitè renunciaſſe alijs li-
teris, de re iu. inter monaſterium. Refert ibi alios dice-
re, ꝙ neutri iudices poſſunt in alios iuriſdictionẽ exer-
cere, vel excõicare, cũ reſcriptum non det iudicib. iu-
riſdictionem in alios iudices, nec ius cõe, quod vult iri
ad arbitros, vt hic. vnde dixit hic Cõpo. ꝙ licet iuriſ-
dõ poſſet haberi in iudices, vt in turbatores: tũ turba-
tor dici non poteſt paratus procedere ſm hanc decre.
facit, quod dicã ĩ. eo. cum contingat, ſuper ſi. 1. gl. Sed
ſi iudices primi, vel ſecundi ferant in partes excõica-
tionis ſniam, vel aliam, cũ de iuriſdõne non cõtendi-
tur, ſed tm̃ litteras oſtendunt, per quas dr̃ iuriſdõ reuo-
cata, & nihilominus iudices amborum reſcriptorũ ad
cõtrarias ſnſas proceſſerũt, inſpicietur, quæ literæ alijs
præualeant, & pronunciabitur illarum proceſſum tene-
re, & aliorum proceſſus irritabitur. ĩ. de offic. deleg. ex
13 literis. Quo † a ſit diſtinguitur inter expreſſam reuoca-
tionẽ, & tacitã, dicã ĩ. e. cũ ꝯtingat. ſup gl. ſed qualiter.
14 ſed qñ † locũ habet, ꝙ ſit de iuriſdictione cognoſcãt?
Sol. ſm Innc. hic, qñ vtriſque ſunt litteræ aſſignatæ, &
coram vtriſque excipitur, & vtriq; voluerint procede-
re: aliter, ſi coram alteris tm̃ iudicibus excipitur, ipſi
ſoli procederent, & hoc dubium diffinirent. ĩ. c. ſup lit
teris. §. 1. & §. ſi vero. & ſi malè diffiniunt, poterit ap-
pellari. ĩ. de excep. dilectæ, & c. ſignificauerũt. Quid ſi
15 iterum † citent alij iudices, & coram eis excipitur de
alijs lr̃is, & ꝙ alij iudices iã incęperunt procedere ſup
cognitione virium litterarũ? dñt aliqui, ꝙ iſti ſecundi
non pñt cognoſcere tanquã præuenti; & ſi hoc facerẽt,
appellari poſſet. ĩ. de app. vt debitus. Alij dicunt ꝙ ſu-
per re integra, ideſt antequã ſit ſuper hac examina-
tione concluſum, ſiue diffinitum, admittendi ſunt ad
cognitionẽ & diffinitionem, & ſic intelligitur iſte §. &
hoc verius vr̃, ſicut ſatis probatur, ar. ĩ. eo. cũ ꝯtingat,
16 & ĩ. de procur. auditis. Si aũt primi † iudices antequã
ſecundi qõnem de hoc referrent, hoc diffinierunt, rata
eſt ſententia, niſi fuerit appellatum. inf. de re iudi. ꝙ
ad conſultationem. porrò ſi appellatum fuerit, eius iu-
dicio ſtabitur, ad quẽ fuerit appellatum. inf. de app. vt
debitus, niſi & iterum appelletur. inf. de pur. cano. non
inter alios. §. fi. non tñ tertio ſuper eodem poterit ap-
17 pellari. inf. de app. ſua. §. fi. Quid ſi † nec ipſi, nec arbi-
tri in eandem pñt concordare ſniam? dñt aliqui, vt re-
citant Inn. & Comp. ꝙ iudex, qui primo citauit coget
partes ad eligendos arbitros, & duos arbitros coget
ad eligendum tertium. Item ſtatuet eis terminum ad
finiendã cãm, qua, inf. dictũ terminũ non finita, proce
det ipſe iudex. Sed Inno. & Compo. plus vr̃ placere, ꝙ
oẽs ſil’ hoc faciant primi iudices, & ſecundi. Sed Hoſt.
vr̃, ꝙ qñ arbitri non diffiniunt, vel non concordant, ꝙ
delegans conſulendus eſt in hoc caſu, in quo etiam
põt intelligi ſine calumnia. inf. de off. deleg. ſane. nec
ob. decre. de app. legitima: quia in alio caſu loquitur:
neq;, vt debitus, quia loquitur in ordinario, vt ibi no.
ſm Hoſt. Fran. videbatur, ꝙ ſi altera pars non vult ar-
bitros eligere, vel delegati alterius partis nolunt ar-
bitros cõpellere, ꝙ penes delegatos alterius partis re
manet iuriſdõ & procedendi, & cõpellendi, vt ſit finis
litium. facit inf. e. cũ cõtingat. ¶ Qm̃ aũt. 2. pars prin
18 cipalis [& quibuſdam] dixit Inn. ꝙ qñ litteræ † impe-
trantur ꝯ plures, vel ſuper pluribus rebus, ꝙ poteſt agi
f prius ꝯ vnũ, & poſtea ꝯ aliũ. non obſt. ᶠ de offi. deleg.
in litteris: quia hic non eſt functus officio ſuper eo, de
quo nunc agitur. alle. in ꝯrium ſ. eod. ad hæc [Alijs] ſi
19 ſuper vna † re literæ tantũ impetrantur generali clau
ſula poſita in perſonis, ſi vnus de cõueniendis per clau-
ſulã ſuper eadẽ re litteras impetrat ꝯ primum, dicit In
nocẽ. ꝙ licet videatur aliquibus, ꝙ non valeant litte-

ræ: ta-

g re:tñ dicit, ꝙ ex hac opinione ſequeretur abſurditas. g
vnde valent literæ: imo ẽt corã ordinario ſuper illa re
agere pt priuſquã citetur p gñales, ẽt ſi dolo, vel negli-
20 gẽtia non poſtpoſuit impetrans eis vti. Secus † aũt, ſi
ẽt perſona fuiſſet expreſſa in primo reſcripto, vel noĩa-
ta corã iudicib. Itẽ ſecus, ſi ageretur actione, pro ſocio,
fami. erciſ. vel cõi diuidũdo: quia prima verã ſocieta-
tẽ: ſecũda cõionẽ rerũ pro diuiſo, vel indiuiſo ꝯtinet, &
idẽ vr̃ in actione tutelæ, quæ denotat cõtinuationem
actuũ, vel ſi petatur reſtõ, in integrũ. C. ſi vt ab hæred.
abſtine. auth. ſi oẽs, vel ſi petatur ꝯfirmari electio, in
21 oĩb. his caſib. licet ẽt non noĩatis † in reſcripto ꝯdice-
re electioni, vel ꝯfirmationi, & ſine cõuẽtione delega-
h tũ adire, qui cõis iudex h eſt oĩum. vnde impetratis li-
teris in aliquo prædictorũ caſuum, alius poſtea literas
non impetrabit. Et idẽ forte, vbi agitur de iuribus, vel
reb. indiuiſibilibus, vbi eſt idem negociũ, eadẽ cã de-
fenſionis, & iuuãtur cõi iure. ĩ. de ap. vna. Si vero perſo
næ ſunt expreſsè noĩatæ & citatæ ita, ꝙ ſit perpetuata
iuriſdictio ſup illa re, vel alijs, nõ licet litteras impetra
re non virib. iſtius decre. ſed legis. C. de ſent. & interl.
omn. iud. auth. & ꝯñter. ad id. ĩ. eo. diſpendia, libro 6.
22 Sed quid ſi † impetraui, nunquid cã conuentionis fini-
ta poterit excipi ꝯ meum reſcriptum, qđ impetrauerã
conuentione pendente, ſi nũc vtor illo. ar. ꝙ non. ĩ. de
offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. inſti. quib. modis te.
infir. §. non tm̃. ff. de iniuſto, rupto teſta. l. poſthumus.
ar. ꝯ. ĩ. e. ſuper literis. C. ſi nupti. ex reſcr. pe. l. 2. & tps
datæ inſpicit. ſ. e. cã te, & hoc tenet Inn. dicens ꝯria lo
qui, qñ tpe impetrationis, teſti, & mortis ꝓceſſus erat
legitimus. Compo. ꝯdicens, ꝙ licite potuit impetrari
reſcriptum, vt vteretur impetrans ꝯuentione finita, &
non prius, nec aliquo iure prohibetur impetratio. ſed
ꝯuentio, vel tractio. & hæc qõ ponitur in Spe. de recon
i uen. i §. 1. ver. quid ipſe. [Comprehenſis] ſ. ab impetrã-
te intellectis, Hoſt. [Eũdem] ſ. quẽ hñt gñales ante im
petrationẽ ſpãliũ, vel quẽ obtinerent, ſi prius nõ fuiſsẽt
generales impetratæ, vel. ſ. per quem poſſit cognoſci,
& decidi cauſa, ſm Boa. vnde dicebat Guido, ꝙ pla-
nior eſſet lr̃a ſine ver. eundem [hæc duo] ſil. ſil̃e de ſa-
cra. nõ iteran. c. 1. & 2. ĩ. eo. tit. edoceri. §. 1. Ho. [Ener
23 uatur] Ergo iuriſdictionẽ habebat: aliter † iuriſdõ, quę
nõ eſſet, eneruari nõ poſſet, arg. ſ. ꝯſti. cum acceſſiſſet.
[Reuocetur] per ſpãle reſcriptum poſtea impetratum,
vt eſt dictum. [Exprimatur] dicit Inn. & poſt eũ Hoſt.
24 ꝙ tm̃ † valet expreſſio facta coram iudice, ẽt abſente
aduerſario, ſm Cõp. q̃tum ſi in literis eẽt expreſſæ res,
& pſonæ: ſola tñ expreſſio ſine citatione non æquipara
tur citationi, per quam iuriſdõ perpetuatur. ĩ. de off.
25 deleg. gratũ, & ca. licet. ad hoc aũt valet † expreſſio:
quia ſuper expreſſis impetrari non põt, niſi de priorib.
literis, & clauſula gñali fiat mẽtio, ſaluo qđ dr̃ ĩ. e. ple-
rũque: & fit hæc expreſsio hoĩum & rerũ & ſine citatio
ne, vt ſi iudex mittat ad illum, Scias, ꝙ talis per hmõi
te intendit ſuo tpe conuenire. [Exercere] not. caſum,
26 in quo quis hẽt † iuriſdictionẽ ſine exercitio: k & in-
k ducebat dñs meus hunc finem, ꝙ patronus antequam
vacet eccleſia, non põt vices ſuas cõmittere in præſen-
tãdo: ſed dictum gl. hic facit in ꝯrium. de hoc dicam
27 de cõceſ. pben. c. fi. ¶ Gl. † 1. obijcit, & rñ. Iterum du-
pliciter obijcit, ponit tres ſolutiones, quas reprobat:
demũ ſoluit, & ſolutioni opponit. vltimo dat finalem
ſolõnẽ, finis rñ. per qõnẽ. ¶ Gl. 2. rñ. per qõnẽ, an in de-
latione ſit neceſſarius conſenſus partiũ. ¶ Gl. 3. ponit
28 † p cõcordãtias 8. caſus, quib. non ſtatur maiori parti,
allegat ꝯria, & ſoluit. ¶ Gl. 4. quærit, & ſoluit. ¶ Gloſ.
hoc patet, format ꝯriũ, & ſoluit. ¶ Vlt. gl. rñdet p qõ-
nẽ, an delegare, & citare poſsit, arguit ꝙ non; & demũ
in ꝯrium, & ſoluit, & demũ obijcit quærendo, arguit,
29 & ſoluit. ¶ In prima † gloſſ. [ibi, duo ſunt Titij] vi-
de de off. dele. qm̃ Abb. in gl. pe. [& ibi. §. ſi qs in duo-
bus] ſi in duob. teſtamentis ſil̃ ſignatis alios, atq; alios
quis ſcripſit hæredes, & extet vtrunq;, ex vtroq; quaſi
ex vno cõpetit bonorũ poſſeſſio, & hẽtur pro vnius ta-
bulis, & vtrũq; ſupremum. ¶ In gl. 3. [ibi, ita tamen ſi
diſſentirent] ſequit, virũ illuſtrẽ pro tpe q̃ſtorem adhi-
beant, vt eo qõnẽ dirimente finiat negotium. [& ibi. l.
30 vlt.] ſi † ex creditoribus aliqui volunt dare quinquen-
niũ, aliq recipere ceſſionẽ, vnus pp maiorẽ ſummã cre
diti ſibi debiti p̃fert pluribus. [& ibi, in re cõi,] vbi v-
31 nius † ſolius, ꝓhibentis potior eſt condõ l [& ibi. l. 1. §.
l 1.] ſi vnus ex hñtibus ꝯſocijs ſeruũ cõem vult illum ma
numittere; alij neceſſe ſibi hñt partes ſuas vendere [&
ibi requirit.] ſ. mortuũ tumulare [& ibi, habet in re] vñ
ſi eſt cõio inter donatorẽ, & donatariũ, q maiorẽ ſum-
mã hẽt, reliquę q̃titatis ęſtimationẽ offert [& ibi, Duo
ex tribus,] vide de re iud. c. fi. in 1. gl. & ibi, q̃ oĩa, loquit
de ꝓc. & q ingerit operam inuito. ¶ In glo. hoc patet.
[ibi, in toto] vide ſ. eo. cũ ordinẽ, ſup gl. 2. ¶ In gl. vlt.
32 [ibi. §. vlt.] ꝓcõſul † anteq̃ ingrediat ꝓuinciã, iuriſdõ
nẽ nõ hẽt, & iõ illã nõ cõmittit [& ibi, Curare,] vide de
libel. obla. c. 2. ſuper 1. gl. & ibi. l. vlt. † vide de p̃ſcr. au-
33 ditis, ſup gl. pe. [& ibi ſi defunctus] ſi † dñs, q cauit iudi
catũ ſolui ꝓ ꝓcur. ſciente & non ꝯdicente, mortuus eſt
añ lit. ꝯteſtatã, ꝓcur. cogit iudiciũ ꝓſeq. nã, vt ibi no.
oblatio dñi non extinguit ꝑ mortẽ, & l. ſequens dicit,
ꝙ añ litẽ ꝯteſt. dñs libere ꝓcur. reuocat, vel in ſe iudi-
34 cium recipit. ¶ In † gl. 1. in princ. circa mãm huius gl.
dixerunt ſic Tan. Phi. tot & tanta recitauerunt hic an-
tiq, ꝙ ſi ſingula referant, ꝯfuſionẽ inducãt potius, q̃ do
ctrinã. Dixerunt aũt decr. locũ hr̃e, vbicunq; eſt dubi-
tatio iuris, vel facti, ẽt ſi ſit tale, de quo ſapientes non
dubitarent, ſed dubitant iuris imperiti. idem Inno. &
Cõp. Pe. de Sam. ſuſtinebat oẽs ſolõnes gl. dicẽs, ꝙ nõ
q̃rit hic qđ iuris, ſed q̃rit, qđ dẽant cognoſcere [& ibi
& c. oblata.] & melius de reſt. ſpo. audita, & de re iu. in
ter [Et ibi, Nullam] hoc verum ſuper pricipali. [& ibi,
35 Duo ſunt Titij] ſicut ibi † reciperet probatio, ꝙ teſtator
de altero ſenſerit, ita & hic recipitur, vt ſciatur, de quo
ſenſit delegans. [Et ibi, Elapſus] ſed dubitatio tollitur
36 inſpecta data. Sed annus † iſte non currit a data imo
ex quo habuit copiam iudicis, vt ibi, & ſic neceſſariæ
eſſent probationes, qs ergo illas recipiet: [& ibi, rñſio-
37 nes iuris] non dat † rñſionẽ iuris: ſed dicit, qs de illo fa
cto dubio cognoſcere debeat. glo. aũt hæc intendit, ꝙ
Papa diceret ſup facto incerto non poſſe certum dari
rñ. ĩ. de ſponſalib. de muliere. C. de tranſac. vt rñſum.
[& ibi, Sit eadem in vtriſq;] vel in alteris deleta, Tan.
dicebat Ho. hoc exẽplũ nõ ꝯpetere qõni, q̃ ponit lr̃as
priores, & poſteriores. [& ibi ſunt priores] forte licet
38 † data ſit eadẽ, prioritas probabit p teſtes, vel alio mõ
ĩ. ca. pe. li. 6. [Et ibi, ſed Executor] hic nullus executor.
39 Itẽ ille † ſe inſtruit. ſed non ꝓnũciat: iſti vero ſuper re
uocatione ꝓnunciãt. [& ibi, vel veri ſuppreſſionẽ] Idẽ
ſi conuertas per id, qđ no. ĩ. eo. ex tenore, in fi. 1. gl. [&
ibi, Dixit Io.] Goff. ibidem. & dixerũt, ꝙ q ponũt aliud
exẽplũ, indigeret ſenſu. [& ibi Principalis cãæ] ſed bñ
40 hẽt locũ, ſi in cã appellationis † diuerſæ lr̃æ impetren-
tur, qđ eſſe pt, de confir. vti. vel inuti. bonæ, Inn. non tñ
hẽt locũ ſm eũ, ſi dicat iuriſdõ ordinarij non reuoca-
tã p litteras, cũ hoc locum habeat, qñ de reuocatione
lr̃arũ ambigit. ſed ad ordinariũ ñ diriguntur lr̃æ. Egi.
ꝯ. [& ibi, re integra] melius videret dicere, re non inte
41 gra: ſed quicquid hẽat gl. hoc intendit, ꝙ ſi † apparet,
qs delegatus primo citauit, ille erit iudex, ſit primus,
ſiue ſcđs. ¶ In gl. 2. [ibi, ſi vellent] ſm Ioan. & Phi. Sed
Tanc. & Gof. ꝯ. Sed Inn. & Hoſt. & Fran. ꝯcor. cum gl.
cum expreſſe dicat textus, ꝙ pñt ſibi deferre. Et dixit
42 Inn. ꝙ dato etiam, ꝙ partes † non conſentiant, pars, ꝯ
q̃ pronunciatur, non poterit appellare: quia nullum fit

ei præiudiciũ in principali, ſeruari.n. debet iuſtitia, ſi-
ue procedant primi, ſiue ſecundi, q̃a ſi non faciẽt, pote
rit appellari. Hoſ. ꝯ cũ proſit hęc iudicẽ fauorabilẽ, ſal
tem in arbitrarijs, de offi. deleg. ꝯſuluit. Itẽ cum vtriq;
hẽant iuriſdictionem, licet iuriſdictio alterorum poſſit
elidi per exceptionẽ, ſi partib. placet eorũ iuriſdõnem
prorogare, de principali ſit cognoſcere poſsẽt ſm Inn.
& Copo. Sed Hoſ. ꝯ de off. deleg. cũ ſup c. P. & G. ¶ In
gl. 3. [ibi ſi diſſentirent] in diſcordantib. diſpari nume
ro loquitur. [& ibi, Sabinus] & ĵ. de reg. iu. in re cõi, li.
6. & ibi. §. ne aũt. & C. ad ſena. ꝯſul. Tertul. auth. defun
cto, & de his, q̃ fi. a maio. par. ca. 1. [Et ibi, & 3.] vbi de
43 hoc. [& ibi, Suſpecti † eſſent] tollitur ſuſpitio: quia hoc
fit iuris auctoritate. 23. q. 5. ſi non licet, ver. quaſdam,
Hoſ. & ibi dixi ſm Io. [& in fi.] Ho. dicit, q̧ hęc litera vř
contradicere, quia innuit, q̧ in vtroq; caſu recurratur
ad arbitros. Vin. & Cõpo. hic, & Abb. tractauerunt de
44 hoc & ſm Vin. ſunt 6. caſus, de arbitris eligendis duo,
quibus itur ad arbitros, & duo, quibus non itur, & duo
dubitabiles. Si iudices per primas dati pronunciant ꝓ
ſuis, & dati per ſecundas pro ſuis, itur ad arbitros. Idẽ
qñ primi pronunciant pro literis ſecundorum. Secũdi
pro literis primorũ. Sed ſi vnus de duob. datis p vnum
reſcriptu concordat cum tribus datis per aliud reſcri-
ptum, vel duo ex tribus cũ illis duobus, non itur ad ar-
bitros. Si vero duo dati per vnum reſcriptum, & vnus
de tribus datis p aliud reſcriptũ concordant, dubitabi-
lis eſt caſus: tñ vř Vin. q̧ ibitur ad arbitros, q̃a ex quo
remanet maior pars datorũ per vnum reſcriptum, & ex
tribus duo, per inde vř, ac ſi omnes concordarent, vel
alijs ꝯdiceret, & ſic ibitur ad arbitros. Sed ſi cõcordãt
vnus ex duobus, & vnus ex tribus, ex alia parte vnus
de duobus, & duo de tribus, iſte caſus eſt etiam dubita
bilis: ſed putat Vin. præualere duos ex tribus cum reli-
quo ex duobus: ſed hoc non concedit Cõpo. dicens, q̧
in caſu, quo eſt diſcordia ibitur ad arbitros, niſi maior
pars vnius reſcripti cum maiori parte alterius reſcripti
concordet: quia licet diſcordia ſit, vbi maior pars eſt,
m dicantur eſſe omnes. ff. de re iu. duo. Sed ex duob. vnus
certũ eſt, q̧ non eſt maior pars m: vnde & ſi tali nume-
ro diſcordarent in diffinitiua, ipſa eſſet in pendenti,
de re iud. c. fi. tunc ergo ſolum ſm eum non itur ad ar-
bitros, qñ omnes ꝯcordant, vel concordat maior pars
vtriuſq; reſcripti. Et ſm hoc non procederet, qđ quidã
dicunt. ſ. q̧ qñ vnus ſolus eſt in vno reſcripto, cum quo
concordat vnus ex alijs tribus, q̧ valeat pronunciatio,
& non eatur ad arbitros. Ita ſic intelligit literã, q̧ eatur
ad arbitros, niſi ſit ibi plena cõcordia. Et Phi. dixit ſe
tenere cũ Vin. & Silueſtro illũ eſſe caſum ſpãlem, quo
requiritur plena ꝯcordia, ſicut & illum, quẽ ponit canon
allegatus in prin. gl. non fateor, q̧ Vin. hoc dicat: imò
dicit ꝯtrã, vt ſ. patuit. ¶ In gl. [quid ſi ibi, tenebit] ſm
Io. & idẽ Goſ. [& ibi, contra ius ſcriptum] ergo ſecus, ſi
45 exprimunt † errorẽ in ſnia, vt ſi pronunciant per clauſu
li in illis literis veritatis, vel iuſtitiæ præiudicantibus,
primas literas reuocari. de cõfirmatione vtili vel inu-
tili, bonæ, vel q̧ nõ teneatur facere mẽtionẽ de ꝓceſſu. ĵ.
de re iu. inter monaſteriũ, Inn. [& ibi, appellatũ] & ap
46 pellari † debet ad papã. ĵ. de off. dele. ab arbitris, li. 6. [Et
in fi.] ſit efficax ro ſm Hoſ. quia licet non valerẽt literę,
tñ auctoritate huius canonis vires ſument, & viriliter
fulciuntur. ¶ In gl. [qui tem, in fi.] hoc dicit; quia Lau.
hic tractauit illam mãm, & Vin. ¶ In gl. [facta, in fin.]
quaſi tunc procedatur auctoritate reſcripti ſpãlis, ſi ip-
47 ſius auctoritate prius fiat citatio. Sed cum hodie † du-
rante iudicio non poſſit reus reconuenire actorem co-
ram alio iudice ẽt ſuper alia cã per ca. diſpendia, vř, q̧
ſi actor hus clauſulas gnales, ſuper aliqua re iã cõuene
rat reum, reus tunc non poſſit vti reſcripto ſpãli. Item
ſi prius ꝯuenitur hũs gñale p reſcriptum ſpãle, non vř
q̧ poſſit deinceps ꝯueniri hñs ſpãle coram primo iudi-
48 ce ẽt ſuper expreſſis, quare Abb. refert † quoſdã dicere,
hũc §. reuocatũ: ſed ipſe dicit §. locum hẽre poſſe re in-
tegra, vel qñ hñs litteras gñales conuenit hñtẽ ſpãlem
ſup re expreſſa in gñalibus, & lata ſnia vult eũ ꝯuenire
ſuper illa re, ſuper qua conceſſę ſunt ſpãles, tunc locum
hñt, q̧ præualeant ſpãles, tu dic q̧ optimẽ procedit §.
adhuc hodie, qñ impetrãs ſpãles non erat expreſſus in
generalibus, nec aliam cãm hẽt cũ ipſo, qui impetrauit
gñales, niſi illã, ſuper qua impetratæ ſunt ſpãles. ¶ In
gl. vl. [ibi. §. vlt.] vide quod ibi no. & in l. ſe. q̃ incipit
aliqũ, per quæ ſoluitur ꝯtrium. ſ. quia hodie committit
49 † proconſul vices ſuas ẽt ante ingreſſum prouincię, per
auth. de colla. §. ad hęc, & dicam de offi. del. nouit, ſu-
50 per 1. gl. circa fi. [& ibi rerũ, c, vl.] qđ † alias nõ loqtur
in ciuilibus, ſed in criãlibus, in q̃bus ſpecificari vult in
citatorio ea, quæ obijciũtur. [& ibi, qđ hẽt,] Idem Hoſ.
n qui n ẽt dicit, q̧ ſcã expreſſione perſonarũ, & non rerũ,
citare pt: ſed citatus non cogetur rñdere pp rõnẽ ſupe
rius ſcriptã. [Et ibi. ſ. verũ eſt] Idẽ Goſ. & Vin. [& ibi ex
51 preſſa] ẽt † ſi ſup expſſis ſit ꝑpetuata iuriſdõ. Inn. vide-
tur hic placere, q̧ duret ſup nõ expreſſis, dũmodo prius
cęperit vti iuriſdõne, p decre gratũ, de offi. dele. Re-
mittit tñ ad decr. licet. vbi innuit ꝯtrium cũ gl. [& ibi,
licet] vbi de hoc, & ibi ſoluam præ. l. vlt. de duob. reis,
52 quæ loquitur † in ꝯnexis, qđ et placuit hic Phili. [Et in
fin.] licet ſit ar. contra ff. de off. aſſeſ. l. antep. ſm Hoſt.
53 ¶ Quærit hic Cõpo. de executore, † qui ptãtẽ habens
prouidendi in prouincia, fecit inhibitionẽ in duab. ec
cleſijs, & poſtea moritur delegans, an poſſit prouidere
in alia eccleſia. vbi ante mortẽ inhibitio non ſit facta?
& dicit, q̧ ſi inhibitio erat generalis, q̃ quodlibet bñfi-
cium prouinciæ poterat includere, licet publicatio fa-
cta fuerit i certis locis, tñ durabit quo ad beneficia oĩa
ipſius poteſtatis, cum vnũ ſit negotium prouiſionis in
54 prouincia faciendæ, & in parte † cęptum, dicatur cęptũ
in toto, de off. del. gratũ. ff. de neg. geſt. cum actũ. ſed
ſi executor ad vnã, vel plures certas eccleſias reſtrin-
xiſſet, dñs ſe velle in ipſarũ altera prouidere, tunc nec
mortuo, nec viuẽte mandatore poſſet in alijs exequi, &
remittit inf. eo. cap. vide qđ dř de conceſſ. præb. execu
55 tor, li. 6. De formis † aũt illis, per quas Papa committit
alicui, q̧ in diœc. vel prouincia poſſit punire abuſores li
terarum Apoſtolicarum. vel q̧ diſpenſet cũ aliquibus,
priaius ꝓceſſit ꝯ certos, ſeđs cũ certis diſpenſauit, an
duret ptãs mortuo Papa, vide in Spe. de legato. §. fini-
tur, ver. idem etiam. & §. videndum. ver. quid ſi is.

ADDITIONES.

a ¶ Paſtoralis. Aduerte in hoc c. paſtoralis: quia in hoc volumine
ſunt 12. decretales ſic incipientes, quæ ad epiſcopum Helenſẽ
diriguntur, ſcilicet iſta, & infra de off. dele. & de off ord. de iu. de
ſi. inſtr. de exce. de appel. de his, quæ fiũt a prælatis, de do. de de-
ci. de ſurepa de priui. & ita etiam dicit iſte ſtatim infra.

b ¶ Contradicentes. cum iſto concor. Bar. & Bal. in l. cum ſpecia-
lis. C. de iudi. facit c. ab arbitris, de off. dele lib 6. cum ibi no. ad-
de alias concor per d. Ale. in apoſtilis in d. l. cum ſpecialis, & vl-
tra adducta per eum ibi facit l. cum apertiſſimi. C. de iu. & ibi ei
porrectæ, & extra. de ap. cum ſpeciali, ibi coram eiſdem.

c ¶ Summariè. Vide per Bar. in l. 2. C. ſi contra ius, vel vti. publi.
adde tu, quòd iſtud dictum Bar. eſt in antepe. colum in ver quæ
ro, quando iſtæ excep. quibus adde dicta per do. Alexan. in d. l.
2. in apoſtill. ſuper dicto ver. qui multa bona dicit. & vide etiam
Alberi. de Ro. in d. l. 2.

d ¶ Primas. Contrarium videtur ſentire Guliel. in Spe. de exce. §.
nunc videndum, ver. licet, vide Io. And. in Spe. de clandeſt. deſp.
ſuperitub. & de priu. c. ex parte. infra, & vide Bar. in l. 2. C. ſi con
tra ius, vel uti. publi. & de lit. conte. c. 1. lib. 6.

e ¶ Quilibet. Vide Io. And. ſupra eo. c. cęterum, ſuper verſ. eſſen-
ſu, cum remiſſione, quæ ibi eſt.

f Obſtat. Vide latè per d. Alex. circa iſtam ſolutionem in l. iudex
poſteaquam. ff. de re iudica.

g ¶ Autoritas. ſ. q̧ ſuper illa, & nũquid poſſet reus venire ad iu.
quia nõ cora alio dele. ut hic, nõ cora impetrato ab actore, quia
non eſt

non eſt ſuus delegatus, non coram ordinario, ſic declarat Inn. licet Io. And. hic non ponat.

h ¶ Iudex. Vide Innoc. in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpol. & ibi Ioan. And. poſt Hoſti.

i ¶ Reconuen. Ibi vide per Io. And. qui arguit pro opi. Innoc. & opi. Compoſt. & tandem tenet opi. Compoſt.

k ¶ Exercitio. Vide circa iſtud notabile do. Andream Siculum Barbatiã in conſil. 17. col. fi. in prima parte ſuorum conſiliorũ.

l ¶ Conditio. Vide Alex. & Moder. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pe.

m ¶ Pars. Vide abbatem in conſi. 77. col. 7. in 2. dubio in 2. col.

n ¶ Hoſt. qui. Not. iſtam gl. quæ vult, quod qui habet iuriſdictionẽ habitu ſolum, illam poſſit delegare. Sed an talis iuriſdictio poſſit prorogari, videtur quod non, per id, quod no. iſta gl. quæ vult, quod ante expreſſionem non poſſit citare. ad idem facit, quod no. Io. An. de iuriſdictione preoccupata in ca. cum plures. ff. de off. dele. lib. 6. Bar. conſultus in hac q. dixit ꝙ ſic quia licet iuriſdictio extincta non poſſit prorogari, tamen ſuſpẽſa poteſt, ita in quibuſdam ſuis ſcriptis reperitur per ipſum in l. nec ille. ff. de tutori. & cura. da. ab his. Sed do. And. Barba. in iſto. ca. in ver. quoniam, in 4. col. tenet per multa iura cõtrariũ, videlicet ꝙ habens iuriſdictionẽ in habitu, & ſi in actu non poſſit eã exercere. & ita dicit, ꝙ probat iſte tex. in fi. idem probat, dicit ipſe, text. in d. l. obſeruare. §. fi. & in c. Romana, de ap. li. 6. quæ omnia adde dictis ſup. per d. Vgolinum in iſta apoſtilla qui etiam eleganter ipſe dominus And. limitat glo. hic, licet Bald. hic ſimpliciter trãſeat cũ iſta gl. ſed d. Pe. de Anc. vt refert do. And. Barb. aliter recitat iſtam gl. quã ipſe ſentiat, tenens primam opi. ſupra relatam per do. And. vbi etiam ipſe refert do. Bar. in d. l. nec ille, in reportatis antiquis idem tenere, quod do. Vgo. ſup. in q̃one quã habuit do. Bar. in ciuitati Tuderti, & quã gl. etiam ſequitur hic Io. de Imo. & Abb. hic, licet ipſe d. And. in dicto ver. quoniam, dicat, ꝙ iſta gl. funditus deſtruit gl. Io. And. in c. ſi a ſubdelegato, de offi. dele. lib. 6. quã limita, & declara, vt ibi per Do. de ſan. Gemi. & d. And. hic, ver. ſup. relato. qui Domini. ibi allegat iſtã gl. & an d. gl. in d. c. ſi a ſubdelegato, dixerit veritatem, vltra dicta Dominici ſupra alle. & do. An. Bar. hic. uide, dicit ipſe, not. per doc. in c. relatum, & in c. gratum. inf. de off. deleg. ad quæ remittit, quæ dicit eſſe mẽti tenenda per ea, quæ no. hic Io. An. videlicet ꝙ patronus eccleſiæ antequam vacet eccleſia, nõ pt cõmittere vices ſuas alteri in præſentan. rectorẽ ad dictã eccleſiã.

S V M M A R I V M.

1 *Per clauſulas, Quidam alij, & Res aliæ, non conuenitur multitudo, nec perſonæ, vel res maiores expreſſis, pares, vel minores ſic, niſi malitioſe fiat expreſſio.*

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Liberalitas magna dare plumbum pro auro, vel argento.*

4 *Exceptione omiſſa de maioritate perſonarum, vel rerum, maiore litigante cum minore tenet proceſſus.*

5 *Dignitas maior, quod pertinet ad hanc decretalem, inſpicitur datæ tempore.*

6 *Grauiores cauſæ, ſiue negocia quæ, & nu. 7.*

7 *Decima eſt dignior vel grauior res, quam prædium.*

In perſonis quod eſt ſtatutum, extenditur ad res, ibid.

8 *Epiſcopi perſona, vel dignitate expſſa, alius eps per clauſulã, Quidã alij, poterit cõueniri, ſecus, ſi inferior eo exprimatur.*

9 *Epilogus gloſſarum.*

10 *Suffragium, & nu. 11. & 12.*

11 *Maiores vocãtur vltra tritauũ, qui non habet ſpeciale nomẽ.*

Maioritas accipitur multis modis et præſumitur contra eam, iuncta gloſſ.

Neglecta, quæ ſpecialem notam exigũt, ſi omiſeris, videtur.

12 *Fideicommiſſum tacitum quod.*

13 *Supplementum gloſſarum, & nu. ſeq.*

Gratia qua abuti dicantur in hac decretali. ibid.

14 *Principium quale eſt, talis eſt clauſula.*

15 *Ad hanc decretalem pertinentes quæſtiones vbi tractetur.*

16 *Maior eſt qui iuſtior.*

Clerici maiores natu eſſe dicuntur.

17 *Laicus non poterit conueniri nominato clerico, & ratio.*

18 *Conueniri qui poſſint per clauſulam quidam alij, & nu. 19. et ſup. nu. 6. 7. & 8.*

20 *Hæc decretalis habet locum in reſcriptis, non in procurationibus, neque in contractibus.*

21 *Dolus qualiter probabitur.*

Perſonarum acceptio fit in odium doloſi, ibid.

C A P V T XV.

a 1 Sedes apoſtolica [a] Caſus † p clauſulas, quidam alij, & res aliæ, poſitas in reſcriptis, non conuenitur multitudo, nec perſonæ, vel res maiores expreſſis; pares, vel minores ſic, niſi malitioſè fiat expſſio. & duo † facit, pmittit q̃ſtõnis cauſã.
2 ſubmittit q̃ſtõnẽ, ibi, nos igitur. in qua facit quatuor. prouidet primo circa pſonas. ſcdo circa multitudinẽ. tertio circa res. quarto circa fraudulentam expreſſionẽ. partes patent. [Liberalem.] dicit Egi. & dicebat
3 dñs meus, ꝙ magna † liberalitas eſt dare plumbũ pro auro, vel argẽto [Minores] & de his C. de inceſtis nup.
4 l. humilẽ, Abb. [Viſtores] ſi omiſſa exceptione † de maioritate pſonarũ, vel rerum maior litiget cũ minore, tenet ſententia pp tacitã prorogationẽ ſm Inn. Ber. q̃.
5 ĩ, c. Rodulphus, vbi dicã de hoc. [Digniores] tpe † datæ ſm Vin. & Cõp. & referas ſingula ſingulis ſm Abb, [Includi] hoc eſt q̃. Inn. & ſequaces, vt dicã in decr. Rodulphus. Itẽ q̃. inf. de ſi. c. fi. ſm Pe. ibi. ſoluã. [Grauio-
6 ribus] vt ſunt † ſpũales, & crĩales, de libertate, vel quas ſcandalũ graues facit, ſcdm Inno. [Mentionẽ] vñ obti-
7 nuit ſcdm Spe. ꝙ expſſo pdio † nõ poſsit p clauſulã gñalẽ agi ſup decima, ar. de reſt. ſpo. frequẽs, in fi. li. 6. [Perſonas] idẽ in reb. ſcdm Boa. cũ ſit eadẽ rõ. [Ad pares]
8 expſſo † epo, cũ clauſula, qdã alii alter eps poterit cõueniri. Secus, ſi addatur, qdã alii clerici ſm Spe. & Cõp. [Trãſire] forte pcurator eius, quẽ volebat conuenire, erat in curia, pp qd illum noiare nolebat penitus. ſ. quo
b ad expſſa, & non expſſa. [b] ¶ Prima † gl. q̃rit obijcien-
9 do, & ſoluit. ¶ Tertia gl. querit circa duo, & ſcdm dubiũ aperitq quatuor exẽpla, primũ p ſex; demũ ſoluit. ¶ Pen. gl. arguit, obijcit, & ſoluit. ¶ Vlt. q̃rit, & ſoluit,
10 & opinionẽ ponit. ¶ In † gloſ. 1. [ibi. ſi quis in hoc] ibi dr̃, ꝙ ſctitas ignoſcẽdi gloriã dereliqt. ¶ In gloſ. 2. [& a capite] ſic. ſ. ꝙ intelligi poſſit. ¶ In glo. 3. [ibi, ſed & ſi quis] & vide de cle. nõ reſi. qa nõnulli, in 1. gl. [& ibi.
11 §. Parentes] vltra tritauũ, q nõ hñt † ſpale nomẽ, vocãtur maiores. [Et ibi, maiorem] ſeqtur, eſſe parrẽ, p mõ debiti, nõ p numero pſonarum placuit [& ibi hoc edictũ] alias eſt ver. ſub §. ait ptor, Neqt. ibi dr̃, ꝙ q̃ ſpãlẽ notam exigũt, niſi ſpãliter notẽtur, vñr neglecta [& ibi, non eſt veriſimile] ſ. ꝙ dignitatẽ hñs fuerit coactus in vrbe. [& ibi. §. debitũ] ibi impropriè naturale dr̃ de
12 bitũ. ¶ In 4. gl. [ibi, ita fidei] ſi teſtator † hr̃dẽ rogat, vt fidẽ pſtet, quã petijt, tacitũ eſt fideicõmiſſum. Itẽ, ſi dicat rogo hr̃dẽ, vt fundũ Titio det, de quo rogaui, qa hic legẽ, & legis interpretationem circũuenire uoluit noiando fundũ, q tũ cognoſci nõ põt [Et ibi. ſi idẽ] nomina nõ eſſent diuerſa, ſi idẽ eſſet teſtm̃, & codicillũ. ¶ In 5. gl. [ibi, afficiantur] ſicut fiebat p illos, q ſibi fieri pcurabãt ceſſionẽ actuũ, vt in l. ſe. ¶ In glo. antepe. [& ibi. l. 1. in fi.] vide in c. ſtatim alle. ſup gl. pe. ¶ In gl. pe. [ibi. l. vlt. incipit, eum qui.] vide de priui. qa nõnullis, ſup vi. gl. [& ibi, cũ prætor] proconſul dat lega-
13 tũ. ¶ In † glo. 1. [ibi, duo iſta] & de hæret. inf. co. lib. 6. [& ibi euangelij] ĩ. de iud. nouit, ver. qũo [& ibi, ipſe facit] de elec. cum inter vniuerſas. §. fi. [& in fi.] vel dr̃ gr̃a ſm Hoſ. qa excõicatus, cui hæc gr̃a ſubtracta eſt, nõ põt impetrare. ĩ. c. 1. lib. 6. dicebat Fran. ĩ. co. nonnulli, in prin. ꝙ põt intelligi de gr̃a ipſius ſedis, qua. ſ. plata eſt cunctis eccleſiis & fidelibus, & hac plationis gr̃a abutuntur iſti impetrãtes. vel eſt gr̃a in eo, ꝙ poſſet impetrare volentẽ remitti ad ordinarium, ſicut facit princeps. ff. de ap. imperatores, & in auth. de manda. principũ. §. ſit tibi. ¶ In gl. 2. [ibi, Virgilius] in bu-
iud.l.placuit,de quo ſatis dicam ĩ.de tranſac. c.ſi.Itē
ratio iuris poſitiui eſt quandoque contraria rationi iu-
ris naturalis, de quo vide exempla inſtitut. de iure
naturali.§.ſed naturalia,in 1.glo.Item cum interdum
lex nō ſolum poſitiua,ſed etiā diuina mutetur, et corri
gatur,fateri oportet rōnem ſcđæ legis corrigentis rō-
ni primæ correctæ fore contrariam.qđ vel ex veritate
tēporum,vel ex aliis circunſtantiis iuſte poteſt accide
re,de conſan.nō dēt,in prin.cum concor.de conceſ.p-
ben.c.2.li.6.de immuni.eccl.qm̄ clem.Eſt ergo faten-
dum,ꝙ certis conſiderationibus conſuetudo l. contra
ria pōt eſſe rationabilis,vt patet per exempla,quæ ſup
gl.pe.et vide exempla,quæ poſui de cle.coniuga.Ioan
44 nes,in vltima opp. Et ſpecificemus † hoc iuxta [x] gl.pri
x mo negocia eccleſiæ per prælatum,et capitulum ſimul
expediri,et ad illa abſentes vocari, hoc ſuadet multi-
plex rō,quia qđ oēs tāgit etc.Item quia vnum corpus
etc.Item quia integrū eſt iudicium etc.primum patet
in rła,quod oēs,de reg.iur.li.6.cum concor.Secundū,
de his,quæ fiunt a præla.nouit,et ſeq.Tertium de offi.
dele.prudentiam.& tū de cōſuetudine ſoli prȩlato,vel
ſoli capitulo cōpetit aliqua expedire: & licet id magis
proprie ſit p̄ſcriptio,q̄ conſuetudo, vt dicā ĩ.in primo
mēbro ſub prima qōne; & ſi tū dicatur ꝯſuetudo rōnē
hēt ob faciliorē expeditionē rei agēdȩ,& maximè cir-
ca electiones,& ꝓuiſiones,de elec.ſi religioſus, lib.6.
qđ tū in alienatione rerū eccleſiæ nō hēret locū: qa il-
lud poſſet inferre peremptionē dotis,& patrimonii ec
y cleſiaſtici,vt dicā [y] ĩ.de don.paſtoralis, in ſi. Idē dico
circa vocationē abſentiū non ſiendā, vt pp faciliorem
expeditionē ꝓcedat in eo ꝯſuetudo,de p̄b.cum in ec-
cleſis,lib.6.Idem dico de decre.3.eo.tit.lib.6.vt faci-
lius expediatur criminū correctio.Itē in l.itē eorū, in
prin.ff.qđ cuius.vniuer.ꝯſuetudo, ꝙ ſuffragium patris
nō ꝓſit filio,nec ē ꝯ,fundatur ſup rōne affectionis,q̄ fa
cit ſuffragiū ſuſpectū.Idē in aliis exēplis, in qbus erat
ſp rōnē aliquā inuenire,q̄ iuſtificabit ꝯſuetudinem nō
ſolum p̄ter legē,ſed ēt ꝯ legē. Ad ob. ergo rńdetur, ꝙ
45 rłariter † ꝯriorū z ſi alterū bonū, reliquū malū 32. di.
z hoſpitiolū,in fin.Caſualiter tū ēt ex ꝯriis pro vtrūque
bonū eſſe;de hoc de iureiu.intellecto,in 1.gl.¶ Tertio
46 ſic opponitur:oīs lex poſitiua deriuatur, & cauſatur
a lege naturæ,& a lege diuina.ſ.in proœmio, & de ſū.
trini.firmiter.ver.hæc ſancta.ad idē 16.q.3.c. ſi. C.de
præſcrip.lōgi tpis.l.ſi.poſt medium, ver.iō enim, cum
ꝯcor. nec aľr enim vniuerſum eccleſiæ nr̄æ conſiſtere
poſſet,niſi rłaretur p maiores,& ipſorū leges,facit 89.
2a diſt.ad hoc.Sed legē diuinā,& naturalē [aa] nō tollit ꝯ-
ſuetudo.ſ. ꝓxi.rńſo; ergo nec poſitiuā cauſatā ab illa,
facit de p̄ſcri.cū ex offici.de reg.iur.acceſſoriū,libr.6.
cū ꝯcor.ſol.fateor,ꝙ ꝯſuetudo in deriuato, vel cauſa-
to,vel acceſſorio,no poterit,qđ in principali non poſ-
ſet;& ſic ꝯcedo qđ obiicitur.Sed ita eſt,ꝙ ēt ꝯ ius natu
rale,vel diuinū valeret ꝯſuetudo rōnabilis.i.per q̄ non
induceret peccatū,vt ſ.fortius, vel ſaltē eq̄ valebit in
acceſſorio cauſato, vel deriuato,ex quo rōnabilis eſt,
47 & peccatū nō inducit.¶ Quarto ſic † opponitur: illius
eſt tollere legē poſitiuā,cuius eſt inducere,vel ſui ma-
ioris,minoris non,vt patet in cle.de elec.ne Romani,
cū ꝯcor.Sed lex cōis,canonica, vel ciuilis inducitur a
papa,vel a principe: ꝯſuetudo aūt inſurgit ex actibus
priuatorū,qui ſunt minores; ergo ipſorū actus legē ēt
poſitiuā tollere nō pn̄t.Sol.fateor,ꝙ vſus, vel actus pri
uatorū vnius regni,vel prouinciæ, vel loci legē cōem
abrogare.i. vbiq; tollere non pn̄t: ſed derogare pn̄t
in eo regno, prouincia, vel loco, vt ſicut ibi legem
municipalem facere poſſent,ſic & ꝯſuetudinē induce-
re:& tū ad obiectionis ſołonē fateri oportet, ꝙ nec in
loco id poſſent,niſi quia papa, vel princeps id expreſ-
ſè pmittit.ſimile de trāsla.c.2.ver.nec ꝙ.Itē tacite,ſi-
cut.n. in alicuius p̄iudiciū p̄ſcribitur,& is,ꝯ quē præ-
ſcribitur,a iure fingitur ꝯſentire, de priuil. ſi de terra,
& c.accedentib. & alienare vr̄, q p̄ſcribi, vel vſucapi
patitur.ff. de ver.ſig.alienationis,in princ.ſic, cū ꝯ ius
eccleſiȩ p̄ſcribitur ꝯſuetudo,iuris lator ꝯſentire vr̄. &
p hoc rńdetur,ad id,qđ poſſet opponi,ꝙ faciendo ꝯ le
gem,per qđ meretur pȩnam,cōſequi non dēt quis prȩ-
miū,vel immunitatē,de ſen.excō.ſi vere.cum concor.
vt no.quæ ſit lon.ꝯſue.l.2.in ſi.vlt.gl.vel dic,ꝙ ſi ꝯſide
retur ſingularis ꝯſenſus,& expreſſus iudicis circa ſniā,
ille bene punitur,inſtit. de oblig.quæ ex quaſi male.in
prin.de re iudi.cū æterni, lib. 6.ff.de iudi. ſi iudex. &
hoc reſpectu pȩna eſt,non præmiū. Et ſi conſideretur
tacitus & vniuerſalis conſenſus circa ius vniuerſale in-
ducendum,q eſt in pplo. & iſte exp̄ſſe pmiſſus eſt per
l.q pmittit ex exp̄ſſo & tacito ppli ꝯſenſu legē induci,
vt in l.de qb.& inſti.de iure naturali.§.pe.Et ſic,cū in
hoc pplus nō delinquat, ergo nec pȩnā hēt ſed p̄miū.

ADDITIONES.

a Conſuetudo. De conſuetudine irrationabili vide exempla in c. clerici,de iud.& c.cæterum, de iuramento calum.& in cap.2.de probat. & ibi vide gl.& vide c.ad noſtram,inf.de probat.& in c. cum cauſam,de regu.iur.& contra iſtud ca. quod immo conſuetudo excuſet a peccato,opp.de.c.2.inf.de temporibus ord.vt ibi in gl.An conſuetudo contra ius naturale, vel poſitiuum vel fauore vtentium,vel eccleſiæ valeat,& poſsit prȩſcribi,vide quod not.in c.1.de his,quæ fiunt a maiori parte capituli.Archid.

b ¶ De cōſuetudine.vide etiam aliam ſimilem q.quam ponit pulchre Alber.de Ro.in l.cunctos populos, in vltima col.C de ſūma trinit.& fide catho.prout pulchre eum refert.d.Iaſo in l.vbi pactum,in 8 col.C.de tranſactio.

c ¶ Et hoc intellige.Vel niſi aufugeret,vt l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cred.& quod not.in c.cum non ab homine, de iud.& c.vt famæ,de ſen.excom.Bal.

c ¶ Pignoribus.Ibi vide pleniſsime Bar in repetitione illius l.3 & facit,quod ipſe no.in l.iuſte.ff.de acqu.poſ.

e Longeuæ.Iuri ciuili longi temporis præſcriptio dicitur decem annorum inter præſentes.20.inter abſentes.C.de præſcrip.longi tempo.per totum,& vide.inf ſuper principio gl.ſi.

f ¶ Moralia.Vide per Abb.& omnes in ca.nam concupiſcentiam extra de conſt.& vide ibidem.d.Felinū in 2. col. & vide etiam doctrinam Bar.in repet.l.creditores,in 4.opp.C.de pigno.

g ¶ Niſi duo.In hac gl.ibi & illa eſt rationabilis, dic contra ſup. eo.ca.cum conſuetudinis.dic, quod immutare conſuetudinem, & facere conſuetudinem de nouo contra aliam non poteſt, vt ibi:ſed contra ius ſic,vt hic vltimo.cap.contra, ſi non poteſt capitulum ſolum legem,vel conſuetudinem facere,vt in d.c.cum conſuetudinis.ergo nec conſuetudinem inducere, vt dicit gloſ. ſequens circa medium. poteſt dici ad omnia prædicta,quod fuit inducta de conſenſu tacito epiſcopi eo,quòd ſcit.Et ſic non obſtat. Vel dic,quòd in eo,quod dicit contrarium,loquitur in

Pro-

propria conſuetudine: quia tunc a pari lex, & conſuetudo procedit. hæc gl. loquitur, quando proprie eſt præſcriptio, & Io. And. in 2. membro hoc ibi, de hoc contra. Arch.

h ¶ Cibariis. Vide etiam multos notabiles caſus enumeratos per d. Iaſ. in l. de quibus, ff. de leg.

i ¶ Sufficiunt. Bar. in l. de quibus. ff. de legi. tenet, quod ſolum 10. anni ſufficiunt, & idem ibi d. Bar. d. Saly. in 7. q.

k ¶ Memoria. Vide Io. And. inf. de præſcri. de quarta, in glo. dixit Inn. & ibi de eo, quod hic ſequitur de titulo.

l ¶ De vſuris. Illa loquitur in faciente, & ſoluente, & ſimile l. ſi certis annis. C. de pac. ſed in patiente eſt opi. contraria. Iac. Bu. & Ray. in l. ſeruitutis. C. de ſerui. Bar. idẽ in patiente vbi tractat, de modico præiudicio, vt de amiſſione ſeruitutis: ſecus in amiſſione dominii, ita notat gl. notanda in Spe. C. communi diu. Et vide Bart. in l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arcen. & in l. cum de in rem verſo. ff. de vſura. & in ſua diſputatione de muliere, quæ tranſtulit omnia ſua &c.

m ¶ Ponunt. Vide per dominum Bar. de Saly. in l. de quibus, ff. de legibus, in 12. contrario, vbi ponit notabilem diſtinctionẽ Old. Iac. de Are. & domini ſui.

n ¶ Erronea. Vide Alberic. de Roſa in l. Barbarius. ff. de officio prætoris.

o ¶ Probandam. Idem Inn. ſup. in rubrica, & Bar. in l. nemo, in ſi. C. de ſen. & interlo. omnium iud. Bal.

p ¶ Off. Arch. c. ſi. & in c. cum olim, de præſcri. per Io. And. an in conſuetudine, vel præſcriptione titulus requiratur.

q ¶ Præſcriptione. Vide aliqua vtilia ad materiam conſuetudinis per Io. And. in Spe. de teſti. §. nunc videndum, in prin.

r ¶ Titulus. Vide Alex. conſil. 21. & 25. quarto vol. Barb. conſi. 9. col. 5. volu. 1. Item adde, quod bona fides præſumitur, ſi præcedit titulus. vide Ale. conſi. 76. col. 1. in fine, & vide Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap.

ſ ¶ Arg. contra. Hæc glo. in verſiculo, illa poteſt, vult, quod contra conſuetudinem admittatur probatio in contrarium, in verſi. ibi item qui vult contra &c. quia dixerit eſſe etiam illam conſuetudinem. Bal.

t ¶ Sed forte. Vide in hoc diſtinctionem Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & plenius ibi per d. Bar. de Saly.

u ¶ Derogat. Vide gl. & Paul. de caſt. in l. deprecatio. ff. ad legem Rho. de iac.

x ¶ Exempla. Vide aliud exemplum per Bal. in rubrica. C. de fide inſtr. in vlt. col. & Pau. de Caſt. in conſi. 159.

y ¶ Vt inf. dictum. Et vide gl. in cle. ſi vna. de rebus eccl. nõ alie.

z ¶ Contrariorum. Quoniam aliquid eſt vnum, cuius contrarium dicitur melius, vt in l. exigendi. C. de proc. Archidiaconus.

aa ¶ Naturalem. Vide Bar. in diſpu. l. de quibus. ff. de legi. & ibi ẽt per d. Bart. de Saly. & quid de reſcripto contra legem diuinam, vel naturalem, per Bar. in l. 1. ff. de conſti. prin.

SVMMARIVM.

1 *De conſuetudine tractatum hunc quare ſcripſerit, et quę ſint eius partes.*

2 *Conſuetudo, quid ſit, vnde dicatur, & eius origo quando, & nume. 11. cum expoſitione ſingulorum verborum vnius ex definitionibus, nu. 3. 4. & ſequentibus, per vſum introducitur, num. 5.*

3 *Conſuetudinis appellatio non pro iure tantum, vt hic, ſed pro facto, vel aſſuefactione ſumitur, ac eius, & iuris differentia quadam aliæ ſunt, nu. 14. conuenientia, nu. 13.*

4 *Ius conſtat ex ſcripto, & non ſcripto.*

Scripti & non ſcripti explanatio, ibid.

6 *Conſuetudo eſt etiam priuati, vel patrisfamilias, nedum populi, quę attenditur interdum, & quando non induceretur conſuetudo, habes ſup. nu. 3. 4. 5. 6. & infra. 7. 8. 9. 10. An redacta in ſcripturam, ius diceretur eſſe ſcriptum. nu. 14.*

12 *Partitio quib. de rebus dixerit, & de qb. ſit poſtea dicturus.*

15 *Conſuetudo quid differat a ſtatuto & in quo conueniat.*

16 *Quid ab vſu, vel ſtylo, vel præſcriptione, & nu. 17.*

19 *Conſuetudinis multiplex eſt diuiſio, quæ.*

20 *Conſuetudo quibus modis inducatur, & nu. 21. 22. 23. 24. 25. & an per erroneum conſenſum nu. 27. an per pactum. nu. 28. an per non vſum. 29. an per ſententiam. 31. an requiratur actus iudiciarius. 30. an ſine contradictione. 33. an ex ſententijs contrarijs. 34. an arbitrorum. 35. an inter non ſubditos latis. 36.*

26 *Conſenſum populi, clerici, vel capituli tacitum quomodo colligamus.*

Voluntas iudicis dicitur voluntas partis, quando per modum iuriſdictionis quid diſponit, nu. 28. ad calcem.

32 *Res inter alios acta nocet alijs, cum ex ea inducitur conſuetudo.*

Sententia contra ius lata non ſunt nulla, quando inducitur per eas conſuetudo, ibi, etiam ſi non fuerint executioni mandata. eod. nu.

37 *Temporis diuturnitas quare in conſuetudine requiratur, & quanti temporis. 38. quando incipiat currere, 39.*

40 *Per conſuetudinem decennij an poſſit induci, vt nulla conſuetudo inducatur niſi diuturnitate. 40. anno.*

41 *Præteritis negocijs non futuris dat formam etiam conſuetudo ſicut & lex.*

45 *Conſuetudo inducta qualiter in iudicio proponatur, & quot modis, & nu. 43. 44. 45. 46. 47.*

46 *Libellos canoniſtarum narrationem facti, debitamque ex narrationis concluſionem ſine expreſſione actionis continere ſufficit.*

48 *Conſuetudo qualiter probetur.*

49 *Teſtes in probanda conſuetudine quomodo producantur, & quid dicent, num. 50. quid ſi in atteſtationibus reperitur aliquos contrarium feciſſe. nu. 51. 52.*

Cap. vltimi de conſuetu. li. 6. intellect. num. 50. ad finem.

52 *Gloſſę ad l. nemo alieno. ff. de reg. iur. intellect.*

53 *Conſuetudo in iudicio propoſita, & probata vt ſententia iudicis terminetur.*

54 *Ex cauſa vna agens, puta ex conſuetudine hoc expreſſo, aliã probet, veluti ex ſtatuto, vel contra non debet obtinere, niſi cauſa probata includatur ſub expreſſa, rurſus tamen agere poteſt ex alia cauſa.*

55 *Conſuetudinis effectus, & virtus quę, & quibus caſib. valeat, & nu. 56. 57.*

56 *§. ſi conſtat, legis venditor, ff. commu. prædio. §. Diuus de le. 3. de ſepul. vio. intellectus.*

57 *Conſuetudo quę legem tollat, vel tollatur ab ea.*

58 *Extraneus an ligetur conſuetudine.*

Contra præceptum ex conſuetudine an liceat venire, conſuetudo laicorum an liget clericos.

59 *Conſuetudo an ſit extenſiua.*

Imperium merum per conſuetudinem an acquiratur.

60 *Simile legis, an conſuetudinis in cauſa neutro eorum determinato ſit ſequendum, & nu. 61. 62. 63. 64. & ſeq.*

Sequendum eſt quod ratione maiori polleat. eodem ver. communius.

61 *Ratio, & æquitas idem eſt.*

62 *Cap. 1. de feud. cog. in vlt. gloſ. notata vt intelligantur.*

63 *Similitudo eſt quædam extenſio.*

64 *Extenſibilius eſt expreſſum, quam tacitum.*

Correctio prioris legis vt per poſteriorem non extenditur ſic neque conſuetudinis, ibid.

65 *Legis abrogatæ, vel deſtructæ ſimili non arguendum, quandoque tamen licet inducere rationem eius.*

1 NUNC. Materiam † conſuetudinis per modum ſummæ, & per quæſtiones tractare diſponens, hoc præmitto, quod quia per varios doctores pręcipue iuris ciuilis hæc materia deſcripta eſt, videbatur, quòd mihi libenter prolixitates fugienti ſatis eſſet ad illa remittere. Sed ne nobis deſit materia eo pręcipue, quòd non ſolum doctores noſtri, & compoſitores gloſſarum, ſed etiam compoſitores textuum conſuetudinem quandoque ponunt improprie, vt patet ex his, quę ſuper vltim. gl. dixi; ideo plus applicando Cy. poſt Iac. & Petr. quam aliis nec tamen illis ſimpliciter inhęrendo, videamus primo quid ſit conſuetudo, vnde dicatur, & vnde ortum habuerit. Secundo, quę ſit eius diuiſio. Tertio, quomodo inducatur. Quarto, quomodo inducta in iudicio

cio proponatur. Quinto, quomodo probetur. Sexto, qua-
liter terminetur. Septimo quis ſit eius effectus. Octauo
& vltimo concludemus certas quæſtiones formando,
de quibus remittam, ſolum vltimam proſequẽdo. Sub
his autem principalibus membris incidunt tractan-
do, vel remittendo 29. quæſtiones, & vna diſtinctio.
¶ Circa primum ſciendum eſt, quòd quidam ſe expe-
2 diunt cum Iſidoro † dicẽtes, quòd conſuetudo ª eſt ius
a quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipi-
tur, cùm deficit lex. 1. diſtin. conſuetudo. Et ſecundum Iſido-
rum dicitur conſuetudo eo, quòd in communi vſu eſt,
vt ibi in fin. vel dicitur a conſuo conſuis: quia conſuti
mores, ex quibus reſultat conſuetudinem inducunt, &
vtroq; modo congruit etymologia, quam ſequimur,
de præbend. cum ſecundum, in princip. cùm concord. ff. ſi cer-
tum pet. l. 2. §. appellata, in auth. de defen. ciui. in prin
ci. colla. 3. Et quod dicit Iſidorus morib. Goff. & Dam.
exponunt, id eſt aſſiduis actibus hominum. Azo dicit,
quòd conſuetudo eſt ius non ſcriptum moribus popu
li conſtitutum. hoc no. in ſumma eo. tit. populi, in prin.
& probatur ff. de legi. de quibus. §. inueterata. Innocẽ.
dicit eod. tit. ſuper rubrica, quod eſt ius non ſcriptum mo
ribus populi diuturnis inductum. Hoſtiẽ. dicit, eſt vſus
rationabilis competenti tempore firmatus, nullo actu
contrario interruptus, frequenti actu, ſed contradicto
rio iudicio, vel quòd non extat memoria, introductus
vſque communi vtentium approbatus. Et ſingula
huius diffinitionis verba proſequebatur ſup. cap. pro-
xi. quod decido: quia quaſi ad litteram id videre po-
tes per eum in ſumma, eod. tit. §. 1. 2. 3. & 4. Ia. de Ra.
dicebat, quòd eſt ius moribus, vel vſib. populi totius,
vel maioris partis recte initiatus, & continuatis conſti
tutum, habens legis auctoritatem. Et aduerte, quia
Iaco. noluit in diffinitione ponere ius non ſcriptum, vt
ponunt Azo, & Innocen. dicens, quòd ſicut ſcriptum
non eſt de eſſe legis, vt patet in ipſius diffinitione, quę
habetur ff. de legibus. l. 1. & facit de renunc. cap. 1. lib.
6. ſic & non ſcriptum non eſt de diffinitione, vel eſſen
tia conſuetudinis, ſed pro tanto dicitur lex ius ſcriptũ,
& conſuetudo non ſcriptum: quia frequenter vel vt
plurimum ita accidit. ff. de legi. nam ad ea. eſt ergo
inter illa diuerſitas ſolum taciti ad expreſſum. ff. de le
gi. de quibus. Pet. de Bel. bene ponebat in diffinitio-
ne ius non ſcriptum forte non tantum vt denotaret eſ-
ſentiam, quam vt denotaret frequentiam, vel differen
tiam inter tacitum, & expreſſum. pro Iac. facit ff. de
legi. l. imo. dicendo enim ibi, quòd non eſt neceſſe eã
ſcribi, præſupponit eam ſcribi poſſe. Sed tenentes con-
trarium reſpondent, quòd ſenſus litteræ ibi talis eſt,
quòd non fuit neceſſe introducere, quòd ſcribatur: nõ
per id innuens, quòd ſcribi poſſit. & vide quod di-
cam ſub hoc membro, verſ. de ſecundo. Et ſingula
verba diffinitionis Iacob. & Petr. proſequendo dice-
3 mus, quòd [conſuetudo † eſt ius] patet per hoc, quod
non eſt ſimpliciter factum, licet interdum pro facto,
vel aſſuefactione ſumatur. nec obſtat, quòd conſue-
tudo probatur, & ius, non vt dicam ĩ. in princ. 5. mem-
bri. Item nec obſtat, quòd ius non licet ignorare, con
ſuetudinem ſic, de conſti. c. 1. & 2. lib. 6. ff. de decret. ab
ordi. fa. l. vlti. fateor enim, quòd non eſt ius in corpore
iuris clauſum, de quo intelligatur. Sequitur ſecundum
4 Pet. [Non † ſcriptum] conſtat enim ius ex ſcripto, &
non ſcripto. 1. diſt. ius generale, inſti. de iure naturali.
§. ex non ſcripto, & ff. eo. l. Imo quod exponitur i. ex ta
cito & expreſſo, vt prædixi. nam nil intereſt, an ſuffra-
gio voluntatem ſuam declaret populus, an rebus ip-
ſis, & factis. ff. de legibus. de quibus. ad fin. Subdit
5 [moribus † vel vſibus] dictum hoc, quia per vſum in-
troducitur inueterata conſuetudo, vt d. l. de quib. §.
inueterata, & C. quæ ſit longa conſuet. l. 1. ibi, proba-
tis quæ in oppido frequenter ſeruata ſunt. ad idẽ C.
6 de ædifi. priua. an in totum. ſubdit [Populi] quia † ſi-
cut lex eſt, vel fuit præceptum populi. ff. de legibus. l.
1. ſic & conſuetudo. nil enim intereſt, an verbis decla-
ret populus voluntatem, an rebus ipſis & factis vt in
præ. l. de quibus, ad fi. & per hoc, quod dicit, Populi exclu
dit conſuetudinem priuati, vel patrisfami. quæ ius nõ
inducit; licet attendatur interdum, vt dicetur in mem
bro ſecundo, & dixi ſuper penulti. gl. Sequitur [totius
7 † vel maioris partis] hoc dictum, quia in talibus ma-
ior pars ſtatuere poteſt. ĩ. de his, quæ fiu. a maior. par.
cap. 1. & vlt. ff. de reg. iur. aliud §. refertur. & merito
8 ſubdit [Recte initiatis] quia † ſi per errorem eſſet ini-
tiatum non fieret conſuetudo, vt l. quod non ratione.
9 ff. de legibus. ſubdit [Et continuatis] quia † ſi populus,
vel maior pars, quæ conſenſit, ante longum tempus
diſſentirent, non induceretur conſuetudo, vt C. quę ſit
longa conſuet. l. 1. & d. §. inueterata, ſub l. de quibus,
& dicam ĩ. ſub 5. membro, verſi. ſed quæro, & bene ſub
10 dit [Habens auctoritatem legis] quia † conſuetudo
vim legis obtinet, vt 11. diſtinct. in his, & de arbitris,
dilecti, & l. præ. de quibus, & l. ſequen. & C. quæ ſit lon-
ga conſuet. l. fin. & de hoc dicetur infra, poſſet etiam
11 breuius diffiniri, quod † conſuetudo eſt ius quoddam il-
lius moribus inſtitutum qui auctoritate publica ius cõ
dere poteſt. Ortum autem habuit conſuetudo poſt ius
naturale, ex quo cœperunt homines ſimul viuere, quod
ex eo tempore factum creditur, ex quo Cayn ciuitatẽ
ędificauit, Geneſis 4. quod proſequere, vt 6. diſtinctio.
§. fin.

12 Viſa † Secundum diuerſos varia diffinitione cõ
ſuetudinis, & vnde dicatur, & vnde ortum
habuerit, ad pleniorem & apertiorẽ huius
membri intelligentiam quæro de 4. Primo, in quo con
ueniant ius ſcriptum, & conſuetudo. Secundo, in quo
differant. Tertio, in quo conſuetudo differat à ſtatu-
to, & in quo conueniat. Quarto, quid differat ab vſu,
vel ſtylo, vel præſcriptione, & de hoc vltimo, ſcilicet
de præſcriptione dicas, vt hic in vltim. gloſſ. & vt ſu
13 per ea dixi. ¶ De primo † ſciendum eſt conſideran-
dam eſſe quadruplicem cauſam, materialem, forma
lem, efficientem, & finalem. In his autem prædicta
conueniunt. nam conſuetudo imitatur legem, inſtit.
de iure natu. §. ex non ſcripto. ſicut autem lex ciuilis,
vel canonica debet eſſe iuſta, honeſta, poſſibilis, &
hoc quo ad materiam. Item certa & clara, hoc quo
ad formam, vt hæc patent 2. diſtinct. erit autem, de
conſti. c. fin. in auth. de teſta. imperfect. §. nos igitur,
in princ. colla. 8. ſic & conſuetudo alias incerta, ob-
ſcura, & impoſſibilis non valebit ſecundum Hoſtien.
qui hoc no. hic in fi. Conueniunt etiam ex parte cau-
ſæ efficientis. Ille enim conſuetudinem poteſt induce-
re, qui ſuper actu conſuetudinis legem communem,
vel ſimplicem facere poteſt. & ille, qui non poteſt,
nec conſuetudinem inducere poterit, & ſic conue-
niunt affirmatiue, & negatiue, & hoc accipiendo cõ-
ſuetudinem proprie, ſed non ſic præſcrip. vt patet ex
exemplis penult. gloſſ. non enim poſſet ſtatuere capi
tulum, quod eligat canonicos ſine epiſcopo, nec e con-
tra. facit cle. de reb. eccl. non alie. c. 2. in fine. poſſunt
tñ id præſcribere. Idem in caſu 3. ca. cũ dilectus, & ſi-
milibus. per prædicta pateat, quod laici circa clericos cõ
ſuetudines inducere nõ põt nec e conuerſo, in his, quæ
nõ ſpectãt ad iudicium eccleſiæ. Si ab vtriſq; cõiter
obſeruabitur. 11. di. eccleſiaſticum, & ca. catholica,
ſecundum Io. de Deo. vide in Mercu. de reg. iu. ſine culpa, li.
6. in vlt. mẽbro. ¶ Itẽ conueniunt in cã finali. ſicut n.
lex ad bonũ publicũ, & cõem vtilitatẽ producitur. 4.
diſ. erit, in fi. ff. de legib. l. 1. & fit ad informationẽ mo
rum, & deciſionẽ caſuũ. 4. di. factæ ſunt, & humanos
actus

actus regulat imperando, vetãdo, pmittendo, vel pu-
niendo. 3. diſt. omnis. ff. de legibus. l. legis virtus, ſic &
conſuetudo. multos autem caſus ſpecifice, in quib. pa-
rificatur conſuetudo legi, not. Archi. 11. q. 1. in his, in
14 prin. ¶ De † ſecũdo, vt prędixi, vr̃ quibuſdam, ꝙ inter
a canonẽ, vel legẽ, & conſuetudinem ſit dr̃ia [a] ſcripti ad
nõ ſcriptũ, inſti. de iure naturali. §. ꝯſtat. ff. de legibus.
l. immo. Alii ↄ, qui licet fateãtur requiri ſcripturam, vt
lex, vel canon liget ignorãtes. ĩ. tit. 1. c. 1. C. de legi. l.
humanũ, ꝙ non eſt in conſuetudine, vt in præ. l. immo:
tñ ſcriptum, & non ſcriptum non ſunt de ipſorũ eſſe,
nec per id differt: ſed p expreſſum & tacitũ, vt prædixi
vt præ. l. de quib. Et ſi forte clero, vel populo id ordi-
nãte ſcribũtur ad memoriã, nõ p id dicetur ius ſcriptũ
ſm quoſdã, ſicut nec dr̃ ↄctus in ſcriptis, cum ad ſolam
rei memoriã ſit ſcriptura, vt no. C. de fide inſtru. l. ꝯtra
ctus, in 4. gl. & facit ff. de pignor. l. ↄhitur. & ſic dicunt
b fuiſſe redactas in ſcriptis cõſuetudines feudorum, [b] &
multarũ eccleſiarũ, & ciuitatũ. alii ↄ: quia ex quo cle-
rus, vel populus p ſcripturã expreſſionẽ fieri facit, & ſic
eſt ius expreſſum, non tacitũ; ergo nõ põt dici cõſuetu
do, & ꝓ his facit diſt. 1. §. cũ itaq;. Tertii dicunt, ꝙ cõ
ſuetudo, ſi conſideretur quantũ ad ſui introductionẽ
impoſſibile eſt, ꝙ ſit ſcripta, cũ inſurgat ex tacito con-
ſenſu; ſed ibi eſſet expreſſus: & ſic eſſet ſtatutũ. s. de cõ
ſti. cũ oẽs, & capitulis ſeq. ff. de iuſti. & iure, oẽs populi.
Si vero cõſideretur cõſuetudo quo ad ſui cõtinuatio-
nẽ, vel obſeruationẽ, põt eſſe ſcripta ad memoriam, vt
prædixi. primi allegant pro ſe l. quoties. ff. de actio. &
obl. vbi dr̃, ꝙ licet lex obligationẽ inducat, niſi nomi-
natim exprimat, vt ea ſola actione vtamur, etiam vete
res actiones eo noĩe cõpetũt. Remaneret ergo ius taci
tũ prius firmatum, & inductũ, licet p ſcripturã expri-
matur. Vin. hic ponebat talẽ dr̃iam, dicit. n. ꝙ licet nõ
valeat ſnĩa lata ↄ ius ſcriptũ: valet tñ ↄ conſuetudinẽ,
niſi exprimatur errore in ſnĩa, vt ſi dicat, Cõdẽno te ↄ
conſuetudinẽ approbatã, & gñalẽ, cui nõ renũciaſti, al
leg. 11. diſt. in his. Sed hæc dr̃ia nõ placet, qa ẽt in ſnĩa
lata ↄ ius ſcriptũ diſtinguitur, an ſit ibi error expreſ-
b ſus, necue de hoc de re iud. c. 1. & c. inter cæteras, & c.
cũ inter vos. Item nec conuenit propoſito de hac dr̃ia
tractare. tractamus enim de dr̃ia circa eſſentiam iuris
ſcripti, & cõſuetudinis, nõ de dr̃ia virtutis, vel effectus
ipſorũ. vnde nec eſt ẽt ponẽda dr̃ia originis, ꝙ prius
poſt ius naturale fuerit conſuetudo, q̃ ius ſcriptũ, vt s.
dixi, ſicut nec cõuenit hic tractare, qũo cõueniant in
tollendo, vel interpretãdo aliã legẽ, vel conſuetudinẽ,
qa iſtud eſt tractare de virtute, vel effectu, qđ dicetur
15 infra ſub ſeptimo mẽbro. ¶ De tertio † vr̃ idẽ dđm, cũ
enim ſtatutum ſit lex municipalis. 1. diſt. ius ciuile, de
cõſtit. q̃ in eccleſiarũ. ff. de iuſtitia & iure, oẽs populi,
differũt conſuetudo municipii, & ipſius municipii ſta-
tutũ, ſicut exp̃ſſum & tacitũ, vt de l. dictum eſt. conue
nit aũt, qa vt in primo mẽbro s. proximo dixi per eũ,
& ſuper eo poterat induci conſuetudo, per quem, &
ſuper quo poteſt fieri ſtatutum. Et ſecundum hæc ſi ve
ra eſſet gl. quæ habetur C. lib. 10. de decr. decur. ſuper
rubrica, ꝙ ſtatutum ſuper eo fieri ſolo poſſet cui poſſet
renunciari, vel pacto derogari, ergo & ſuper eo ſolo
poſſet cõſuetudo induci. & facit qđ s. dixi in prima op
poſitione ſcđæ partis. cui vero iuri poſſit renũciari, vel
pacto derogari, ſatis nota. de for. comp. ſi diligenti, in
prima gl. cũ ſuis remiſſionibus. Sed cõiter illa gloſſ. &
c Accur. [c] non approbatur, & ↄtrariũ not. Accur. d. de reg.
iur. neq; pignus. §. priuatorũ, & ꝙ valet ſtatutum vni-
uerſitatis ↄ ius publicum inter ſe, licet non in publicũ
præiudiciũ: ergo & cõſuetudo. de ſtatutis aũt legato-
rum, & epõrum dicã ĩ. de offi. archipresby. ca. fi. ¶ De
16 quarto † ſciendum eſt, ꝙ habemus in iure de conſuetu
dine, vt hic p totũ, & in rubricis ff. de legibus, & C. q̃
ſit longa cõſuetudo. de vſu. 11. diſ. cõſuetudinis. s. co.
cũ cõſuetudinis. C. q̃ ſit longa conſuetudo. l. vna. de
ſtylo hr̃, de confirmatione vtili, vel inutili. c. pen. de
crimin. fal. quã graui, de quo proprie ſumpto legiſtæ
nõ habẽt, Improprie tñ. ſ. de diſpoſitione ſumptũ hr̃
de ſacroſan. eccl. l. 1. ibi, nil eſt, qđ magis &c. Inquan
tũ ẽt accipitur ꝓ ſtillando: vnde venit ſtillicidium,
hr̃ ff. quemadmodũ ſerui. amit. ſtillicidiũ, cum ſi. Sed
17 illud ſcribitur p duplex l. ¶ De † vſu dñt quidã, ꝙ nõ
differt a conſuetudine. inducunt iura præalleg. in qui
bus hæc copulantur. Sed alij per copulam dicunt ↄ-
riũ ꝓbari, cũ ipſius officium ſit diuerſa coniungere.
ĩ. tit. 2. eũ in cunctis. ĩ. de officio lega. ca. pen. C. per
quas perſonas. l. fi. ſm ordinem gloſſæ eſt vltima, ſed
ſm ordinẽ textus eſt ſcđa. §. 1. & iſtum modum arguẽ
di hẽt alibi gl. ff. de iur. & fac. igno. ſuper rubrica. Sed
primi dicũt, ꝙ, &, ſumitur pro ideſt. & ſic exponunt
Iac. Bal. & gl. in præ. l. C. quæ ſit longa conſuet. facit
de app. conſuluit. 1. Innocẽ. s. eo. cũ conſuetudinis. &
d Fran. hic dicunt, ꝙ conſuetudo [d] eſt communis om-
nium: vſus eſt ſingularium perſonarum. Ia. de Ra. di
xit, ꝙ vſus, vel mores a conſuetudine differunt, ſicut
cauſa, & effectus. nã cã eſt, ad cui' eſſe ſequitur aliud,
hoc nõ placuit Pe. de Bel. quia vſus nõ eſt cauſa con-
ſuetudinis. ſed conſenſus populi, de quo quia nobis
non conſtat niſi per vſum, ideo dicitur, ꝙ conſuetudo
eſt moribus introducta. dixit ergo, ꝙ differũt: qa con
ſuetudo ſonat in ius: vſus in factum. vnde, ꝙ dicitur
conſuetudinis, vſuſq; longæui, exponitur. i. cõſuetudi
nis introductę per vſum longęuum. Similis expoſitio
infra de accuſation. euidentia, de eo, qui fur. or. rece.
18 capit. 1. De ſtylo † videtur, ꝙ non differat a conſuetu
dine per prealle. decre. q̃ graui, de crimine falſi, vbi
qđ prius vocauit conſuetudinem, poſtea vocat ſty-
lum. Pe. de Bel. dicebat, ꝙ ſtylus eſt ius nõ ſcriptum,
vſibus introductũ, ab vno iudice ſtylatum, & in hoc
differt a conſuetudine, quæ eſt vſus cõis, ſtylus vſus v-
nius iudicis. Eſſet ergo ſm eũ ſtylus, qũ per vſum ſtyl
latum a iudice determinata eſt lex dicens in minori
bus cauſis libellum non dari ad cãs 20. ſolidorũ. Ego
puto, ꝙ ſtylus ſit cõſuetudo, vel vſus ſcribendi tantũ,
vt probant præalleg. capitula. vnde dicitur a ſtylo,
quo ſcribitur in cera, vel tabula. facit ĩ. de cõfirma.
19 vtili, vel inutili, c. penul. ¶ Circa † ſecundũ principa
le ſciẽdũ eſt, ꝙ ꝯſuetudinis multiplex eſt diuiſio. Ho-
ſtiẽ. n. s. eo. cũ dilectus, vt ibi ſcripſi in gl. cõſuetudo,
& in ſumma huius tit. §. fin. poſt prin. diſtinguit qua-
tuor ſpecies, generalem, generaliſſimam: ſpecialem,
ſpecialiſſimam, & ibi vide. Alij ſic diuidũt, ꝙ conſue-
tudo alia publica, alia priuata. Prima dicit ius quod
dam eius moribus conſtitutũ, qui publica auctorita-
te ius condere poteſt, vt dixi in fine primi mẽbri, &
hic. alia generalis: alia particularis. Generalis indu-
citur ex frequentibus & aſſiduis actibus eius, qui ius
generale conſtituere poteſt animo iuris generalis cõ
dendi. 1. diſt. mos. ff. de legibus, de quibus. §. inuete-
rata, inſti. de iure naturali. §. diuturni. ꝙ frequẽtes eſ-
ſe debeãt, probatur. ff. de ędif. priua. l. an in totum. C.
quæ ſit longa cõſue. l. 1. ff. de teſti. l. 3. ad finem, & ꝙ
debeant eſſe aſſidui, patet C. quæ ſit longa conſue. l.
fin. ff. de legibus, nã imperator. ibi, perpetuo. particu
laris vero inducitur ex frequentibus & aſſiduis acti-
bus eius, qui ius particulare conſtituere poteſt. Priua-
ta verò dicitur alicuius verbi, vel actus a priuato fre-
quentatio, & operatur hoc ad declarandum intentio
nem ſuam in verbis & factis a ſe ꝓlatis, vel geſtis, vel
ab alio pro ipſo. probatur hoc de conſuetudine in lo-
quendo, de cenſib. ex parte. de præbẽ. c. fi. ff. de leg. 1.
ſi ſeruus pluriũ. §. ſi numus, de leg. 3. l. nummis. de ↄ-
ſuetudine in agẽdo, qđ conſideratur ad declarãdam

mentem

mentem vtentis, in agentis, & diſponẽtis, patet ĩ. de
pign. illo uos, vbi de hoc in vltima glo. ff. de vino, triti
co, & oleo leg. l. 1. & l. ex vſu, & l. ſi quis vinum, de leg.
3. l. ſeruis vrbanis, in princ. de pecul. leg. l. dominus, §.
teſta mẽto, & vide de celebra. miſſarum, cum Marthę,
in gl. no. argumentum. Item ꝙ animum declaret talis
cõſuetudo in eo, ꝙ alius pro eo facit, ꝓbatur ff. de pi-
gno. act. l. vel uniuerſorũ. ff. quod cum eo. l. fin. Item dr̃
ius ex priuatis uſibus ipſi utẽti quæſitum. ¶ Eſt & alia
e diuiſio,[e] ꝙ cõſuetudo alia rationabilis: alia irrationa
bilis, & de hac in gloſ. pe. & dicũt quidã, vt Franciſcus
hic, irrationabilem quattuor modis. Ex perſona, quæ
conſuetudinem uult inducere. Ex perſona, cõtra quã.
Ex re, ſup qua cõſuetudo fundať. Ex modicitate tp̃is,
quo obtinuit conſuetudo. De primo exemplificant p
decr. quanto, ĩ. eo. qñ perſona inferioris ordinis uult
acquirere, quæ competunt maiori ordini. de ſecundo
ponũt, qñ Ʒ Deũ eſt conſuetudo. 8. di. ſi conſuetudinẽ,
& c. q ꝯtẽpta, & c. fi. De tertio p decr. cũ nõ liceat. & c.
cũ ex officii, & c. accedentes, de præſcript. de cenſi. cũ
inſtãtia, & c. uenerabili. De ultimo patet hic, & ĩ. de
20 cã poſ. cũ eccleſia. ¶ Circa † tertium principale. ſ. qũo
inducatur, Inn. ĩ. in rubrica, & Cõp. poſt eũ dñt eã his
modis induci. Primo quia ſine Ʒdictione ſic fuit obtẽ-
tũ. inſt. de iure naturali. §. ex nõ reſcripto. ff. eo. diutur-
na. ff. de teſti. teſtiũ. §. fi. C. q̃ ſit lõ. ꝯſue. l. 1. Scd̃o indu-
citur, qa libelli quærimoniarũ, q ꝯſuetudini obſtabãt,
nõ recipiebantur: & ſi recipiebãtur, iudicabãt ſm con
ſuetudinẽ. ff. de leg. ſi de interptatione, & l. ſeq. & l. p.
l. 1. Et utroq; ipſorũ modorũ nõ ſufficit ſemel lõgo tp̃e
iudicatũ, ſed bis ad minus, p iura. 25. q. 2. ita nos. C. d
epi. audiẽtia. l. 3. ad l. Iul. de ui publica, uel priua. l. ſer
uos, ibi qui bis, aut ſępius. ff. de ſer. corrup. Neratius. §.
1. in auth. de defen. ciui. §. ul. alias pen. circa finẽ, uerſ.
& tũc rurſus, colla. 3. de uita & hone. cleri. monaſteria
ubi de hoc. 26. diſt. una tm̃, in fi. oportet. n. ad minus
bis ſperni libellũ Ʒ conſuetudinẽ propoſitũ. ff. de legi
bus, cũ de conſuetudine. Tertio mõ inducitur, qa iudi
catũ eſt, ꝯſuetudinẽ eſſe, cũ Ʒdiceretur conſuetudinẽ
nõ eſſe, vt ea. l. & hic ur̃ ſufficere ſemel ſic iudicatum
eſſe; qd̃ facit ius inter oẽs ex quo nõ fuit appellatũ, ut
21 ĩ. dicã; nec ur̃, ꝙ hoc caſu reqratur p̃ſcriptio. Alii † di-
cũt nõ ſufficere ſemel, bis, uel pluries ſic iudicatũ, niſi
poſt tales ſn̄ias ſequať p̃ſcriptio legitima. dicit Cõpo.
ꝙ ſi principi, uel alteri, q põt, ut ſic iudicetur, legẽ ꝯde
re placet ſic in futurũ iudicari, tũ ſufficit ſic ſemel iu-
dicatũ eſſe, nec reqritur p̃ſcriptio in ꝯſuetudine tali-
ter cõfirmata, uñ decr. in cauſis, de re iudic. & l. ultim.
C. de legib. loquũtur in papa, & principe. dicebat hic
Vin. ſibi nõ placere, ꝙ quidã dñt, ſolum principẽ poſſe
cõfirmare ꝯſuetudinẽ Ʒdictorio iudicio, p decr. cũ cã
ĩ. de re iudi. qa ibi fuerat appellatũ, nec erat qõ, an eſ-
ſet ꝯſuetudo, ſed an eſſet ſeruanda. dicebat ergo hic ꝯ
ſuetudinẽ tribus modis ualidã, p p̃ſcriptionẽ, ut hic. &
ĩ. de cã poſſ. cũ eccleſia, dũmodo ius illud ſit p̃ſcripti-
bile, ut hic ĩ gl. ſcd̃o p pactũ, uel conſenſum aduerſarij.
ff. cõia p̃diorũ, vẽditor. §. ſi ꝯſtat. tertio ſi obtinet Ʒdi
ctorio iudicio in qõne, an eſſet cõſuetudo, & iudex pro
nunciauit ꝯſuetudinẽ eſſe, & non fuit appellatũ, & iu-
dex pronũciauit per errorẽ, nec corruptus, alleg. ff. de
iureiu. eũ q. §. in popularibus. & eſt ſm eũ ſpeciale hoc
caſu, ꝙ ꝓdeſt aliis res inter alios acta, ita, ꝙ de cætero
non tenebitur quis probare conſuetudinẽ, licet ſic pro
nunciatũ: & dicit, ꝙ forte ſn̄ia non inducit conſuetudi
nem, ſed declarat, ſicut ſeruitus non inducitur per cõ-
ſuetudinem, ſed declaratur ff. ſi ſeruitus vin ſicut. §. di-
ſtant; alias, & melius. §. ſeq. Eximit tamẽ ſentẽtia ab
22 onere probandi, vt p̃dixi. Alii † dicunt conſuetudinẽ
induci ex cã efficienti, & materiali. In efficienti eſt ad
tendendum, an inducens conſuetudinem ſup illo actu
poſſet condere legem cõem, vel localem, prout eſt cõ
ſuetudo cõis, vel localis, & de hoc dixi ſub primo mẽ
bro. Materia vero conſuetudinis conſiſtit in actibus,
& moribus hominum, & de illis traditur 1. diſt. mos
eſt. & conſuetudo conſiderata inquãtum diſponit ad
aliquid faciendũ, dr̃ ius, vt dixi in diffinitione, opor-
tet aũt, ꝙ illi mores, & actus, qui ſunt a mã ꝯſuetudi-
nis, ſint tales, ex qbus eliciatur tacitus conſenſus in-
23 ducentis conſuetudinem, vt ĩ. dicam. Doctores † le-
gum tractantes materiam dicunt ad ꝯſuetudinem in
troducendam hæc tria reqri, frequentem actũ, populi
f maioris partis ꝯſenſum, & tp̃is diuturnitatem.[f] de pri
mo ꝓbatur C. q̃ ſit lon. ꝯſue. l. 1. C. de ædifi. priua. an
in totũ. freques vero actus diceť binus p iura ſupius
alleg. ad hoc. Et hoc placuit Azo. & Accur. ff. de leg.
de quibus, in gl. ſ. cuius. C. quę ſit longa conſuet. ſuper
rubrica. Sed Iac. But. dicebat binum actum non dici
g frequentem, ſ qa qd̃ bis accidit, contemnunt legiſla[g]
tores. ff. de legibus. nam ad ea, in auth. vt ſine prohi-
bitione ma. §. pen. in fi. colla. 8. vnde dicunt quidam,
decies fieri debuiſſe, vt decem actus faciant conſue-
tudinem, ſicut 10. oues gregem. ff. de abigeis. l. fi. in
prin. Sed eodem modo poſſent iſti alijs numeris vti,
qui no. ĩ. de elec. c. 1. colorant aũt dictum ſuum, quia
cum ꝯſuetudo ſit collectio actuũ. ſicut turba, vel grex
collectio hoium, vel ouiũ. ergo &c. Iac. de Ra. defen-
dit Azo. principaliter per præal. §. fi. in auth. de defẽ-
ciu. & C. de cur. fur. cum alijs, in fi. & l. teſtium, in fi.
ff. de teſtibus. ad §. penul. & in auth. vt ſine proh. ma.
reſpondet, ꝙ ibi loquitur inſpecta multitudine infini-
tatum mulierum, q̃ deierebant, quo reſpectu binus a-
ctus non eſſet frequens. Sæpe enim iudicamus talia re-
24 ſpectiue, vt no. de cler. ex mi. ſatores. Alij † dicũt, hęc
committenda iudicis arbitrio, qui hoc habebit diffi-
nire ex qualitate actuum, conditionibus perſonarũ,
& rerum, in quibus, & ſuper quibus inducitur conſue-
tudo, de officio dele. de cauſis, cum concor. Et dicũt,
quòd nõ poteſt dari certa diffinitio, ſicut nec de mo-
ra. ff. de vſuris. l. mora, in princ. Et ponunt iſti exem-
plum de illo, qui fecit pontem, vel porticum ſuper viã
publicam, quod de iure non licet. ff. de ſeru. vrba. præ-
diorum. l. fi. ff. de flumi. l. fin. Et pone quòd via erat a-
pud plateam communis, & multum frequentata. A-
lius forte poſt quinquennium fecit idem, & populus
acquieuit, & non contradixit, ſatis ex tali bino actu
ſic publico inducetur conſuetudo. C. de teſtamentis,
ſancimus. Si vero iſti porticus facti eſſent in via, licet
publica, tamen valde ſingulari ita, ꝙ vix transeunt
5. de populo in anno, tunc non poſſet dici ex tali bi-
no actu reſultare conſenſum populi cum ignoret. inſ.
de ſent. exc. ſi aliquando ff. de aqua plu. ar. Labeo, qd̃
vi aut clam, ſemper. §. hoc interdictum. ver. ſed ſi is
idem. ff. de ritu nup. palam, in prin. de no. ope. nun. ſti
pulatio. §. opus. Idem exemplificat & de ſn̄ia lata ſu-
per re vili, & inter viles perſonas, quæ paucis innote-
ſcit. E Ʒ, ſi lata eſt ſuper re magna, & inter magnos, &
forſitan in arenga, ibi plures requirentur, & hic pau-
ciores ſufficient ad oñdendum populi conſenſum. &
facit, quod no. in cle. de ſepul. eos, in gl. de hoc. Pe. de
Bel. dicebat freqũtiã actus pp ſe nõ eẽ neceſſariã ad
ꝯſuetudinẽ inducendã: ſed ꝯſenſus tacitus ſufficit ad
ꝯſuetudinẽ ſiue p unũ actũ oñdatur, ſiue p plures. Sed
qa nõ facile p vnũ actũ ꝯſenſũ colligere poſſumus, id
de freqnti vſu, vel actu loqmur. & in l. 3. C. de epi. au-
dientia, & 25. q. 2. ita nos. Ʒſuetudo ſumitur ꝓ aſſuefa
ctione: vel ibi, ponitur vt merũ factũ, nõ prout eſt ius.
pro hoc dicto, ꝙ ſufficiat vnus actus. facit de pręb. cũ
de beneficio, lib. 6. Item facit ꝙ dr̃, locũ eſſe cõiectu-
ris in his, q̃ incerta ſunt, non in certis. ĩ. de reg. iuris,
c. 2. ff. de auro & argẽto legato. l. pediculis, §. argẽto.
de ver-

de verborũ oblig.continuus.§.cũ ita.facit ff.de dote p̄.l.1.in fi.Gul.de Cu.in l.de quibus,tenet,ꝙ vnicus actus nullo modo ſufficiat p̄ p̄.l.an in totum, & l.1.C. quæ ſit lon.conſuetu.& C.de veteri iure enu.l.1.§. ſed ſi quæ leges.cum enim, vt ibi dicitur,inducatur conſuetudo ex his,quæ frequenter fiunt,& quod ſemel fit,frequenter factum dici non poſſit.ff.de legibus nam ad ea,& pluralitas in vno contineri non poſſit.ff.de teſtibus, vbi.ĩ.de regul.iur.pluralis,lib.6.cũ concor.ergo &c.& dicit,ꝙ ſic intellexit gl.ſ.ad minus binum requiri.Sed nõ intellexit binum ſemper ſufficere.nec obſtat ſ̃m eum curandum non eſſe, ex quo populus conſenſit,de numero actuum,negat enim per vnicum actum apparere conſenſum.ff.de reſtit.in integrum.l.diuus. plus dicit,ꝙ illi duo actus,vel plures,ex quibus debet elici conſenſus, debẽt eſſe ſucceſſiui, alias ſi plures interueniãt vna hora,vel die,habebuntur pro vno.& licet alias æquiperemus duobus,vel vno actu aliquid fieri,alle.ff.de verb.ſign.ter enixa.ff.de ſtatuli.l.3.§.Stichus tamen,vt dicit, quia in caſu iſto non ſic conſtat
h de cõſenſu,cum ſimul fiunt,ſicut cum ſucceſſiue,[h] nec ſic deliberari põt vno inſtanti, ſicut pluribus.nam cũ ſimul fuerit,eodem errore, quo non contradicit in vno,nec in altero.Et ex interuallo veriſimiliter contradiceret deliberatus in ſecundo, qui non contradixit in primo,alle.C.ad Vel.ſi mulier.1.ff.ad l.Aquil.l.illud.§.fi.ff.de proba.quinquaginta, de leg.1.plane.§.1.de admi.tutorum.l.cum centum,& de ritu nupt.l.pleriq;.fatetur ergo,ꝙ illi ſunt duo, vel plures actus, arg.ff.de pignor.ſi fundus.§.ſi duo.pariter tamen pro vno reputantur, argu.ff.de re iud.Paulus.2.reſpon.1. facit pro & contra clem.de app.quamuis,¶ Quod di
25 xi ſecundo de † conſenſu[i] populi,vel maioris partis,
i intelligendum eſt de populo habente conſenſum habilem ad legem,vel conſuetudinem inducendam, hoc dico propter dementes & furioſos, de ſucceſ.ab inteſtato,cum dilectus,de ſpon.dilectus.ff.de legibus.l.2. de officio prætoris.l.diuus,& propter minores, qui nõ habent perfectum ſuffragium, de elec.ex eo.li 6.ff.de mune.& hono.ad rempublicam.ff.de decu.l.ſpurii.§.1.propter mulieres,quarum conſenſus non requiritur, ſicut nec in lege condenda. vnde dr̃ lex eſſe præceptũ virorũ prudentũ.ff.de legibus.l.1.ſeruatũ tñ inter mulieres,puta,ꝙ ſuccedat primogenita,operatur ad conſuetudinẽ inducendam non ex ipſarum conſenſu, ſed aſſiſtentium,vt dicetur ĩ.ſi tñ tales eſſent mulieres, quæ poſſent legem localem condere, poterunt etiam tales in loco conſuetudines inducere iuxta ſuperius dicta.facit de arbitris dilecti,de ma.& obe.dilecta, de ſtatu regu.ea quæ,in fi.& vide quod dixi poſt Innoc.& Hoſt.de noui ope.nun.cap.2.ad fi. magnæ glo.¶ Sub hoc membro quæro de 10.Prima quæſtio.colligamus
26 † tacitum populi conſenſum. ſecundo, loquendo de maiore natu,qui ſuccedit in totum per conſuetudinẽ, cum antiquior in eccleſia optauit præbendam vacantem,inſpicitur,cum primo maior natu ſucceſſit in totum,quot erant præſentes. Item cum ſucceſſit alius. Item cum alius,& per hoc cognoſcetur conſenſus maioris partis populi.Item in clero,vel capitulo cum antiquiores optauerunt ſucceſſiue;quia præſentes,& aſſiſtentes habentur pro conſentientibus in his,quæ publicã vtilitatem reſpiciunt.ff.ad municipa.l.2. circa prin. Et ſi dicas illud verũ,vbi tacentes impedire poterant actũ de quo quæritur.Sed hic,cum de maiore natu loquimur,alii non poterãt impedire,ergo &c. vt not.de pſump.nõne.& facit regula ff.de re.iuris.eius eſt velle.rñdetur,ꝙ illud eſt verũ, cũ de conſenſu neceſſario q̃ritur,& ſtatim obligatorio.hic agitur de conſenſu cõplacẽtiæ,qui ẽt nõ ſtatim,ſed ex curſu temporis obligat.vel dic,ꝙ licet extranei non haberent cãm appellandi, vt ſniam infringerent, poterant tñ ɔ̃dicere de facto,vt nõ induceretur conſuetudo,ſicut filio vocato ad munera,licet pater de iure ſniam non poſſit infringere:ſi tñ velit nõ hri pro conſentiente,dẽt de facto ɔ̃dicere.ff.de decur.ſpurii.§.pater.Et eſt ſimile,qđ poſt
27 Cõp.dixi ſ.ti.1.nonnulli,ſup.gl.pe.¶ Secundo † quæ
K ro,an p erroneũ cõſenſum [k] inducatur cõſuetudo? puta,credebat clerus de iure antiquiorem poſſe optare, vel credebant illi de populo legẽ dicere,ꝙ maior natu ſuccederet in totũ,& ſic credentes longo tp̃e vſi ſunt hoc iure,vt prius genitus in totum ſuccederet, vel vſi ſunt longo tp̃e,ꝙ venditor de vitiis,& morbis non caueret,vel ꝙ vir mortua vxore lucretur dotem,quia credebant id lege caueri,vr̃,ꝙ non inducatur cõſuetudo, quia qui errat,nõ cõſentit.38.diſ.quis.ff.de iur.omniũ iudi.ſi p errorẽ.vr̃ ɔ̃.ff.de legibus,qđ nõ rõne.hic multa ſunt ſcripta,& vide qđ dixi hic ſuper vlt.gloſ. poſt prin.dicunt quidam ɔ̃ſuetudinẽ induci, quia populus de nõ ɔ̃ſenſu facit cõſenſum,& plus facit ɔ̃ legẽ,qui eã violat ſciẽter,q̃ q ignorãter.ſ.ti.1.ſuper lr̃is.ĩ.de ord. ab epo.c.1.C.de tabula.gñali,li.10.cũ ɔ̃cor.Sed populus ex certa ſcia põt tollere legẽ.& ɔ̃rũ inducere p vſum ſcienter tranſgredientiũ, fortius ergo per vſum ignoranter id agentium.Alii ɔ̃,quia conſuetudo reqrit conſenſum,ſed q errat,non conſentit, vt eſt dictũ. Item refert,an velit populus tollere legẽ,nec ne.ff.ad l.Fal.l.1.§.ſi legatarius.Sed cum errat,non vult tollere.ff.de inoff.teſtõ.l.mater,ver.nec enim.Tertii diſtinguũt inter errorẽ facti, & iuris.primo caſu error non hẽt ɔ̃ſenſum, vt l.ſi per errorẽ.ponitur exẽplum,quando mortua vxore vir tenuit dotẽ,& paraphernalia, & hoc pluries factũ eſt tp̃e legitimo,populo patiente, q tñ credebat oĩa illa bona eſſe dotalia:tunc in illis deficit conſenſus per præalleg.l.& ff.de aqua plu.ar.l.Labeo,alias incipit Sabinus, cũ l.ſe. Secundo caſu cum populus errat in iure,aut naturali,aut poſitiuo.primo caſu error ille nõ tollit:quia nec certa ſciẽtia tolleret, vt hic.1.rñ.Secundo caſu procedat prima opinio propter rationẽ quã ibi dixi.Ia.de Ray.& Petr.dicunt,ꝙ aut q̃ritur de conſuetudine per conſenſum erroneum inducenda ɔ̃ legem,aut præter legẽ.Si ɔ̃ legem, dicũt ꝙ per erroneum conſenſum non inducitur,quia quod fit ad defenſionẽ legis,& eius obſeruantiam ipſius diminutionem operari non dẽt: populus autem vtitur ad legis obſeruantiam, credens legẽ ſic iubere, ergo &c.ff.de cõdit.& de.cum tale.§.ſi. facit de regu.iuris, qđ ob gratiam,lib.6.cũ cõcor.& ff.quibus modis vſufru.amit.l.is,qui vſufructum.Secundo caſu,cum quæritur,an erroneus conſenſus inducat conſuetudinem pręter legem,refert,aut errauit populus in cauſa impulſiua,aut in finali.Primo caſu inducitur cõſuetudo:ſecundo nõ,arguendo ab vltima voluntate, quæ legi æquipollet, in auth.de nup.§.diſponat,coll.4.per l.cũ tale.§.falſam.ff.de cond.& dem. non ob.ꝙ dr̃, erranté non conſentire:quia illud verum in id, de quo errat, in quo dicunt aduertendum, ꝙ qñq; quis errat circa actũ:qñq; circa cãm actus.hic aũt populus non errat in vſu actus illius ſed in cauſa,& ideo in actum conſentit,ſed non in cauſam,vt l.ſi per errorem, facit 29.q.1.§.1.vnde ſi credens tibi librũ debere ex cauſa legati illum trado, dominum transfero,vt innuunt leges, ff.de cõdi.inde.per totum.Ex his collige dupliciter ſumi erroneũ conſenſum facti,& iuris etiam dupliciter, ſcilicet cum erratur faciẽdo contra ius,quod creditur eſſe de iure.alius,cum erratur,quia caret,quod agitur rõne,vel cauſa,vt dixi de conſue.ponentis manum ad plauſtrum,vel currum ſuper vlti.glo.¶ Tertio quæro
28 † an inducatur per conſenſum coactum:ponitur exemplum,cum per maiorem partem populi,duobus exceptis,vſitatum eſſet primogenitum ſuccedere. Modo quidam

quidã primogenitus ſperans paternam hæreditatē ſo-
lus hr̄e illos duos ꝯpulit ꝯſentire, vt ſic cõpleretur nu-
merus maioris partis, & ſic cõpleretur ꝯſuetudo, quæ-
ritur, an ꝑ hoc ſit inducta, vel cõpleta cõſuetudo? vr̄ ꝙ
nõ: qa dicit ꝑtor, qđ vi, vel metu geſtū eſt, ratū nõ ha-
beo. ff. qđ metus cã. l. 1. & ꝑ totū & ĩ. qđ metus cã. ad au
dientiam. E ꝯ̄ vr̄, ꝙ ſic: quia ꝯſuetudo per iudicium in-
troducitur. ff. de legib. cū de conſuetudine. C. quæ ſit
lõ. cõſue. l. 1. Sed iudiciū redditur in inuitū. ff. de verb.
ob. inter ſtipulantē. §. 1. ergo, & c. dicebat Petrus aut il
li, de quorū ꝯſenſu q̄ritur fuerunt coacti per priuatum,
aut ꝑ iudicē. Primo caſu ꝯſenſus non ꝓficit ꝑ l. pręall.
& ff. q & a quib. l. ſi priuatis, in prin. & ĩ. de priuilegiis,
cū olim 2. cū ꝯcor. de ꝯſer. ꝯiu. accedens. ſcđo caſu re
fert, an fuerit coactus a iudice ꝑ viã iuriſdictionis, an
vt a priuato. Primo caſu conſenſus proficit, & valet ad
ꝯſuetudinē perficiēdã, vt d. l. de conſuetudine. nec mi-
rum: qa cū coactus conſenſus ſit conſenſus, licet coa-
ctio ſit illicita 15. q. 1. merito q̄ritur. ff. qđ metus cã, ſi
mulier. § pen. multo fortius, vbi coactio eſt licita ex iu
ris ordine, licet forte ex iniquitate iudicis ſit illicita.
ff. de iuſt. & iu. l. pe. 4. rñſo. vel licet in iudicio ſit con-
ſenſus coactus, verū eſt quo ad illū coactū: ſed quo ad
illos de populo quib. placet, & qui nõ ꝯ̄dicūt, dr̄ volū
tarius. vel licet ſit coactus, ex tp̄e ſequenti turpitudo
purgatur. C. qd metus cã. l. 2. ĩ. de ſpõſa. ad id qđ; & ſic
tp̄s cū alio vr̄ hoc opari. ſimile C. de teſtis, ſancimus.
Si vero ꝑ iudicē vt ꝑ priuatū cogitur, tūc idē, ac ſi pri-
uatus copuliſſet, de teſti. ſpo. cõquerēte, & ibi dicã, in
prin. Nã tūc ei licitē reſiſti poterat. C. de iure fiſci. l. ꝓ
hibitū, li. 10. & C. de metatis. deuotū, poſt prin. li. 12.
rõ diuerſitatis, qa qñ iudex ꝑ modū iuriſdictionis qd
diſponit, volūtas ſua dr̄ volūtas ptis, iõ & c. C. de euic.
29 ſi ob cãm. ĩ. de re iud. qđ ad ꝯſultationē. ¶ Quarto † q̄
ro an ꝑ nõ vſū inducatur ꝯſuetudo, de quo vid qđ ſatis
ſcripſi, & addidi ĩ. de cler. ꝯiu. Ioãnes, in vltima obie-
30 ctione. ¶ Quinto, † an reqratur actus iudiciarius ad
ꝯſuetudinē inducēdã, dic vt dixi ſup vltima gl. ĩ prin.
31 ¶ Sexto, † an iudex pluries ꝯ̄ legē iudicando inducat
ꝯſuetudinē, puta ſi pluries iudicauit primogenitū totã
hr̄editatē hr̄e ꝯ̄ legē, q̄ ęqualiter filius illã diſtribuit? vr̄,
ꝙ ſic. ff. e. l. diuturna, cū l. ſequēti, & C. q̄ ſit lon. ꝯſue. l.
1. ꝯ̄ vr̄ trib. rõnib. Primo, qa res inter alios acta & c. ĩ.
de re iudi. c. pen. ff. eo. it. ſæpe. Scđo, qa ſnĩa nulla non
dēt effectū hr̄e. ſed ſnĩa ꝯ̄ legē lata nulla eſt. ĩ. de re iu-
di. c. 1. ff. q̄ ſnĩę l. 1. §. Itē cum ꝯ̄, ergo & c. ff. de iniuſto,
rup. teſtõ, nã & ſi ſub ꝯditione. Tertio, quia conſuetu-
do nõ valet, niſi lege approbetur: ſed q̄ ꝯ̄ ius inducitur
iure nõ approbat: quia fruſtra legis & c. de vſuris, quia
fruſtra. ff. de mino. auxiliū, in fi. Solutio per ſnĩam indu
citur conſuetudo, ſi totiēs iudicatū ſit, ꝙ ex eo conſen-
ſus populi, vel maioris partis colligi poſſit, & diuturni
tas tp̄is fuerit ſubſecuta. de qua dicam ad rõnes ꝯ̄rias
32 videtur: ad primã, ꝙ † verū eſt, ꝙ vi rei iudicatæ res
inter alios acta nõ nocet alijs, vt in ꝯ̄rijs. Sed quia con
ſenſus populi interuenit, ex quo reſultat conſuetudo,
q̄ ꝓ l. hr̄, hoc reſpū ꝑiudicat alijs. ad ſcđam responde-
tur, ꝙ ſnĩæ ꝯ̄ ius latæ nõ expſſo errore non ſunt nullæ,
de re iudi. cum inter vos. ff. de re iudic. pręſes, & l. cum
prolatis. Vel dic, ꝙ licet in ſe ſnĩæ ſint nullæ, valent tñ
reſpū ꝯſenſus, ſicut alle. q ſibi nõ ꝓdeſt, aliis prodeſt.
ff. de inoffi. teſtõ, poſthumus. §. ſi quis ſnĩæ. ergo nul-
læ, inquantū nullæ nõ hñt effectū, ſed conſenſus totius
vel maioris partis populi, q ex hoc colligitur cum tp̄is
diuturnitate, bñ hēt ſuū effectum inducendi cõſuetu-
dinē, vt ſic vltia cū tali ꝯſenſu ꝯfirmet ꝑcedentes, qđ
prima ſola non poterat, ad hoc de ſerui. ruſti. prædio.
ꝑ fundū, ff. cõia ꝑdiorū. l. ſi & ꝑ hoc ēt apparet, ꝙ per
illas ſnĩas inducitur ꝯſuetudo, ēt ſi illarū ſnĩarum exe
cutio facta non fuerit: prætermiſſio enim executionis
nõ eſt ex defectu iuris, ſed partis, ad cuius petitionem
dēt executioni mãdari ſm formã legis, admonendi. ff.
de re iudi. de teſtib. veniens 2. ſeruata diſtinctione, de
qua no. ĩ. de offi. dele. q̄rēti. Vñ cū i. ē reſtet niſi nudū
miniſteriū executionis, ꝯſenſus vr̄ inductus, & conſue-
tudo ex eo, ꝙ latæ ſunt ſnĩæ, ēt executione nõ facta, ar.
ff. qđ q̄q; iuris. l. 3. §. 1. q loq̄tur de illo, qui impetrauit,
& nõ fuit vſus: ſufficiat ergo hoc caſu ſnĩa. ff. de pœnis,
ꝙ ad ſtatū. ff. de iniuſto, rupto, & irrito. te. ſi qs exhære
dato. §. irritū, ibi, & nõ tūc, cū cõſumptus eſt & c. ſicut
ſnĩa facit aliqd iuris notoriū ēt executione non facta,
de coha. cle. vr̄a, & c. vlti. patet ēt hoc, qa abſolutoriæ
ff. ſi ſerui. vind. ſi quis diuturno, quia loquitur de inten-
tante confeſſoriam, in qua petẽs habet neceſſe docere
de iure ſuo, ſicut & inf. de cauſa poſ. cum eccleſia, &
idem, vbi agitur de interdicto, vti poſ. ff. vti poſ. l. 1. &
hæc vltima opi. placet Innoc. & Hoſt. de aliis hic not.
per Inno. remittit inf. de iud. examinata, de cauſa poſ.
cum eccleſia, & c. paſtoralis. Pet. & Abb. hic ſimplici-
ter dicũt, ꝙ q allegat p̃cariũ, vel grãm, dẽt hoc ꝓbare
ꝑ dec. cũ veniſſen. de inſ. nam ibi docebat archieps ſe
perſonaliter conceſſiſſe, & niſi probet perſonalẽ cõceſ-
ſionem, & ſic grãm obtinet archid. ¶ In gl. de mõ, ibi,
an ſit idoneus & de controuerſia ſopita, Lau. ¶ In gl.
ar. ꝙ ibi, Gñalis] in fi. vbi de hoc, & 14. q. 1. c. 1. & ỹ. de
præſcri. c. vl. in gl. fi. & 34. q. 2. ſi virgo. & bene facit ff.
29 de reg. iur. non † vĩ rẽ amittere, cuius propria nõ fuit
[& ibi, Cum me abſente] tutius putarẽ, ꝙ cõicato conſi
lio capituli rẽ reſtitueret, Gof. & ſi capitulũ non cõſen-
tit, dicat mũdus ego &c. alias parũ intereſt, an per ſe,
vel per aliũ faciat, de pecu. ca. pe. nec ẽt nomine eccle-
ſiæ dẽt calũniari, ar. C. de aduocatis fiſci. l. penult. nec
ꝯ conſcientiam agere, de ſcruti. c. vno, ſm Ho. & Inno.
ſm Ioa. & ỹ. de reg. iu. mutare, li. 6. ¶ In gl. iõ dicit, ibi
(Et ideo temere) dicunt moderni, ꝙ fuit temeritas in
eo, ꝙ id, qđ fecerant cõiter, ſinguli reuocabãt. facit ỹ.
de reg. iu. c. 1. cũ concor. & ff. de ſerui. ruſti. p̃di. tria p̃-
dia, & qđ ibi no. in vl. gl. vel quia certã formã habebãt
30 ad reuocãdũ, quã nõ ſeruabãt: quia per lr̃as † nõ pote-
rat cõſenſus reuocari, niſi in cõi, vel ſaltem maior pars
K cõcordet in reuocãdo: quo caſu vidẽtur oẽs id[k] facere
ff. ad municipa. qđ maior, & de his, quæ fi. a ma. parte.
31 c. 1. Sed eſto, † ꝙ alii nõ curẽt cõſcientias ſuas ſaluare,
vel mandatum ap̃licum adimplere, nũquid alii in ma
lo debent illos ſequi? abſit, reſpõ. Inn. ꝙ iſti non ſalua-
bunt ꝯſcientias, cum ẽt ſecundam poſtulationẽ fece-
rint irrequiſitis ſuffraganeis; vñ non ex diffidẽtia, ſed
ex inconſtãtia vidẽtur hæc feciſſe, vel ſm ipſum Hoſt.
Cõp. fuit rõ, quia certa forma data fuit in recedendo,
quam neceſſe fuit ſeruari. Item nec eſt ſp verũ, ꝙ man
datũ papæ factum collegio vnus dẽat adimplere: vñ ſi
papa mandat capitulo, ꝙ aliquẽ recipiant in canoni-
cũ, nũquid vnus tenetur illũ recipere ſine aliis, & ex̃ ca
pitulũ? nõ, tũ qa ſibi nõ ſcribitur. 12. q. 2. qui manumit
titur, tum quia nec valeret receptio ꝑ ipſũ ſolũ, vel ẽt
plures ſingulares facta nõ in cõi, ſed ex̃ capitulum. inf.
ti. 1. quia pp. 64. diſ. c. 1. & 2. et no. de ꝯſt. cũ omnes, ſe-
cundũ Inn. ꝙ intelligit Hoſt. niſi ius capituli recidiſſet
in unũ, de hoc s̃. de reſc. eam te. vel qa oẽs alii mortui
ſunt. ff. qđ cuiuſq; vniuerſi. ſicut, ſiue quia ſunt negligẽ-
tes, & inobedientes, vt ſi nil oſtendunt rõnabile, qua-
re non debeat adimplere mandatũ. ỹ. de his, quæ fiunt
32 a maior. parte ca. c. 1. vt aũt † euidenter appareat ne-
gligẽtia, aſſignãdus eſſet per executorẽ, ſi quis eſt, vel
per ordinariũ, ubi deeſt executor, ad hoc de offi. or. ſi-
gnificauit. terminus ỹ. quem recipiant, vel iuſtam cãm
contradictionis oñdant. ỹ. de conceſ. præb. ſi capitulũ,
li. 6. & hoc caſu vnus nõ vt ſingularis, ſed vt capitulum
talẽ reciperet. Dicit aũt Inno. ꝙ qñ papa contulit præ-
bendam, quilibet poterit illũ recipere, cum iam ſit illi
plenũ ius quæſitũ: ad qđ facit de accu. accedẽs, & de
33 hoc s̃. de reſcr. eã te, vbi vide ſup gl. ar. ꝙ. Sed † qđ ſi ca
pitulũ ꝯſenſerit alicui ꝯ̃ctui, nũquid poſſunt poſtea ſin
guli reſilire? nõ: qa nec capitulũ poſſet ſcđm eos. remit
l tit ỹ. ti. 1. noſtri. Quid ſi canonici[l] ꝯſtituerunt procura
torẽ, nunqđ ſinguli poſſunt tale mandatum reuocare?
dic ꝙ nõ, ſi tanq̃ capitulũ hoc fecerũt, niſi id facerent
oẽs, vel maior pars tanq̃ capitulũ. inf. tit. 1. in cauſis,
& vide qđ ibi dixi ſup gl. ergo ſi. ff. ad municipa. qđ ma
ior. Ipſe Inn. vĩ tenere ꝯ̃rium de prælato, vt ſcripſi de
m teſtibus, pñtium, li. 6.[m] in prin. Si vero id feciſſent tã-
quã ſingulares in cã forſan, vel negocio eis cõi, re inte
gra hoc poſſent, inſti. mandati. §. recte, & ẽt re non in-
tegra, dũmodo illis ꝯſentiat procu. licet ſocii diſſen-
tiant. inf. de procu. c. 2. li. 6. Si tamen feciſſent ſocieta-
tẽ, vt traditur ff. pro ſocio. l. 5. & ſe. reuocans obligaret
n ſocio ad intereſſe[n] ff. pro ſocio, ſi ꝯuenerit, & l. ſe. ſm
eos. ¶ In ea. gl. [in fi.] ſcđm Io. facit qđ no. inf. ti. ꝓxi-
mo, licet, in fi. ¶ In gl. idẽ eſſet, ibi, (appareret) anteq̃
fiat electio ſcđm quoſdam, qđ Hoſt. dicit verũ, ſi vtra,

que pars conſentiat, aliter curret tps nõ eligẽtibus inf.
34 ti. 1. ne pro defectu. nec † obſtat, ſi dicis eos non eſſe in
mora, ex quo alii agũt, quia aut ſunt in poſſeſsione, &
tunc nõ ſunt expellẽdi: aut nõ ſunt: & tunc collegiũ de
iure cõi dẽt eligere, non expectata ſnia, & in fine pate-
bit, qd iuris, de hoc de reſt. in inte. c. 2. Eſt. n. mora pe
riculoſa in electionib. & ideo per hoc nõ differatur ele
ctio, inf. ti. 1. cum inter vniuerſas. ¶ In gl. (ſi nondum,
35 ibi, ſ. c. prox.) Io. præterea quidam † ex eis uariauerũt,
& iam miſerat nuntium ad papam pro Quinqueeccle
ſien. vnde nõ licuit procedere ad aliam, illa non caſſa
ta, Io. & Phi. (& ibi, Conſentirent) non tamẽ eo modo,
quo debuerũt, vt dixi ſuper gl. ideo dicit ſcdm Ho. qui
dicit, q illud, qđ medio tpe fuit factũ. ſ. habitus ſuffra-
ganeorũ conſenſus non retractatur, imo approbatur.
inf. §. fi. Innouatio aũt non fuit facta aũ, ſed poſt man
36 datum ſuſceptũ (& in fi.) dicit † Hoſt. q neutra erat ap
probanda poſtulatio, de Coloce. innouata non; quia
nõ erat mandatum, quod innouarent, ſed per poſtu-
lationem concordem prouiderent, & ipſi innouarunt,
non poſtularũt: ad hoc de electione, innotuit, ad fi. &
c. bonæ. 2. de tranſlat. 2. in fi. & etiam innouatio non
fuit concors: quia vnus ex ſuffraganeis nõ erat ad cõ
cordiam reuocatus. Idem Comp. nec omnes canonici
interfuerunt, & ſic innouantes non ſenſerunt ſecundũ
mandatum, poſt cuius receptionem ad innouationem
proceſſerunt auctoritate primi: quod tamen per ſecun
dum reuocatum videbatur, quod ſi nõ eſſet, etiam cõ-
tra formam primi proceſſerunt: quia iuxta primum o-
portebat omnes ſuffraganeos & omnes canonicos ꝯ-
ſentire. poſtulatio vero Quinqueeccle. multominus ap
probãda erat eadẽ ratione, quia ꝯ formam mãdati, &
quia per minorẽ partẽ. ¶ In glo. (ar. quod, in fi.) & 63.
di. c. 1. & c. auditis, vbi de hoc dixit, Abb. primum ve-
rum, quando ab initio facta eſt electio a maiori parte,
vt in c. quod ſicut. ſecus, ſi ab initio a minori ſit facta,
vt in c. auditis. ad l. per fundum, reſpon. vt no. de cõſt.
cũ omnes, in prima gl. ¶ In gl. ult. ibi (Inueniet) dic q
nullum inueniet, vt dicam infra de vſu palii, ad hoc (&
in fi. Ioan. & de hoc c. vlt.

ADDITIONES.

a ¶ Procurationẽ. Secus in procu. dato ad confirmationẽ petẽdã: quia illa non tenet, et ſi reuocatio ad procuratorẽ non veniat, vt no. Pau. in Cle. 1. infra de renun. facit de procur. c. fi. in fi. li. 6.

b Admittitur. vide do. Alex. in l. 3. § ſi rem, in prin. 2. col. ff. de acq. poſſ. & idem Alex. in l. ſi aliena, in fi. 2. col. ff. ſolu. ma. vbi tamen melius declarat.

c Suo. Vide Pau. de Ca. in l. item. ff. de ſerui. ru. pdio. & vide Albe ri. de Ro. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vind.

d ¶ Amit. ibi vide gl. & Bar. & plenius per ipſum in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua.

e ¶ Facilius illis autem actibus, in quibus prima facie eſſet cõtra vtentẽ præſumptio, an proſit vtenti proteſtatio actualis corã aliquibus, q intendit vti iure ſuo, licet hic quod non, quia p hoc apparet de mala fide, quod tamen hic non ponit Ioa. And.

f ¶ Poſſidere. Vid. Bar. in l. 1. § hoc interdicto, ff. de iti. actuq; priua.

g ¶ Et 6. Et ibi, vide Bal. & Saly. & Bar. in l. quotiens. ff. de ſeruit.

h Canonicos. Vide Io. An. in c. 1. de cauſa poſſ. in gl. rei, & Bal. in l. 1. C. de præſcrip. in 5. q.

i ¶ Procurato. Ibi vide Bar. & gl. in l. eius, q in prouincia. ff. ſi cer. pe. & in l. fi. ff. de off. procur. & vtrobique per Bar. & vide Bal. in l. 2. C. de ſeruit. in 6. q.

K Reſtitui. vide do. Philip. de Peruſio in diſputatione ſua, quæ incipit ex nobiliſsima vrbe Peruſina, col. 10.

l ¶ Id. Pro hoc, quod no. Io. An. infra de ſtatu mona. in ſingulis, ſu p verſ. concor. contra hoc facit gl. in Cle. ne Romani. § eo tamẽ prouiſo, ſuper ver. cõcorditer, & ibi Pau. & idem voluit gl. in c. cupientes, § ad hæc, in verſ. concordem, & ibi vide de ele. li. 6. & hoc modo poteſt dici in hoc fuiſſe temeritas propter ꝯ formam mandati, & vide Bal. in l. fi. in prin. C. de fideiuſ.

m ¶ Canonici vide do. Iaſo. may. in l. maiorem. ff. de pactis.

n ¶ Li. 6. Vide Cy. Bar. Baldum, & domin. Bar. de Saly. in l. neque. C. de procurato. & Bar. in l. actor. ff. rẽ ra. ha. & in l. itẽ corũ, §. q ſi actor. ff. qđ cuiuſque vni po. & Bal. in l. 2. C. de ſeruit. in q. 12.

o ¶ Intereſſe. vide And. Barb. in conſilio 47. col. 9. & con. 25. vol. 1. Imol. conſilii 9. in fi.

SVMMARIVM.

1 Poſtulatio dependet a gratia, ſiue in concordia, ſiue in diſcordia fiat. nu. 2.

2 Præiudicari iuri, quod non eſt. non poteſt.

3 De poſtulatis cathedralium, vel regularium eccleſiarum quid tenendum, reÿcit alio.

4 Epilogus & additio gloſſarum, & nu. ſeq.

Præſentato per patronum quando ius acquiritur, ibid.

6 Electi, præſentati, & poſtulati diſcrepantia, in petenda admiſſione gratia, vel confirmatione.

CAPVT V.

1 **Poſtulationem.** Caſus † poſtulatio de
pendet a gratia: & habuiſti hoc ca. ſ. proxi.
uer. nũciis (Celebraſtis) de archieſcopo Colocen. [Hu
iuſmodi] factã ſola voluntate, non vtilitate, vel neceſſi
tate eccleſiæ ſcdm Hoſt. Sed Pe. & Ab. dicũt pro nihi-
2 lo poni hoc verbum, quia ſiue † in concordia, ſiue in di
ſcordia fiat poſtulatio, totum pendet ex gratia [Præiu
a dicio] iuri. n. quod nõ eſt, piudicari nõ poteſt [a] ad hoc
ſ. de reſcriptis, paſtoralis [Quod] ſup. ſi poſtulationi ve
ſtræ vultis inſtare, & ſuffraganei in ꝯdictione perſiſte-
3 re, vt ſ. c. proximo [Inſtructor] hodie circa † poſtula-
tos, cathedralium, vel regularium eccleſiarum, quorũ
negocium deuoluit ad papam appellatio, vel imme-
diata ſubiectio, tene quod habes inf. de electione, cu-
piẽtes, l. 6. §. pe. [Quod iuſtũ] ſ. repellẽdo poſtulationẽ
ſi conſtiterit ſuffraganeos ius hre, vel de gratia illam
admittẽdo, ſi nõ probauerint, qđ intẽdunt ſcdm Hoſt.
4 ¶ Prima † gl. quærit. ¶ In prima gl. (ibi. l. 1. §. penul.)
5 vide ſ. c. bonæ. 1. ſuper 4. gl. ¶ In prima † gl. ibi [Iam ſit
facta] dicit Hoſt. q hæc gl. eſt ꝯ textum. nam hic & pu
blicata erat, & præſentata poſtulatio, & tamẽ dicitur
nullum ius acquiſitum, & vniuerſalis eſt negatiua. Sed
b gl. ſtatim reſpondet. [b] [Et in fi.] vbi ergo patronus præ
c ſentaret alium, præſentato [c] eſſet ius acquiſitum in tã-
tum, q caſſaretur inſtitutio p epiſcopum de alio facta.
6 6. q. fi. decernimus, de re iudi. cũ Bertoldus, vnde † ſo
leo dicere, q electus, q iuri pleno innititur, ſuperbe va
dit coram confirmatore, ſi confidit de idoneitate for-
mę, & ſuę perſonę, & non deponens caputium cõfirma-
tionem petit comminãdo, q ſi nõ fiat, ad ſuperiorem
appellabit. præſentatus vero a laico deponit caputiũ,
& ſe curuauit, quia gratiam petit expeditionis, dubi-
tans, ne præſentans adhuc alium præſentet. poſtulatus
vero etiam genua flectit tantam petit gratiam, vt pa
tet per notata hic, & ſupra c. bonę. 1.

ADDITIONES.

a ¶ Poteſt. & facit, quia non entis nullæ ſunt qualitates l. eius qui in prouincia, cũ ibi plene p Pau. de Caſt. & moder. ff. ſi cer. pe.

b ¶ Reſpondet. Quia licet non ſit quæſitum illi ius, non tamen oportet ab illa recedere.

c Præſentato. Intellige gl. in patrono laico, qui poteſt uariare per iura quæ allegat.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus poſtulandus eſt, non eligendus, & an nulli eccleſiæ alligatus eligi poſſet, nu. 2. nec conſenſum habet neque diſſenſum in his liberum, vnde in hoc æquiparatur monacho ibid. intelligatur autem de voluntarie conſecrato.

3 Rector quilibet de una paroch. aliad aliam transfertur etiam inuitus.

4 Poſtulandi qui ſint, et nu. 8. 9. 10. quales debeant eſſe quid & nu. 12. & a quo poſtulãdi, eiſdem nu. & nu. 12. 13. 14.

5 Laicus

5 Laicus poſtulatus ex ordinatione, & poſtulatione ius plenũ illius beneficij conſequetur, ad quod vocatus eſt, & ad quẽ ſæculum ordinabetur, et poſtulantes non eligentes eum poſtea ad quod tenebuntur, num. 7.

6 C. cum ad noſtram, & c. officij, de electio. intell.

9 Contra tributum duplex perſonale, & reale quando non ſapiat ſeruitutem. Reale ſoluunt Anglici eccleſiæ, & nu. 8.

13 Diſpenſare non poſſunt inferiores prælati niſi in caſibus expreſſis in iure, & vbi exprimantur.

15 Epilogus, ſuffragium, & Additio gloſſarum, & nume. 18.

Annuli delatio in prælato vinculum oſtendit, num. 17.

18 Poſtulationis, & electionis pronunciatio ab vno ſolo, & per verba ſingularis numeri facienda.

CAPVT VI.

a
b **Et ſi vnanimiter.** [a] Caſus. † Epiſcopus poſtulãdus eſt, non eligendus.

non diuiditur [Eligendum] reſiſtebant igitur hic ſibi velle, & poſſe, de officio dele. cum ſuper, ſm Hoſt. [alli
2 gatus eccleſiæ] ergo † epiſcopus eccleſiæ ligatus eligi poſſet, de hoc dicam infr. de renunci. poſt trãsla. ſuper gloſ. 2. [volatum] neque conſenſum, vnde ſi poſtulatus conſentiat, hoc ipſo tanquam ambitioſus caſſatur in curia. Sed nec habet liberum diſſenſum, licet enim ab initio nemo cogatur epari præciſè, vnde nec cõfirmatur, niſi prius conſenſerit, de vna tamen eccleſia ad aliam etiam inuitus transferetur. 7. queſt. 1. ſcias. per quod dicit Hoſti. epiſcopum in hoc equiparari monaco. 7. q. 1. nolo, & ca. non dicatis, & ideò a principio ca
b ueat, ne ſic indiſſolubiliter eligetur, ar. C. de act. [b] & obla. ſicut in initio, quod intelligit de voluntariè conſecrato, vnde confirmatus non videtur inuitus poſſe trãſferri, cum nec præciſè conſecretur inuitus: vnde ſufficit, ꝙ cedat, ſi conſecrari non vult. inf. de transla. ca. 2. ver. ſed neque; aliàs tamen ſine licentia papæ non ce
3 dit, vt ibi. Quilibet † tamen rector de vna parochiali ad aliam ẽt inuitus transfertur, de quo remittit Hoſti. de rerum permutatione, quæſitum, & vide quod dixi de præb. auaritiæ, & de renuncia. niſi. §. propter mali
4 tiam, in prin. [Poſtulari] Quæro, qui ſint † poſtulandi? vr̃ quibuſdam ꝙ omnes hi, qui non poſſunt ſine licẽtia alterius conſentire. Aliis vr̃, ꝙ omnes hi, qui non poſſunt ſine ſuperioris licentia tranſire, & horum vtrumque falſum eſt: nam monacus non poteſt conſentire ſine licentia ſui prælati, & tamen eligitur, niſi aliud ſit impedimentum, propter quod poſtuletur. inf. de elec. quorũdam, & c. quam ſit, & c. ſi religioſus, & c. nullus, vbi de hoc. Item clericus papæ, vel alteri immediatè ſubiectus non poſtulatur, immò eligitur, licet ſine ſuperioris licentia non tranſeat, & de hoc in glo. Reſtat ergo dicere, ꝙ regularis doctrina in hoc dari non poteſt, ſed opus hoc ſciri per expreſſionem caſuum, vnde Inno. Hoſt. & Comp. hic expreſſerunt de his certos caſus. Primus in epiſcopo, vt hic, & iſte poſtulatur a papa ſolo, vt hic. Item poſtulatur patiẽs defectum ordinis, vt laicus, vel minoribus tantum, de ætate. & qualitate, a multis. vel qui patitur defectum [illegible], inf. ti. 1. innotuit: vel ætatis. infr. ti. 1. cum [illegible] Item. laicus 51. diſtin. Oſius, & §. ſed aliud. [illegible] ſed nullum pactum inter hoc [illegible] 90. di. hoc ad nos. 16. q. vlt. per laicos: [illegible] loquuntur in epiſcopo: ſed an in canonicum pòt laicus poſtulari, dic ꝙ ſic fortius, quàm in epum, ar. inf. qui filii ſint legitimi, per venerabilem. nec obſtat, ꝙ ius canonica
c tus non cadit in laicum, [c] vt no. ſup. de conſti. cum M. & patet inf. de inſt. c. 2. quia multominus ius epiſcopale: tamen ad vtrunque poſtulabitur a ſeipſo, vt fiat cle
5 ricus, & poſtea † ex ordinatione, & poſtulatione admiſſa conſequitur ius plenum illius beneficii, ad quod eſt
6 vocatus, nec ob. inf. tit. 1. cum ad noſtram, & c. officii, quia illud eſt ſpeciale in eo, qui aſſumitur in abbatem, cuius poſtulatio ideò non valeat, quia primò probandus eſt, vt patet ex not. in præd. c. officii. Et dixit Ioan.
7 ſupr. c. bonæ 1. ꝙ † talis laicus ordinabitur ad titulum eccleſiæ, ad quam eſt poſtulatus, & ſi poſtea canonici non eligerent eum, tenerentur ei ad ſufficiens benefi
8 cium, de iure patronatus, paſtoralis. Item † poſtulatur, qui eſt alteri obligatus, nec habet liberum conſenſum, vt ſeruus a dño. 54. diſt. capi. 1. libertus a patrono, qui remittit obſequiũ in ipſo 100. di. quicunque, ꝑpetuus colonus & aſcriptitius, vel quiuis obligatus cõditione ſeruili ratione perſonæ, de quibus not. infr. de iudæis, multorum. Secus, ſi ratione rei ſuæ tributum reddunt, ſicut Anglici, qui reddunt eccleſiæ tot dena
d rios, quot ſunt capita, [d] non tamen † eſt tributum per
9 ſonale, ſed reale, quia ſi terram exeunt, liberi ſunt a tributo. 54. di. ſi quis obligatus. ſecundum Inn. Et quia ẽt ſm Hoſt. ex ſpeciali deuotione præſtant hoc tributum, non eſt aſcribendum alicui ſeruituti, ar. infr. de cenſi.
10 ex parte, de natis ex libero ventre. ca. vno. Item † obligatus ex publico officio, vel adminiſtratione poſtulatur ab illo, cui obligatus eſt, de hoc de obli. ad ratioci. ca. vno. Itẽ aſtrictus curiæ & ioculator, 51. di. c. 1. 2. & 3. Item ad omnem dignitatem curatam poſtulandus eſt, qui non eſt in ſacris. inf. titu. 1. dudum. 1. & ca. cum in cunctis, de ætate & quali. præterea. Item neophiti, licet ſint in minoribus, poſtulãdi ſunt a proprio epiſcopo. 57. diſt. per totum, 68. di. quorum vices. Item filius a patre, ſi ſit in ipſius poteſtate. inf. ti. 1. officii. Item habens defectum, qui ipſum reddit inhabilem ad eligendum, quod intelligit Hoſt. niſi tantus ſit defectus, qui omninò reddat inhabilem, talem putat in ſeculari nõ experto quò ad regularem prælaturam, & dic, vt infr. tit. 1. cum cauſam, & c. officii, & c. cum in magiſtrum, vel impotentem, vt in epileptico. inf. tit. 1. cum inter canonicos, vel manu altera mutilato. infr. de cor. vici. expoſuiſti. de monaco etiam hic tractant, an ſit poſtulandus, quod decido per notata inf. de elect. nullus, li. 6. Item poſtulandus eſt omnis irregularis, ſicut natus illegitimè, infr. tit. 1. innotuit, & a papa, cum quæritur de dignitatibus, vel beneficiis curatis, quod dic, vt infra de filiis presby. c. 1. li. 6. Item infamis ſiue de iure, 51. di. qui in aliquo. C. de infamibus, le. 1. & 2. queſt. 3. notandum, ſiue de facto. 81. di. tantis, & C. de dign. l. 3. li. 12. dicit tamen Comp. ꝙ ex quo defectus infamium procedit a crimine, poſtulatio ipſorum non valet, & poſtulantes eſſent eligendi, & poſtulandi poteſtate
e priuati. ſup. [e] eo. ca. 1. Item publicè penitens, 51. di. canones. 55. di. penitentes. Item qui fuerunt hæretici. 1. q. 7. conuenientibus, & §. ſeque. Item qui ſe abſcidit ſponte, vel ex neceſſitate. 55. diſtin. ſi quis abſciderit, & capitulo ſequen. Item corpore vitiatus, vel membro deformis, etiam ſi caſu hoc acciderit, ſiue ſit natus ſic, quod dic vt not. inf. de cor. vici. c. ſi. Item bigamus, viduæ, vel corruptæ maritus, quod dic vt infr. de bigamis, ca. 1. & 2. de cleri. coniu. ſane. Item homicida, de tempo. or. c. ſi. 50. di. miror. Item iudex, aſſeſſor, aduocatus, ſcriptor, vel denunciator in cauſa ſanguinis, infra ne cleri. vel mona. ſententiam, 51. di. ca. 1. dummodo ſit inde ſecutum homicidium, vel mutilatio membri, ſeu grauis deformitas ibi, & 55. di. ſi euangelica. infr. de cle. pugn. in duello. capit. 1. & 2. & ibi de hoc. Item vexillifer belli, capitaneus, & quilibet miles, 51. di. ca. 1. & ca. ſi quis poſt. Item chirurgicus, cuius culpa mors eſt ſecuta, de hoc de homic. tua nos, & idem in medico, infra de æta. & qualita. ad aures. Item omnis excõicatus, et ſuſpẽſus, vt no. ſ. ti. 1. c. ſi dilectus. Symoniacus. de ſymo. tanta. Itẽ intruſus ꝑ potẽtiã laicalẽ, ĩ. ti. 1. quiſquis. Itẽ minus literatus. ĩ. ti. 1. dudũ, et ĩ. de ætate & quali-

& qualita. cap. pen. & vlt. Item falſarius papæ. infr. de crimine falſi, ad falſariorum. Item conuictus, vel condemnatus de crimine, vt patet in eo, quod legitur, & no. de cohabi. cleri. & mu. veſtra. ¶. de temp. ord. c. ſi de teſti. c. ſi. Item ſi non ſit conuictus, dummodo ſit crimē notoriū & enorme. 40. diſt. de his verò, & in prædictis iuribus. Item qui pro quantocumque leui crimine & occulto ad monaſterium deſcenderit cauſa pœnitentiæ, vt legitur & no. de renunci. poſt trāslationem, ver. qq. Item celebrans excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, vel in loco interdicto, vt infr. de cleri. excom. mi. poſtulaſtis, & c. ſi celebrat. inf. tit. 1. cum inter R. Et generaliter omnes ſunt poſtulandi, qui non poſſunt officiū, ad quod promouentur, exercere ſine diſpenſatione. Sed cōtra inf. tit. 1. quia diligēti. So. ibi, di
11 cimus autem prædictos † poſtulandos, ſiue incurrant irregularitatem ex peccato, ſiue ſine peccato, dummodo pœnitentiam egerint, aliter ceſſaretur poſtulando
12 propter indignitatem poſtulati. ſup. c. 1. & inf. titu. 1. ſcriptum. Et hi † omnes ab epiſcopis poſtulari poſſunt illis caſibus, quibus poſſunt diſpenſare in aliis poſtula
13 buntur a papa. quod dic, vt inf. de iudi. at ſi clerici. Inferiores † autem prælati diſpenſare nō poſſunt, niſi in caſibus expreſſis in iure. inf. de ſen. excom. cum illorū, de eo, qui furti. ordi. rece. c. 2. vbi idem repetam. Item quando quis in epiſcopum poſtulatur quacunque de cauſa, forte ſemper poſtulabitur a papa. ſecūdum Innoc. dicit Hoſt. q iſtud, forſan eſt philoſophicum temperamentum, de hoc de ætate & qualita multis, vbi dicam
14 ſuper gl. ſic olim. Item † ineligibilis eſt religioſus leges, vel phyſicam audiens. Etiam habitus poſt profeſſionem, niſi deſtiterit infra duos menſes, quouſque fuerit cum tali per papam diſpēſatum, quod dic vt legitur & notatur, ne cleri. vel monachi, nō magno. ca. ſuper ſpecula. Item minori excommunicatione ligatus, de cleri. excom. niſi celebrat. ſicut autem examinatur elec-
15 tio, ſic & poſtulatio. infr. de tranſlati. licet. ¶ Primo † glo. rationem reddit. ſecundò ponit al. ds quattuor poſtulandos, ſcilicet patiētes defectum ordinis, ætatis, natalium, & laicos. de alien. genus tener contrariū ... ſiuis recitatur per queſtionem, an valeat poſtulatio de
16 eligibili. ¶ In prima † gl. [ibi, in ambiguo] vid. de offi. deleg. cum ſuper, ſuper vlti. gl. ¶ in † glo. 1. [ibi, in
17 minoribus] ad quācunq; dignitatē curatam aſſuma-
c tur ſecūdum Hoſt. & Comp. vt dixi in tex. * [& ibi, Poſtulantes] vide de hoc, quod dixi, inf. tit. 1. Publicato, ſup. vlti. gl. [& ibi, Alligatus] ad cuius vinculi oſtenſionem annulum defert [& ibi, qui ſubſunt] dic, q tales eliguntur, vt inf. de elec. ſi abbatem, li. 6. [& ibi. §. ſi. aliud, & 63. diſt. literas, & ibi, Eligimus, & Poſtulamus] dic, q
18 † ab vno ſolo, & per verba ſingularis numeri facienda eſt pronunciatio. inf. de re iudi. c. pe. li. 6. [& ibi, Quod agitur] quod dic, vt infr. eod. tit. c. vno, libr. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Et ſi vnanimiter. Facit ēt eo. cū noſtris, de conceſ. præb. Arc.
b ¶ De actio. V. de Io. An. in q. ia M. r. in c. quod ob gratiam, de re. iur. lib. 6.
c ¶ Laicum. Vide in repe. rubricæ. inf. de iure patro. in col. 16. per me d. nos, vbi multa habes de iſta materia.
d ¶ Quot ſunt capita. De iſta capitatione cenſus, vide Bart. in l. 1. C. de mu. & in quo loco, libr. 10. & text. in l. ętatem. ff. de cenſi. & cui poteſt imponi, vid. l. 1. C. de c. dimi. lib. 11. & vide Bal. in l. 2. C. de ſerui. & aqua.
e Priuati. ſup. Vide gl. ſi. & ſuper illa Ioan. An. & infr. eo. innotuit, in loco ſuo.
f Vt dixi in tex. Vide Io. An. inf. eo. ti. dudū. in fi. in gl. not. Vincen

SVMMARIVM.

1 *Continuatio ſiue diſpoſitio huius tituli cum ſuperiori.*
2 *De electi poteſtate cur ſit additum.*
3 *De materia rubricæ vbi alibi tradatur.*
4 *Prælatum ſibi eligit liberè collegium iure communi, cui iure tamen derogatur per ius priuatum, & quando, & num. 10.*
5 *Eligere poteſt, ſed non eligi excommunicatus minori.*
Electiones epiſcoporum non ſunt confirmandæ in camera regia, ibid.
Epiſcopale vinculum diſſoluere non poteſt niſi papa. ibid.
Eligo, & poſtulo, ſi dicatur, valet, ibid.
6 *Dignitates cathedralium eccleſiarum maiores poſt epiſcopū quibus prouidetur per electionem, legati non poſſunt conferre.*
Electionem fieri impedit litis pendentia, ibid.
Electio quomodo pronuncianda ibid. & ad eam admittitur excommunicatus, pendente probatione nullitatis, ibidem.
8 *Ineligibilis violator interdicti.*
In electionum cauſis quomodo proceditur ibid.
9 *Eligant qui papam, & Imperatorem. Qui prælatos eccleſiarum collegiatarum, numer. 10. & ſupr. 4. Qui canonicos numer. 10.*
Qui prælatum in capella. num. 11. quando eligere 12.
Qui eligendi. 13. 14. & ſup. num 5. 8. Quæ forma. 15. an eligentes poſſint præmittere. 16. de electorum confirmatione & confirmationis officio. 17. de electionis expenſis, ibid.
18 *Electi poteſtas quæ.*

¶ De electione, & electi poteſtate. Rubrica.

1 ¶ In tertia † compilatione ſequens rubric. præcedebat iſtam. Et quia poſtulatio præambula eſt electioni. ſic enim vt per eam ſublato impedimento inhabilis ad
2 eligēdū habilitetur, ideo & c. ſecundum Goff. Ex quo † autem ponebat tractatum electionis, quia dubitari poſſet de poteſtate electorum, ne ſpecialem rubricam de hoc faceret, ſubmittit de electi poteſtate. Materia
3 † rubricæ tractatur 10. di. et di. 40. cum tribus ſequentibus, et 79. diſtin. 18. q. 1. 2. et 3. per totum. Repetitur autem in textu, et in Clemen. ad materiam facit de conſue. cum dilectus, de poſtu. et c. ſi. et de æta. et qualita. multis, de ſortilegiis, eccleſia, et patet per ſumma-
4 riones ipſarum. Item † iuri communi, quo ſolū ſu collegium ſibi libere prælatum eligit, derogatur per ius priuatum, quo poteſt ad alium prouiſio pertinere, de reſtit. in inte. cap. 1. vel quo extranei ad electionem debēt admitti, de cauſa poſ. cum eccleſia. vel quo de certo collegio debet fieri electio, de verbo. ſigni. abbate.
5 Item excommunicatus † minori eligere poteſt, ſed nō eligi, de cleri. ex. ſi celebrat. Electiones epiſcoporum confirmandæ non ſunt in camera regia, de appel. qua fronte, in princi. et ex quo confirmati ſunt, ſolus papa vinculum diſſoluere poteſt, de tranſac. ca 1. et 2. Item propter dubium valent hæ formæ, elige et poſtulo,
6 prout melius etc. de poſtul. c. vno. li. 6. Dignitates † cathedralium eccleſiarum maiores poſt epiſcopum quibus prouidetur per electionem, legati conferre non poſſunt, de off. leg. c. penu. Item litis pendentia impedit electionem fieri, ita, quòd facta non valet, vt lite
7 pen. c. 1. et 2. propter periurium † electi emergens in cauſa electionis caſſatur eius electio, de iur. iur. c. ſi. li. 6. pronūciāda eſt electio per vnum ex cōpromiſſariis, et per verbum, id eſt dictionem ſingularis numeri, de re iudi. ca. penult. Excommunicatus pendente probatione nullitatis ad eligendum admittitur, de ſenten-
8 tia ex. ſolet, in fi. Ineligibilis † eſt actiuè et paſſiuè qui violat interdictum, eod. titu. is qui, in fi. Item in cauſis electionū proceditur ſimpliciter, et de plano, de iudi. diſpēndioſam, et de elect. prouincialis Minorum, de
9 verb. ſign. exiui de paradiſo. §. pen. Et ſcias † quòd nigrum circa primam partem rubricæ nos inſtruit de electione, per quem ſit a quis habeat ſuperiorem eligere

gere, dicens ſcilicet quod papam eligunt cardinales,
ſ.e.licet, quod dic vt ibi, & ſ.eo. vbi periculum, libr.6.
Imperatorem principes clerici, & laici, ad quos ſpe-
ctat. inf.e. venerabilem, & qui ſint, vide ſ. de re iudi.
10 ad apoſtolicæ, in gloſſ. penult. libr.6. Prælatos † eccle-
ſiarum collegiatarum eligunt ipſa collegia. ſ.eo. cap.
1. & quid de partionariis, ibi dicam. extranei non, ni-
ſi id habeant de ſpeciali iure, puta priuilegio, con-
ſuetudine, vel poſſeſſionis commodo, & hoc neceſſe
eſt probari. ſ. eo. conſtitutis, querelam, Cumana, &
c. in geneſi. laici nullo modo. ſ. cap. 2. & cap. quiſque,
etiam ſi id haberet conſuetudo, vel pactum. ſ. e. cum
terra, & cap. ſacroſancta, & ca. Meſſana. nec excommu
nicati maiori, vel ſuſpenſi. ſ. eo. cum inter R. nec qui
ſcienter elegerunt contra concilium, cum in cun-
ctis, vt ibi. hæc tamen pœna reſtringitur ad primam
vicem, vt ibi, & inf.e. cum Vintonien. nec quibus eſt
interdictum niſi poſt obtentam licentiam. ſ. ca. fina.
li. ſed excommunicati minori tantum bene eligunt
ſ.e. illa. Canonicos eligit prælatus cum capitulo ni-
ſi de conſuetudine alter ſolus hoc poſſit. inf. eo. cum
eccleſia, de his, quæ fiunt a præla. ea noſcitur. præla-
11 tum † in capella eligit, vel præſentat patronus, vel po-
pulus, ſi hoc ius poſſidet. infr. eod. querelam. Secun-
12 do nos inſtruit de electione. 1. electionis † tempore,
a & illud interdum terminatur ab homine [a] inf.e. cum
in veteri. De iure vero diffinitum eſt. inf. e. ne pro de-
fectu, de conceſ. præbend. cap. 2. De temporibus vero
vide quod nota. plene inf.e. ſi electio, in gl. penult. lib.
13 6. ¶ Inſtruit etiam tertio de electione. i. perſona † eli-
genda, & hoc principaliter. inf. eo. cum in cunctis, &
de hoc etiam inſtruimur, quòd non ſciſmaticus. infr.
eo. quia nec. alias repulſus vitio perſonæ. ſ.e. ſuper eo.
vel minor. ſ.e. cum nobis, vel illegitimus. inf. eo. inno-
tuit, nec epilepticus. inf.e. cum inter canonicos, nec de
fectuoſus ſcientia, ætate, vel ordine, pluralis. inf. e. du-
dum. 1. & 2. Excommunicatus, vel ſacrilegus. inf. eo. ve
nerabilem, nec ſuſpenſus a beneficio ipſius eccleſiæ.
inf.e. per inquiſitionem, nec qui conſentit electioni de
ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum inf.e. quiſquis.
nec ſimoniace electus cuius electio tūc caſſata fuit. inf.
14 cap. pe. & cap. ſuper eo. de eligendis † vero ad prælatu
ras regulares inſtruimur. inf. eo. cum cauſam, ad no-
ſtram, officii, & cap. cum in magiſtrum, ca. cum mona-
ſterium, & hodie per Clemen. eo. tit. cap. 1. Quarto in-
15 ſtruit de electione. i. electionis † forma, & hoc princi-
paliter, inf. eo. quia propter, & c. cum dilecti, & c. cum
poſt, & cap. eccleſia. 1. & 2. Cumana, & cap. in geneſi.
Sed de hoc etiam ſ.e. licet, cauſam quæ. conſiderraui-
mus. cum terra, cum inter vniuerſos, quòd ſicut, audi-
tis, cum in iure, coram, & ca. bonæ. 1. & 2 per prædicta
patet, quòd ſubſtantialia formæ vicientur, ſi fiat ele-
ctio a minori parte, niſi ius maioris reciderit in mino-
rem. inf.e. congregato, & cap. bonæ. 1. interdum forma
datur ab homine, quæ ſeruanda eſt. inf. eo. cum in vete
16 ri; Quinto inſtruit de electione. ſ. an ſit † reuocabilis.
i. an poſſit eligens pœnitere. inf.e. cauſam quæ, & cap.
cum inter canonicos, & cap. in cauſis, & ca. publicato.
17 ¶ Sexto inſtruit de electione. i. electionis † confirma-
tione, & cōfirmatoris officio, de his patet per omnia,
quæ dicta ſunt ſup. & ſpecialiter inf. eo. poſtquam, & c.
cum nobis, & ſcriptum, & cap. nihil, & eo. tit. ſi forte,
& cap. vlt. libr.6. Septimo de electione. i. electionis ex-
penſis. inf.e. vt prætéritæ, & cap. cupientes, lib.6. Com
muniter decr. huius tit. faciunt ad primam partem ru-
18 bricæ. ad ſecundam † vero faciunt inf.e. ſignificaſti, li
cet, noſtri, ſuffraganeis, tranſmiſſam, qualiter, quod ſi-
cut, & c. nihil eſt, ad finem. per quæ patet, quòd electus
habet poteſtatem confirmationis petendæ. infr. eo. du
dum 2. etiam inuitis electoribus, inf. eo. cum inter ca-
nonicos: imo niſi petat infra tempora ſtatuta, incurrit
pœnam. ſ. eo. quam ſit, & c. cupientes, li.6. Sed ante cō-
firmationem non habet poteſtatem adminiſtrandi, vt
in c. qualiter, alias caſſatur ipſius electio, vt ibi, vel caſ-
ſa nunciatur. ſ. eo. auaritiæ. quod dic, vt ibi, quod ſi admi-
niſtrauit ipſe, idem reuocat, vt in c. noſtri. fallit hoc in
papa, ſ. eod. licet. In vltramontano exempto in cōcor-
dia. ſ.e. nihil, ad fi. & in caſibus. inf.e. indemnitatibus.
§. ſi vero, & §. cæterum, libr.6. poſt confirmationē ve-
ro adminiſtrat ea, quę iuriſdictionis ſunt, ſed non quæ
ſunt ordinis. ſ. eo. tranſmiſſam: facit tamen per alios e-
xerceri. ſ. eo. ſuffraganeis. Electus etiam & confirma-
tus in miſſa cōſecrationis ſuæ, non conſuetudines, nec
archiepiſcopus ante pallium receptum, vt ſ. eo. quod
ſicut. §. ſuper eo. In cuius palii receptione præſtare de-
bet fidelitatis, & obedientiæ iuramentum. ſ. eo. ſignifi
caſti. Et per hęc breuia ſummatum ſit nigrum huius ru
bricæ. Io. An.

ADDITIO.

a ¶ Homine. Et adde in materia, quod electio male facta non no
cet eligenti, vt iterum non poſſit eligere, vide Bar. Ale. & mod.
in l. ſerui electione. ff. de le. primo.

SVMMARIVM.

1 *Eligere ſibi congregatio prælatum debet, & nu. 3. & ad ele-*
ctionem qui vocandi, ibid. & nu. 10. 11. & 12.
Diuiſio capituli, ibi.
4 *Presbyter pro rectore.*
5 *Electus canonice qui non dicatur, & eſt expellendus, & qua*
liter.
6 *Eligi iterum poteſt, quando non eſt vitium perſonæ.*
Familiam duo non faciunt, ibid.
7 *Additio gloſſarum, & nu. ſeq.*
8 *Electionum formæ. c. Quia propter, infra eod. quando non ha-*
beant locum. & qualiter fiet electio.
9 *Eligat quis in eccleſia non collegiata.*
11 *Prælatus cum canonicis facere dicitur vnum corpus, & v-*
num collegium.

CAPVT I.

1 Nullus. [a] Caſus † Congregatio debet ſibi prælatum
2 tum eligere, aliter electus repellitur.
Et duo facit, prohibet, & quod id factum
vitiatur. ſecunda, ibi, Si vero [Cōgregatione] i. † colle-
a gio, [b] quomodo cognoſcatur, an ſint ibi plures vt col-
b legium, vel ſinguli, not. de exceſ. prælatorum, dilecta,
& dixi ſ. de iure patronatus, nobis, & vide ſ. de officio
c ordinarii cum ad eccleſiam, ſuper [c] 1. gl. [eorum] ſi cō
modè vocari poſſunt, infra. eod. quod ſicut. Inn. (Ele-
3 ctione] eligit † ergo collegium prælatum, religioſi vo-
cantur. 63. diſt. obeuntibus. quod intelligit Comp. de
honeſtate. vocatur & populus non ad eligendum, ſed
ad conſentiēdum, e. diſt. plebs diſtrenſis. & c. ſeq. vocā
tur & principes, vt ab oppreſſionibus defendant, non
4 vt eligant, ead. diſt. §. principes (Presbyter]. i. † rector.
de præb. patebit. ſ. eo. cum eccleſia [eligatur] nec ele-
ctus præficiatur, vt ſequitur, & ſup. vel poſtuletur. ſ. eo.
in cauſis, Egi. [Cupiditatem] præſumptā. ſimile de cle-
5 ri. non reſi. c. 1. [acquiſierit) quia patet † hoc ipſo, quod nō
eſt canonice electus, Go. [Expellatur] id eſt non admit
tatur, vel proprie ſi iam eſt admiſſus, propter quod ēt notat
Pe. quem tenere non poſſe beneficiū, niſi illud canoni-
ce ſit adeptus, & in hac expulſione, ſi fuerit neceſſe, in-
uocabitur brachium ſeculare, de officio ordi. cap. pri-
mo, de exceſ. prælat. capitul. fin. Egi. ſecundum quem,
6 cum † hic ſit vitium electionis, non perſonæ, iterum eli
7 gi poterit. ſ. eo. ſuper eo. ¶ In gl. † i. ibi, [No. quod] hanc
gl. habes. 10. q. 1. c. 1. [& ibi, Collegiū) & cōciliū, vt col

ligitur. 15. q. 7. c. 1. [& ibi. §. vlt.] de hoc ſ. tit. prox. gra
tum [Et in fi.] duo nõ faciunt familiam. ff. de verb. ſig.
8 ſi deteſtatio, in fi. Et no. hic Goff. ꝙ † formæ electionũ.
j. e. quia pp. non habent locum, vbi ſint pauci in cõgre
gatione. Sed more antiquo facient electionem ſine cõ-
promiſſo, & ſine ſcrutinio. de hoc vide quod dicam in
con. quia propter. dicit hic Hoſt. ꝙ conſentit Goff. de
forma ſcrutinii, putat tamen, ꝙ per inſpirationem, vel
compromiſſum tunc eligere debeant. Et, vt dixit hic
9 Comp. in eccleſia non collegiata patronus eliget. 16.
q. 7. decernimus, j. de iure patronatus, nobis. Si nõ eſt
patronus, eliget epiſcopus. 16. q. 7. omnes baſilicæ, qđ
intellige, ſi de ꝯſuetudine non ſpectat ad alium. j. eo.
10 querelam. dicit † etiam, ꝙ tenet curia, ꝙ portionarii,
& ſimiles in eccleſia collegiata non ſint ad electi. con-
uocandi, licet ibi gerant officium, & habeant perpe-
11 tuum beneficium: quia prælatus † cum canonicis face
re dicitur vnum corpus, & vnum collegium. j. de his,
quæ fi. a præla. nouit. & idem dicam poſt Inn. & Hoſti.
de inſti. c. 2. in gl. per hoc, in fi. hoc verum, niſi aliud eſ-
ſet de conſuetudine, per quam etiam extranei admit-
terentur. j. de cauſa poſ. cum eccleſia. ¶ In gl. 2. ibi [ele
12 ctio] niſi per ordinationem factum in fundatione ec-
cleſiæ, vel per antiquam conſuetudinem aliud obti-
neat, vt in decre. nobis, & ſ. de conſuetudine, cum di-
lectus, Innoc. ¶ In gl. [vlt. in fi.] collegii.

ADDITIONES.

a ¶ Nullus. V. de ad materiam huius c. quod dicit Inn. & Io. in c.
cũ venerabilis, in fi. inf. de excep. & ita ſecundum hoc c. intellige
capitulum, cum olim, inf. de præſcr. vbi dicitur epiſcopũ in col-
latione plebaniæ habere fundatam intentionem de iure cõmu-
ni: quia illud, quando plebania non eſt collegiata.
b ¶ Nullus. Quid in prioratibus conuentualibus, an capitulũ ha-
beat hoc eligere priorem, dic ꝙ ſic, vt in c. 1. §. fi. de ſta. mo.
b ¶ Collegio ſit an, & quando eccleſia dicatur habere collegiũ,
vide in c. dilecta, de exceſ. præla. vbi abbas in 2. nota. vide Ioan.
And. & do. Ant. in c. nobis, de iure pat.
c Eccleſiarum ſuper. Et vide gl. de elect. ſtatutum, in gl. & not. ibi
Io. And. & vide in conſilijs Old. 2. conſ. 61. & per doct. de præb.
cum non ignores.

SVMMARIVM.

1 *Populus non dēt epiſcopum, vel alium prælatum eligere, & num. 3.*
Diuiſio conſtitutionis eod. num.
2 *Oſii epiſcopi Cordubenſis mores, vita & mors quæ.*
3 *Excuſatio pro allegatione.*
Electio, cuius meminit hæc conſtitutio, quibus de cauſis reprobata fuit, ibid.
4 *Ad multitudinis, vel populi clamorem arripere quem imperium, nefas eſt, nec tenet manumiſſio. n. 10. inſpicitur quandoque tamen clamor populi. num. 8. & 11.*
6 *Communio laica dicitur viaticum.*
7 *Epilogus, ſuffragium, & adduamentum gloſſarum.*
12 *De malo & de eo, quod ſit contra ius, non poteſt niſi malum præſum.*

CAP. II.

1 Oſius. Caſus. † Populus non debet epiſcopum,
vel alium prælatum eligere. Ponitur nar-
ratio, quam Sinodus approbat, ib. Syno
dus. De eodẽ Oſio, & de eodem concilio. 6. q. 4. Oſius.
2 61. diſt. Oſius, & 24. q. 8. ſi vobis. Et de iſto † Oſio epi-
ſcopo Cordubenſi quomodo multas ſententias dixit
in iſto concilio, & quomodo in hæreſi Ariana, cui per
exilij metum adhæſit, male finiuit, vide per Iſidorum
libro virorum illuſtrium. c. 1. vbi dicit, quod dum ſen-
tentiam contra cathol. cum epiſcopum, qui ad Chri-
ſtum appellauerat, ferre vellet, os vertit, diſtorquens
pariter & ceruicem, & de ſede in terram eliſus iſto ex-
3 pirauit [excuſationem] ideſt † allegationem, vel pro-
priè literas. in duobus fuit in hac electione peccatum,
primò, quia fuit facta per laicos, contra id. 16. quæſt. 7.
ſi quis clericus, & cap. per laicos. Et quia ad clamorẽ
populi. concor. alleg. gloſſ. dicit hic Innoc. addens, ꝙ
cum quæreretur ab illo inſtitutio ſui epiſcopatus, excu
ſauit ſe, quòd literas &c. vel hoc allegauit, cum confir-
mationem peteret populi non repræſentantis, quod
poſſet j. e. querelam, ſed eligentis, vt ſequitur, Hoſtiẽ.
[Corrumpi] ſup. ad hoc [Clamarent] Tullius in oratio-
ne pro Ligario de prætore Africæ ſic dicit, Arripuit
4 † imperium, ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad pri-
uatum clamorem multitudinis imperitæ nullo publi-
5 co conſilio deferebatur [Petere] ideſt † eligere, & ſic fa
cit ad titulum [viderentur] in epiſcopum, erat in anti-
6 qua [Laicam] i. † viaticum, Vinc. & Innoc. ꝙ non reci-
piet nec vt clericus, nec vt laicus, vel. i. panem benedi
ctum [Niſi de hoc] iſtud olim erat gl. Ala. Vin. & Goff.
non aduertentes hanc literam poſuerunt illam gl. Po-
teſt ergo dici, ꝙ iſtud ius olim erat merum. hodie eſt
interpretatiuum ſecundum ea, quæ notantur. 2. quæſt.
3. ſi quis epiſcopum, quod in glo. quidam non habent
2 [Reſpondit] ſimile. j. de obli.[a] ad ratio. c. vno. ¶ Se-
7 cunda † gloſſ. allegat concordantiam, & vnum cõtra-
8 rium, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. 1. ibi [ſi conſtat] ſi duumuir
nullo legitimo actu creatus fuit, ſed ſolum populariũ
vocibus, licet procõſul conſenſerit, ſuperuacuum fuit
9 appellare. ¶ In † gloſſ. prima, ibi [Si ergo] vbi de hoc,
& in ca. miramur. j. allegato, & 13. q. 2. poſtquam. 17.
q. 4. ſunt qui opes, 22. q. 4. vnuſquiſque, & in fi. & de ex-
10 ceſ. prælato. ex literis, circa medium, nec † tenet ma-
numiſſio, quam quis de ſeruo fecit ad clamorem popu
li, cum videatur coactus. C. qui manu. non poſſunt. l. 3.
11 ff. qui & a quibus. l. ſi priuatus. Inſpicitur † tamen quã-
doque clamor populi. 18. diſt. de Syracuſanæ. 50. diſt.
vt conſtitueretur. ff. ad l. Cor. de ſic. l. penult. Phil. ¶ In
12 gl. 2. in fi. dicit Hoſt. quòd de † malo, & eo, quod aper
te ſit contra ius, non poteſt præſumi niſi malum, de
præſcript. ex ſtudijs, de iureiuran. & ſi Chriſtus, verſic.
b quædam: ſecus in dubijs,[b] & ſic loquitur contrarium.
¶ In gl. 3. in fi. de hoc ſ. de ſuma trinitate, in gl. ſuper
rubrica. in ver. ſpecies.

ADDITIONES.

a ¶ De obli. Vide hic modum, quomodo ad interrogationẽ con-
cilij ſit lex. vide Bar. in l. omnes populi, in 2. q. principali. ff. de iu-
ſti. & iure.
b ¶ Dubijs. Adde notabile dictum Panor. in c. capellanus. inf. de
ferijs, vbi vult, ꝙ ille non peccat, qui facit contra præceptum le
gis diuinæ, in cuius intellectu ſunt variæ opini. & ſic ratione hu
ius dubij non eſt aliqua præſumptio contra talem.

SVMMARIVM.

1 *Pro electo deſideria petentiũ impleantur, niſi quid impediat eum, eligentes, & formam, nu. 4 facit nu. 7. & pro electo præſumitur 3.*
Vita, vel actus electi inquiritur, vbi conuerſatus eſt, & qualiter. num. 6.
2 *Electio voluntatis.*
Confirmatio neceſſitatis.
5 *Per electionem eſt ius quæſitum.*
Confirmare ſi nolit electum confirmator, compelli debet per ſuperiorem.
7 *Additio gloſſarum, & num. 8.*
8 *Aeſtimationis talis quiſque habetur, qualis eſt in ciuitate.*

CAPVT III.

1 Poſtquam. Breue eſt. Et ſic cõſtrue. Deſi-
deria † petentiũ impleantur, ſi
nihil eſt, quod impediat ele-
ctũ, cuius vita vel actus inquiritur, vbi eſt ꝯuerſatus, quia
melius põt ibidẽ agnoſci [Petentiũ] eligentiũ, vel ele-
2 ctorum, & ſm Boæ. dat hoc c. differentiã inter † ele-
ctionem,

ctionem, & confirmationem, vt electio ſit voluntatis,
confirmatio neceſſitatis[Deſideria] concordat. 47. di
3 ſtin. de Petro, in fi.[Si nihil eſt]ideſt, probetur. eſt †. n.
præſumptio pro eo, de ſeruti. in ordi. faci. c. vno. Goff.
4 inquiret tñ confirmator[Electum]eligentes † vel for-
mam, ſ. de conſue. cum dilectus. ſ. eo. eccleſia, & c. Cu-
5 mana [Impleantur] per electionem † eſt ius quæſitum
ſ. eo. cum inter canonicos, Compoſt. dicebat Pet. q ſi
archieps nolebat electum confirmare, debebat per ſu-
periorem compelli, de iurepatro. nullus. 7. q. 1. omnis
6 q[inquirantur]non † per teſtes vel iuraméta ſed p fa-
mam, & literas teſtimoniales ſm Inn. & vide ſ. tit. 1. c.
2. ſuper verbo, requiſitus, per quod patebit, q ſic eſt ve
ra gl. Inn. Sed Cóp. dicebat, q inquiretur per teſtes, in
ſtrã, famã &c. pro primo dicto facit de coha. cle. [Ibi-
7 dem]potius, quam alibi. ¶ In † gl. 1. [ibi, de perſona]
ibi qui rectis diſpoſitionibus nil moræ, vel difficulta-
tis debet afferre, Caſſiodorus epiſtola 14. libenter om
nib. præbeamus aſſenſum, quoties eſt vox iuſta poſcé-
8 tium. ¶ In gl. 2. [ibi, Notus]talis † enim æſtimationis
quiſque habetur, qualis eſt in ciuitate ſua. ff. de quæſtio
nibus, de minore, ad fi. Hoſt.

S V M M A R I V M.

1 *Pallium non tradit electo in archiepiſcopum ſedes apoſtolica, niſi prius iuramentum præſtet. non dat alius quam papa, niſi eius auctoritate, num. 11. & vnde ſumatur. num. 12. & a quo, ibid.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Per, præpoſitio hic auget, alibi priuat.*
4 *Inſtructio noſtra eſt actio Ieſu Chriſti.*
5 *Conditio de præſenti, vel de præterito non moratur obligationem.*
6 *Petrus ideo tertio confitetur, quia tertio negauerat.*
7 *Qua, pro quanta.*
Dignitas nulla ſupra epiſcopalem ex ordine dignitatis, ibidẽ.
Epiſcopi fratres ſunt papæ, ibid.
8 *Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur.*
9 *Papæ ſententia videtur ſtandum, ſi contradicat eccleſia, vel concilio, poteſt ſolus interpretari concilij ſtatuta, immutare, & corrigere. num. 10.*
12 *De corpore beati Petri ſumptum pallium, quomodo intelligatur.*
13 *Eccleſia vniuerſalis eſt vnum Chriſti corpus, cuius caput eſt eccleſia Romana; cæteræ vero eccleſiæ membra, & quo ordine inde proueniant patriarcales & reliquæ.*
14 *Epilogus, ſuffragium, additio gloſſarum, & num. ſeq.*
Apocriſarij etymologia, & ſignificatio, num. 16.
Nuncij Papæ plumbarij, ibid.
17 *Electus ſeruare tenebitur quod epiſcopus & capitulũ ſimul poſſunt ſtatuere ſuper beneficio vacante.*
De beneficio vacante epiſcopus, & capitulum quid ſtatuere poſſint, &.
De dignitate ibidem.
18 *Ambitio notari quando non poſſit, caſus coniuncta gloſſa.*
19 *Petro poteſtas per quæ verba data ſit.*
20 *Compenſatio non fit in depoſito.*

C A P V T IIII.

1 Significaſti. Caſus. † Facit ad ſecundã partem rubricæ, vel ad primam, vt in quarta gloſ. Electo in ar-
chiepm apoſtolica ſedes non tradit pallium, niſi prius
præſtet fidelitatis, & obedientiæ iuramẽtum. dicebat
2 Vinc. primo † reſpondet quibuſdam obiectionibus ſi-
bi factis. ſecundo ſacramentum exigi poſſe in collatio
ne pallii probat. dicebat Hoſt. reprehenſionis confuta
tio, obiectionis reſponſio, & intentionis concluſio. vel
ſic. primo ponit admirationem, quam confundit. Se
cundo duplex admirantis motiuum, cui reſpódet. ter-
tio concludit[Regem]alia litera, Reges. & forte tunc
erant plures reges. ſimile 1. q. 1. fertur, in ſuperſcriptio-
3 ne. [Permotos,] ideſt valde † motos, & ſic præpoſitio
auget: alibi priuat. ſup. de conſuet. ad noſtram, qđ dic
4 vt ibi, Hoſt. [Ieſum Chriſtum] cuius † actio noſtra eſt
inſtru. 2. q. 1. Deus, Abb. [Dicens] Io. vlt. [Si diligis]ſu-
perficialiter hoc inducitur ſcđm Vin. cũ hæc fuerit có-
5 ditio de præſenti. ſed † conditio de pñti, vel de præteri
a to non moratur obligationẽ,[a] inſtit. de ver. obl. §. con-
ditiones, ff. eo. l. conditio in præteritum, & dixit de ap
pe. præterea. 2. de bap. cap. 2. [meas]quaſi dicat papa,
ergo, & mihi dicere licuit, ſi præſtas iuramentum, re-
cipe pallium[Factor]de iudi. nouit [Hac]ſcilicet ſi di-
ligis me &c. [Contriſtationem] ideſt tertiò & hoc di-
xit tunc Petrus, Dñe, tu omnia ſcis: tu ſcis quia amo te.
6 & † tertiò negauerat. ideò tertiò confitetur. 6. q. 2. imi
7 tare [Qua] ideſt † quanta [Tantam]quia quò ad ordi-
nis dignitatem nulla ſupra epiſcopalem, de hoc ſupr.
in proœmio[Fratribus]epiſcopi fratres ſunt, de crimi
ne falſi, q̃ graui[Quorum]fratrũ [Non videmus]quia
b licet locum[b] Dei &c. ut ecc. bene c. vno [Aiunt]prima
oppoſitio, quæ fiebat papæ, Lau. [Euangelio] Matthęi
5. [præſumpſerunt] Hieronymus ad Iulianum, 1. a.
8 mendaces † faciunt, vt nec vera dicentibus credatur
[Pro obedientia]exhibenda [Aiunt]obiectio fuit du-
plex, ſ. q erat prohibitum iurñ; ad hoc rñdet [Statu-
9 tum]ſ. q iuretur [Robur]ergo † videtur ſtandum ſnīæ
papę, ſi contradicat eccleſię, vel concilio, de hoc 4. di.
in iſtis 15. diſt. ſicut, in fi. 19. diſt. c. pe. 9. q. 3. nemo. 24.
10 q. 1. quodcunque. Item † vr̃ per hoc, q ſolus papa ſine
concilio, vel eius parte poſſit interpretari ſtatuta con-
cilii, ad idem 17. diſt. nec licuit, vbi de hoc. & hoc ve-
rum eſt, vt inf. eod. ſtatutum, & c. conſtitutio, & de ſnīa
excõicationis, conſtitutionem, & c. ſtatutum. li. 6. & in
Clem. hoc eo. tit. ne Romani. §. ſanè, & c. conſtitutio-
nem, nec mirum cum illa etiam immutet, & corrigat,
eo. li. de reſcriptis ſtatutum[Exigitis]tu, & alii archie
piſcopi, & ſic non ob. ſupr. de reſcriptis, ad audiẽtiam,
11 Hoſt. [Tantum]quaſi dicat, pallium non † dat alius q̃
papa. Si obiiciatur de patriarchis. infr. de priuilegiis,
antiqua, Rñ. q illud dant auctoritate papę ſcđm Inn.
12 Hoſt. & Comp. [corpore] ideſt de † altari conſecrato
in honorem corporis beati Petri. dicit Hoſt. q non eſt
uis, in cuius honorem ſit conſecratum altare. & dicit ſe
bis expertum in pallio, quod recepit, q vnus de dia-
conis cardinalibus de mandato papæ ipſum tradit, &
dicit verba, quę habentur de vſu pallii, ad honorẽ, vel
de corpore, ideſt ab illis archiepiſcopis, qui ſunt de
corpore beati Petri & eccleſię, cui' caput eſt Chriſtus,
& eius Vicarius beatus Petrus, & ſui ſucceſſores cano-
nice intrantes, de iureiuran. ego N. [Signa]ideſt fideli
tatis iuramenta pręſtita [Membra]hoc intendit ſecun
13 dum Abb. vniuerſalis † eccleſia eſt vnum Chriſti cor-
pus. 3. quęſtio. 4. Engeltrudam, cuius caput eſt Roma-
na eccleſia. 20. quęſtio. 3. aliorum. inferiores eccleſię
ſunt huius capitis membra, quę ſunt vel membra ex
capite, vel membra ex membris, ſicut in corpore hu-
c mano, a brachio manus: a manu[c] digiti: a digitis vn
gulę proueniunt. ſic a capite Romanę eccleſię patriar-
chales: ab eis metropolitanę: ab eis epiſcopales. ab
eis inferiores proueniunt [Capitis] ideſt Chriſti, qui
caput eſt eccleſię, de ſacramen. vnctio. capit. vno, Io-
14 an. Andr. ¶ Secunda † gloſſ. ponit contrarium, & tri-
pliciter ſoluit. ¶ Tertia gloſſ. obiicit, & dupliciter ſol-
uit. ¶ Gloſſ. ſcilicet, ſeruanda, ponit ſex caſus, quibus
licitè iuratur, & ponit verſus. ¶ Penult. gloſſ. quęrit,
& ſoluit. ¶ Vltim. gloſſ. arguit, & allegat duo contra-
15 ria. ¶ In † gloſſ. ſcilicet [ibi, Si quando] cuius caſum
habes, quod metus cã. c. fi. ¶ In gl. antep. [ibi, Impera-
tores]vide in c. ſtatim allegato ſuper gl. no. q ¶ In gl.
vlti. [ibi, cum Papi.] cuius tex. habetur in canone ſta-

tim allegatus[& ibi, l. penult.]in depoſito non fit cõ-
d penſatio.[d] ¶ In gl. 1.[In fi.]apoſ. nuncius, & cryſis au
16 rũ, quaſi nuncij deaurati. nuncij papæ non ſunt tales,
ſed plumbarij, ita notant Ioannes, & Laur. & adde qđ
no. 1. q. 7. conuenientibus, in principio. ¶ In gl. 2. [ibi
e non poteſt]a iudice[e][Et ibi, Actus]& eo. tit. actus, li.
6. vbi de hoc & ibi, q. 3. vbi de hoc in ſumma, & 100.
diſt. in ea ſynodo, & in Vener. 36. vt dicam in præalle.
regula, actus, ſuper 1. gl.[Et in fi.] nam nouæ non ſunt
inducendæ et a ſuperiore, arg. ꝫ. de cẽſib. prohibemus,
17 & ꝫ. de ſymo. ne Dei timorẽ. hoc † autem certum eſt,
ꝙ ſi epiſcopus, & capitulum ſimul poſſunt aliquid ſta-
tuere ſuper beneficio vacante, & electus ſeruare tene-
f bitur illud ſtatutum. ꝫ. vt eccleſiaſt. beneficia. cap. vno
ſecundũ Inn. ꝙ dixit Hoſt. verum ex cauſa, & ad tem-
pus, perpetuũ autem præiudicium non poſſunt inferre
dignitati, vel rectoriæ, ipſa ſic remanente, de reb. eccl.
non alie. dudum. de inſti. cum veniſſent. quod dicit in
dubitatum de epiſcopatu, etiam ſi interueniret iura-
mẽtum, de iureiuran. ſicut noſtris: ipſam tamen digni-
tatem poſſent ex toto tollere, de conſtit. cum acceſſiſ-
ſent, & rectoriam cum pertinentibus alicui religioſo
• conteſtat. fideiuſſores defendunt, ſi omnes, vel aliqui dent vnum procuratorem, in quem iudicium transferatur. ¶ In gl. vlt. [ibi, ſiquis conditionis] textum vi-
45 de inf. de fide inſt. inter, ſuper gl. ſed hoc. ¶ In † gl. 1. [in fine] Tan. idẽ Goſ. & Phil. de hoc 3. q. 7. §. tria, ver.
n item ſi contra patrem, & C. de appel. eos, [n] in prin. & Bar. Brix. in quæſtione Veneriali. 54. quæ incipit, cauſa fuit agitata, & Gui. in Spe. de ap. §. nũc tractemus. in fi. omnes dicunt, quod gl. hic, addito, ꝙ ſi non deleget, poterit recuſari. non obſtat ſecundum Hoſt. quod hic dicitur: quia hic nõ fuerat appellatum, vel de principe loquitur, qui legi non ſubiacet, nec ſuperiorem habet. s. eo. licet, in fi. ¶ In gl. 2. [ibi, dilectus] vbi de hoc in 3. glo. imo videtur hoc neceſſarium. ff. de iniur. prętor edixit. §. ſi mihi plures. contra. ff. de tributo. quod
o in hęredem. §. el g re, [o] & ff. de l. 2. cum filius. §. variis.
46 diſtinguit hic Hoſt. cum plures † actiones [p] proponũ
p tur in eodem libello, aut circa idem, ſed diuerſo modo; aut ad idem, & eodem modo, aut ad diuerſa. ſi circa idem, ſed diuerſo modo proponens, ſe ipſum excludit, ſi ſunt contrarię, C. de fur. leg. 1. & ſi ſeruus exte. ſe man. eman. l. vna. 2. q. 6. biduum, ante fi. de app. ſolicitudinem, de reg. ſicut tenor. Si vero non ſunt contrarię, ſed diuerſæ, puta proponitur rei vendicatio, & interdictum. vñ vi, circa eandem rem poſſunt ſimul intẽtari. Sed rei vendicatio, & interdictum, vti poſſideris, non poſſunt, cum ſint contrarię, de cauſa poſſeſ. & proprie. paſtoralis. dic vt ibi. Si autẽ ad idem competunt, & eodem modo, vt quia ambę ad proprietatem, vel ambæ ad poſſeſſionem eiuſdem rei, contraria dicens audiendus nõ eſt, vt dixi ſup. & probatur de fide inſtru. imputari, de pre. cano. cum dilectus. Sed ſi diuerſæ ſũt & proponens certus eſt de iure ſuo, eligere tenetur, vt in legibus pro contrariis allegatis, ſalua æquitate iur. canonici, quod ſecundum T. plures cauſas admittit, vt in ſimilibus ſignatis, in gl. & de cõſue. cum dilectus. de fide inſtru. inter dilectos: de præſcri. olim, de inſtit. cum veniſſet, de verbo. ſign. abbate: vnde vis turbatiua, ſeu inquietatiua proponitur, de probat. licet; ibi tamen eadẽ eſt actio, licet ex cauſis diuerſis, & ff. vti poſſi duo. §. 2. dicit tamen Hoſt. hoc non ſimpliciter intelligendum, ſed diſtinguendum inter reales actiones, & perſonales, vt dicit de li. obla. c. 3. generales, vniuerſales, & ſpeciales, de reſtit. ſpolia. cum ad ſedem, vbi de hoc, inter ſpirituales, & ciuiles, vt not. de iudi. dilecti, & cap. examinata. Sed ſi proponens ſit incertus propter factum aduerſarii, qui reſpondere non vult, quo titulo poſsidet, ambæ poſſunt proponi. & venit vulgare, Ad tal morſello, tal cortello. ff. quorum leg. l. 1. §. q
q autem, & de hoc de re iud. abbate ſane, in princ. li. 6. ¶ vbi vero ad diuerſa competunt, quia vna pro boue empto, alia pro aſino commodato, & poſſunt & debent ſimul proponi, vt hic, & in concor. s. allegatis. Sed ſi perſonalis actio, & hypothecaria ſimul poſſint proponi, in auct. de fideiu. §. ſed neq;, colla. 1. dicit autem ſe copioſius tractaſſe in ſumma, de li. obla. & in fine. vel dic ꝙ licet remoueatur, condemnari poteſt ad penſionem
47 ſubtractam. 10. q. 2. hoc ius. §. qui rẽ. ¶ † In gl. [concipienda, ibi l. 1.] vbi de hoc [& ibi, de prob. licet, & j. de reſt. in inte. ſciſcitata, & j. de cenſibus, ſopitæ [& ibi Fauentiæ] & tamẽ eius proc. conteſtatus fuerat litem. vt patet j. de iura. calu. cum cauſam, quæ loquitur de eodem facto cum decre. licet [& ibi, Vel dicas] ſecundum Goſ. [& ibi, Matrimonialibus] conſuluit Hoſtiẽ.
r in his ſic pronũciari, [r] Pronuncio Titium maritum Seiæ, ſi T. procura eius nomine ad matrimoniũ, de quo agebatur condemno. præcipiendo, [s] vt dictus Titius
ſ deinceps ei adhæreat vt vxori, & tam in lecto. quam extra maritali affectione pertractet infra de ſpon. ex parte, & capit. veniens 2. [& ibi, Martinus] cuius opinio videtur placere Guil. in Specul. de ſent. prolati. §. qualiter autem, ver. porro, & vide quod ibi dixi, & §. iuxta propoſitionis, verſ. item eſt nulla ratione litigatorum, in fin. [& ibi Procurator] infra de procurat. capitul. 1. §. 1. libr. 6. [& ibi] Ia. Bald. dicit Accur. Io. & Bul. & Ala. & Vincen. not. infra de verb. ſig. in his. quod hæc opinio ſeruatur Bononiæ [& ibi, licet in Popularibus] pro eis benefacit. j. de reli. do. conſtitutus. & poſſet hæc opinio intelligi non de procu. procuratoris, ſed de procur. iudicii, ideſt in quem poſt lit.
t eſt translatum iudicium [t] [Et in fine] ad hoc j. de prę ben. accedens. dixit Inn. ꝙ vbicunq. verba poſſunt in vtriuſque perſonam concipi, ſententia poteſt ferri in perſonam procuratoris, & domini, per decret. licet, de proba. quod dictum intellexit Comp. non coniunctim, ſed diſiunctim, ideſt in perſonam ſolius domi-
48 ni, & in perſonã ſolius procuratoris. In defenſore † autem ſine mandato videtur, quod in eius perſonam ſit formanda ſententia, ſuper quo vide quod dixi infra qui filii ſint legit. cauſam, quæ inter. parum placet legalis ſubtilitas in hoc caſu. Si enim procurat. nomine meo fuit in cauſa, quale peccatum, ſi ego condemnor, non video. graue eſt ergo dicere ſententiam propter hoc nullam, quod videtur velle præallegat. lex infra de ſenten. & interlo. ¶ In gloſſ. infr. de cenſi. in fi. Ioan. vel hic allegatur cauſa

poſitio-

poſſitionis. Goffred. vide ibi quod ſcripſi. Ioannes Andreas.

ADDITIONES.

a ¶ Electio. Vide Cy. in l. ſi certis annis. C. de pac. & Bar. in l. inter dicto, ff. quo. bo. l. an contra obligatum annuatim, vel pro iure perſonali detur interdictum. Bal.

b ¶ Peruenit. vide Bar. de mandato, & conſilio, & aliis pluribus in l. non ſolum. §. ſi quis manda. ff. de iniuriis.

c ¶ Differentia. Vide Bar. in l. ſi de eo. § 1. ff. de acq. poſ. & l. furtũ §. fundi. ff. de vſuc. & Bal. in l. 2. de ſerui. & doc. in l. 1. C. de fur. & l. ſi id quod. ff. de acq. poſ.

d ¶ Debitã. Vide Ale. conſ. 185. 2. vol. & aliquid p eundẽ Ale. cõſ. 99. in 2. col. circa fi. in 4. vol. Cum. conſ. 67. & Io. de Imo. cõſ. 46

e ¶ Verſus. In priuato autẽ poſſeſſore rei corporalis licet pro recuperatione vim inferre, vt l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & no. in c. ſignificaſti, de homi. & de reſtit. ſpoli. c. olim. el 1. per gl. & vide Bal. in l. 2. C. de ſerui.

f ¶ Verius. Et ibi tenet Inn. q talis conſiliarius tenetur actione de dolo, quod an ſit verum, ſunt gl. contrariæ in l. 2. C. de dolo, & in l. 1. §. vſq. adeo. ff. eodem tit. vbi vide Bar. & in l. is, qui decepit, ff. eo. tit. & vide Bal. in l. 1. C. de ſerui.

g Solicitudinem. Inn. hic vltra dixit, quam dicat Io. An. quia dicit, q ſi iudex ex abrupto hoc pcepit, ipſe ex abrupto reuocabit: ſecus, ſi alius, q̃ iudex hoc pcipiat, vel ẽt iudex, ſed extra iudic. quia primo caſu ſit præiudiciũ poſſeſſori. 2. non: quia ſunt pcepta priuatæ pſonæ, hic vide p ipsũ. Et vide Bal. in l. 1. C. de ſeru.

h ¶ Quemadmodum. Vide in l. 3. §. in amittenda, & ibi Bar. ff. de acq. poſ. & in l. 1. §. non autem, ff. de vi & vi ar.

i Bona. Vide Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. de iti. actuq; priua.

k Armis. Vide latiſsime per Bal. in diſp. ſua incip. accuſatus. de vi turbatiua.

l Dominus. Vide in §. idẽ Labeo, præal. & in l. 3. §. ſi quis ãt inops.

m Soluit. Vide Tex. in l. iudiciũ ſoluit ff. dẽ iudi. & ibi Alb. de Roſ.

n Hoc. Ibi vide gl. Bar. & p Bal. in l. ſi creditor, C. de ſeru. pig. dato vbi p ipsũ. Quid ſi appellato ſucceſſit iudex, q male iudicauit.

o Eligere. Ibi vide pleniſsime per Bar. & in l. 1. C. de fur. & in l. edita. C. de eden. per Bal. & d. Bar. de Sal. & Di. in c. nullus pluribus, de reg. iu. li. 6. ibi etiam de excep. contrarijs.

p Actiones. Vide late per Bar. & doc. maxime Decium, qui bene legit iſtam materiam in l. edita. C. de eden.

q Libro 6. In gl. ma. & vide Io. An. in c. conſtitutus, de reſ. in inte. & Inn. ibi & Bar. in §. qui autem, præalleg.

r ¶ Pronunciari. Vide gl. in l. nihil. C. de proc. & Bar. & facit hoc ad vitandam infamiam, de quo vide Bar. in l. furti. §. ſi quis alieno. ff. de his. qui no. infa. & Sal. in l. nihil, præalle. pleniſsime.

ſ Præcipiendo. vide omnino pulchrum conſilium Raph. Com. in conſ. 1. vbi late de hoc.

t Iudicium. Quomodo aũt formatur ſentẽtia mortuo domino litte conteſtata, vide Saly. in l. nulla. C. de procu. & Bal. in l. 1. C. de ſen. & inter. om. iud. & ibi per ipſum de materia huius gl.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi poteſtate priuati ſunt in electione primo facienda eligentes ſcienter indignum, & nu. 3. §. vna vice. & quæ intelligatur electio prima. nu. 11.*

2 *Diuiſio capituli.*

3 *Procuratoris factum quando noceat Domino.*

4 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſ. nu. 5. 6. & nu. ſequ.*

7 *Eligendi poteſtate priuati quando ſint electores, ſi fiat electio per impreſſionem.*

8 *Aetas, vel Mors, cum memoratur, intelligitur de naturali.*

9 *Electio deuoluitur ad Papam peccantibus electoribus omnibus, & num. 16. & quando quidam tantum peccauerunt, ad alias, ibid.*

10 *Suſpenſi a beneficio habentes patrimonialia, vel alios reditus, nihil habebunt a beneficio, iuncta gloſſa.*

11 *Electio vtra preferatur, cum priuati poteſtate eligendi admiſſi in ſecundo tractatu eligant dignum, cæteri vero nondum elegerant indignum.*

13 *Electio eorundem priuatorum an valeat, ſi fiat poſt tractatum & receſſum non priuatorum.*

14 *Electio quo iure fiet ab epiſcopo, cui dedit archiepiſcopus de ſuo ſemeſtri duos menſes.*

15 *Priuatus non dat iuriſdictionem, ſed ius eligendi.*

17 *Tempus ſemeſtris a quo tempore currat parti, ad quam propter alterius delictum ius iſtud deuoluitur.*

18 *De priuatione eligentium non eſt neceſſe conſtare ſolemniter.*

19 *Sententia contra decanum electum lata ſuper electionis caſſatione, ex quo ipſum indignum ſcienter elegerunt. non præiudicat electoribus, niſi in duobus caſibus. Lata vero contra electores decani, licet non dicatur, priuamus vos, non tenentur eos alij admittere.*

20 *Sententia lata expreſſa cauſa contra electores decani, quia elegiſſent indignum, licet petitum ſit caſſari electionem non expreſſa cauſa, præiudicat, ex quo generalis eſt petitio, nec eſt appellatum, & nu. 21. ver. ex quo.*

21 *Condemnatio ex qua cauſa fiat, magna eſt differentia.*

Actio præſumitur ex ſententia lata, a qua non fiat appellatum. ibid.

22 *Priuatos eligendi iure nunquid non priuati debeant excludere per vim, & quando, & nu. 23.*

Cap. nonne. 8. q. 3. de quibus loquatur, nu. 22.

Electio non pertinet ad canonicos prætextu publici officij ibidem.

23 *Electio fieri poteſt non vocatis excommunicatis occultis & nõ excommunicatis, modo poſſit ex communicatio probari.*

C. 2. & 3. 6. q. 2. C. nos in quanquam. 2. q. 1. intellectus. ibidem.

24 *Deuolutionis, Reſidentiæ, & electionis differentia quæ.*

CAPVT XXV.

1 **Cum vinton.** Caſus. † Eligentes ſcienter indignum, priuati ſunt poteſtate eligendi in illa

2 electione, quæ tantum primo fuerit facienda. Et † ſunt tres partes ſecundum Hoſtiẽ. prima ponit vota eligentium diuiſa, & allegationes vnius partis. ſecunda ibi, illi vero, allegationes alterius partis. tertia ibi, nos igitur, ponit ſententiam, vel dic, quòd duæ ſunt partes. prima narrat factum, & allegationes partium. ſecunda diffinit. [Elegerunt] vno contextu ſecundum quoſdam: ſecundum alios ex interuallo, vt inf. patebit [Infecto] quia nullum elegerunt, ſecundum gl. alij aliter, vt dicam ſuper glo. [Elegerunt] ſ. prior, & ſui [Illi, qui] ſ. archidiaconus, & ſui. [Maxime] videbatur & alia cauſa ſubeſſe, ſed quæ fuerit, ignoramus, ſecundum T. [concilium] ſup. e. cum in cunctis [Hac vice] bene allegabant, ſed hac vice erat lapſa. [Debebant] quia peccauerant in electione epiſcopi [Fuiſſet] videbatur fateri ſcientiam, Hoſtiẽ. [Probaturos] ſuperfluum erat hoc probare propter rationem quæ ſequitur [Poſt primã] ſup. ſuam Admiſerant] Vintoniæ ſecundum Io. ſed ſe-

3 cundum. T. in curia. Sed † quomodo hoc factum procuratorum obeſt dominis, contra id ff. de procura. ignorantis. de officio deleg. cum olim. inf. e. ſi compromiſſarius, libr. 6. ſolu. dicit Innoc. q factum generalis procurat. vel dolus bene nocet domino. de hoc, vt lite nõ conteſtata. ca. 1. vel ſecundum eum illa non fuit ratio, quæ mouit Papam, ſed illa, quæ ſequitur [Huiuſmodi] ſ. eligentes ſcienter indignum [Vna vice] Goff. intelligebat. i. in prima electione, quæ occurrit, ſi legitima ſit ita, quòd per illam ordinetur eccleſia. ſecus, ſi per illã non ordinetur. hic autem imputatur illis, qui ſponte

4 admiſerunt priuatos, Ioan. And. ¶ Prima † gloſ. ponit caſum. ¶ Gl. no. q, obijcit, & ſoluit. ¶ Gl. ſed quo, quærit, & dupliciter ſoluit: contra primam ſolu. quam approbat, obiicit, & reſpon. ¶ Vltima glo. ſignat contra-

5 rium de decret. cum ſuper, & ſoluit. ¶ In † gl. no. q [ibi, Probatum] actum geſſoris, vt in l. Pomponius [& ibi; ſi vxor, in fine] vide de adul. c. ſi. ſuper prima gl. ¶ In gl. ſed quo, [ibi, quòd ſi non totum] vide de priuile. ſi de terra, ſuper glo. 2. [& ibi l. penult.] ius dicitur id, quod pri-

6 ſemper bonum, & æquum eſt, vt ius naturale. ¶ In † gl.
prima [ibi, elegerunt] ex interuallo vocatis & admiſſis
his, qui elegerant decanum, ſecundum Ioan. Vincent.
& Laur. ſecundum quos iſta electio caſſata fuit non ex
vitio eligentium [& ibi, Violentam impreſſionem] er-
7 go † & hi etiam erant eligendi poteſtate priuati. ĩ. eo.
quiſquis. ſolutio, ſecundum Innoc. Hoſ. & Compo. non
emanauerat adhuc illa conſtitutio: vel dic, vt ibi not.
in prima gl. quòd illud locum habet, cum clerici ſpon-
te admittunt laicos: iſtud, cum per vim; & ſic non ſunt
puniendi, vel dic hic violentia illata fuit per clericos:
ibi per laicos [& ibi, Facienda] Innocen. dicebat conti
neri in integra, & omnes canonici vtriuſq. partis, qui
erant in curia, habuerunt ab abſentibus poteſtatem eligē
di [& ibi, communiter] dicunt quidam, vt Aeg. quod
duos elegerunt vno cōtextu; & fuerunt electiones iſtæ
caſſatæ. Et dicunt quòd iſtæ ponuntur pro electione; &
hoc recitat Innocen. ¶ In glo. 2. [in fi.] vt probant ſe-
quentia. T. ¶ In gloſſ. hoc fuiſſet [ibi allegatio] Si ele-
giſſent eum ſub conditione, ſi Papæ placeret, Ioann.
[& in fi.] licet ſit ar. contra de his, qui ve. æta. impe. l. in
8 ter. cum † enim de legitima ætate fit mentio, de natura
li intelligendum eſt, non de eā, quæ imperiali bene-
ficio ſuppletur. ſicut & cum ſtipulamur in caſu mortis,
a de naturali [a] intelligendum eſt, non de ciuili. ff. de ver
b borum obligatio. l. ex ea parte. §. in inſulam, [b] Goffre.
dicit Hoſtienſ. ſi indulgentiam de dignitate epiſco-
pali faciebat expreſſam mentionem, bene allegabat:
aliter nō; de hoc de filiis presby. capitulo primo, libro
ſexto. idem Petr. & Abba. ¶ In gloſſ. not. quod [ibi, di-
cas] ſecundum Ioann. [& ibi, non peccauerunt] ſecus
9 † ergo, ſi omnes peccaſſent: tunc enim ad Papam de-
uoluta eſſet poteſtas, cū nec valuiſſet ipſorum electio,
de ſup. negl. præla. capitulo fina. ſecundum Innocent.
de hoc dicam in fi. [& ibi, Admittuntur] non ſic in ca-
ſu decret. clemen. de æta. & qualitat. vt hi qui, vt ibi pa
tet primo reſpon. [& ibi, Impediuntur eligere] ſic ſal-
tem in eadem eccleſia, infra cap. proxim. [& ibi, officia
re] alias puniuntur; quod dic vt not. eod. titu. capien-
tes. §. cæterum. libro ſexto, in gloſſ. non ergo [Et in fi.]
10 ergo † ſi non egent, quia habent patrimonialia, vel a-
c lios redditus, nihil [c] habebunt. [d] ¶ In glo. ſed quo re-
d ſpectu, [ibi, illos repellere] & hæc † fuit cauſa, quare de
11 buerunt admitti ſecundum Vincent. nam ſecundum
eum priuati erant in tota illa vacatione, ideſt donec
ordinaretur eccleſia cum effectu. vnde, ſi caſſetur ſe-
cunda electio ſine vitio eligentium, ipſi ſecundi ite-
rum eligent; ſi ex eorum vitio, tranſit ad ſuperiorem,
ſupra eod. bonæ, & ſic intelligit illud tunc, ſupra cum
in cunctis. & quod dicit hic, non iam ſecunda, exponit
re integra, & de nouo facienda, a qua poſſent repelli.
Sed poſtquam eos admiſerunt, repellere illos non poſ-
ſunt. & licet falſa ſit illa opinio Vincent. mihi place-
ret, quòd eſſet vera propter multas intricationes, quę
inſurgunt ex contraria, vt patet ex hic not. & idem di-
co de opinione Goffr. circa decr. ne pro defectu, quam
ibi ponam ſuper 4. gl. & circa decr. quia propter, quam
12 ibi ponam ſuper ver. ea vice. † ¶ Quid ſi in ſecundo
tractatu illi, qui nondum elegerunt, eligunt indi-
gnum, priuati vero admiſſi ab his elegerunt dignum,
13 præualet electio illorum, qui erant priuati. Sed † quid
ſi poſt tractatum recederent non priuati? allegat Vin-
cen. quod priuati nō poſſunt eligere nec ſuo iure, quia
priuati, nec iure aliorum, ex quo recedunt. ſibi placet,
quod illi poſſunt eligere, ex quo fuerunt admiſſi, ſiue
14 admittentes recedant, ſiue moriantur. ¶ Sed † quid ſi
archiepiſcopus de ſuo ſemeſtri dat epiſcopo duos mē-
ſes, quo iure eliget epiſcopus? dicit Vincen. quod ſi nō-
dum lapſum erat ſemeſtre epiſcopi, quando archiepi-
ſcopus illos duos menſes conceſſit, eliget iure ſuo pro-
rogato. ff. de arbitris, ſi cum dies, de precario, in re-
bus. §. vltimo. Si vero lapſum erat, eliget vice archie-
piſcopi, cum ſuo iure nil habeat. ff. de iuriſd. omnium
iudi. l. ſolet [& ibi, in integra] in antiqua non. dicit Ho
ſtien. quod veritas facti latet, & poſſumus diuinare, & cui
volumus lecturæ gratificare. [& ibi, reſpectu] concor.
quod not. 77. diſtinctio. capitulo primo. ¶ In gloſſ. vl-
tima, quę incipit. argu. contra [ibi, vel cum pro.] quia
demandare poſſet. ſi eſſet ordinarius, vel delegatus a
principe [& ibi, Confitendo] & hoc etiam ibi crede-
bat, vt dicit Hoſtienſis [& ibi, nota] ſic & hic ſecun-
dum eum, forte haberet locum hoc contrarium, quan
do canonici non crederent ſe ſine aliis forte in tēno-
tis excommunicatis eligere poſſe. hic vero ſciebant il
15 los priuatos, nec mirum, ſed aliud † in iudiciis, quam
in electionibus, quia priuatus nō dat electionem, ſed
bene dat ius eligendi, de quo ĩ. eod. conſtitutis, ſecun
dum Hoſtien. [& ibi, Cum ſuper] maxime, quia ibi vet
tebatur præiudicium partis, qui iudices recuſaue-
rat ſecundum Philip. Petr. & Abb. [& ibi, Qui priuati]
& ſic erant clerici, alias vocem habentes, vel habere
valentes: ſecus, ſi admitterent laicos, vt ius habentes.
infra eod. Meſſana, ſecundum Innocent. & Compoſt.
ad intellectum huius decret. Innocent. Compoſt. &
Abb. poſt eum quædam hic notarunt, quæ breuiter
16 videamus. ¶ Primo † opponitur, quod ex quo om-
nes eligentes peccauerunt, ad Papam erat deuoluta
poteſtas. ſupra eodem bonæ, ad finem. Reſpon. ibi
primi & ſecundi, peccauerant taliter, quod erant pri-
uati, hic ſecundi, licet peccaſſent, non erant priuati,
vt dixi ſuper prima gloſſ. Ad quorum euidentiam
diſtinguit Compoſt. colligens ex gloſſis Innocent.
aut omnes electores ſunt priuati propter delictum, vt
quia peccauerunt in capitulum, cum in cunctis, aut
ſunt priuandi per ſentētiam, vt quia peccarant in ca.
quia propter, aut nec priuati, nec priuandi, vt quia
per renunciationem, vel mortem, vel ſimili modo e-
lectio non habuit effectum, aut ex electoribus quidam
priuati, quidam non. In primo non inſto per ea,
quæ ſatis not. ſupra eodem bonæ, in fine. In ſecun-
do etiam non inſto per ea, quæ ſatis dicam ĩ. capitu.
quia propter. verſ. qui vero. De tertio nō eſt dubium per
decreta. ĩ. eodem, ſi electio, libro ſexto. Ad quartum
veniamus, quod plus facit ad propoſitum, & tunc ſi
non vno cōtextu, ſed ex interuallo fiat ſecūda electio
& nō procedat electio nō priuatorum, vt quia renun-
ciauit electus per eos, vel non conſenſit, vel moritur,
vel ſimili de cauſa, tūc ad totum capitulum redit po-
teſtas, quia ſufficit illos vna vice fuiſſe priuatos, vt
hic. Si vero primi ſcienter eligentes indignum, & ſe-
cūdi non peccantes eligunt ex vno contextu, & ele-
ctio non peccantium per diſſenſum electi, renuncia-
tionem, vel modum ſimilem non procedat, tunc nō
ad omnes, ſed ſolū ad non priuatos poteſtas deuolui-
tur eligendi, poſſunt tamen non priuati, ſi velint, ad
mittere priuatos, vt hic, & infra eodem ſcriptum. A-
lii dicunt quod in hoc caſu ad totum capitulum de-
uoluitur poteſtas, quod videtur verius, & probari
per communem caſum huius decreta. & placet. Ho-
ſtien. qui dicit, quod hoc non dicit Papa, quare ad
archidiaconum deuoluatur poteſtas, ſed quod ipſe
cum aliis admittitur, & hoc ideo, non quod electio-
nes ſint factæ ex interuallo, ſed quia ipſorum vitium
eſt purgatum, & dicit, quicquid ſcribatur, huic intel-
lectui adhærendum. Quid autem ſi vna parte pri-
uata propter delictum, pars non priuata negligit?
vide not. infr. eod. quamquam, libro ſexto, in fine ma-
gnæ gloſſ. Si vero ſuperior redderet electionem capi-
tulo de gratia putat Innocenti. quod omnes intere-
runt, nam hic videtur notum, quod ſi non eligunt infra ter-
minum

minum datum ab homine, omnes interent, vt hic videtur probari; quia petierunt a Papa licentiam eligendi: ſi hoc in termino hominis, quare non in termino iuris. ff. de arb. l. Celſus. Idem, Abb. hoc intendunt, quod tempore caſſationis lapſum erat tempus trimeſtre, ita quod de nouo Papa dedit illis certum tempus, infra quod eligerent. ¶ Sed † quæritur, a quo tempore currat tempus ſemeſtre parti, ad quam propter alterius delictum ius iſtud deuoluitur: videtur a tempore, quo peccantes elegerunt: quia tunc primo ſunt priuati, vt patet infr. eod. perpetuo, licet prædicti de hoc hic opiniones recitent, & vide quod dixi ſup. eod. bonæ, ſuper vltima gloſſ. in prin. tunc ergo non peccantes potuerunt eligere; & ſic tunc incipit tempus currere, de conceſſ. præbendę, quia. Alii dicunt, quod incipit, ex quo pronũtiata fuerit nulla peccantium electio. prius enim non peccãtes de iure ſuo poterant dubitare. dicunt Inno. & Comp. quod currit a tempore vacationis. Sed quia tempus illud eſt vtile, vt in cap. ne pro defectu, ibi, iuſto impedimento, non computabitur tempus illud, quo non proceſſerunt ſecundi ad electionem, dubitantes de prima electione, an teneat, puta de natalibus electi, vel de ipſius diſpenſatione, ar. ff. ad l. Iul. de adulte. l. quinquennium. tales enim dubitationes ſunt fauorabiles, ne ſcilicet grauentur eccleſiæ laboribus, & expenſis, ſi plures electiones inconſideratè fiant. nec † placet Innocentio, quod neceſſe ſit conſtare de priuatione delinquentium per ipſorum confeſſionem ſolennem, vel per ſententiam, vt non peccantes poſſint eligere. ad quid enim ſecundum id prodeſſet ſociis, quod illi ſunt priuati ipſo iure? ¶ Item † quæritur, ſi contra decanum fuiſſet actum, & iudex ſic pronunciaſſet; Quia canonici te indignum elegerunt ſcienter, caſſamus electionem de te factam, an præiudicetur eligentibus quo ad pœnam concilii, cum in cunctis? reſpon. non: quia res inter alios acta &c. ſupra eo. querelam, niſi forte ſciuiſſent cauſam agi cum electo, vel ſaltem in ipſa cauſa interueniſſent, vt not. ſupra de reſcript. capitulum, de accuſatio. ſuper his. 81. diſtin. tantis. Si vero contra electores decani fuiſſet actum, & iudex dicat caſſamus electionem, quia elegiſtis, indignum licet non dicat priuamus vos, alii non tenentur illos ad electionem admittere; quia facti quæſtio eſt in arbitrio iudicãtis: pœnæ vero perfectio &c. 2. quæſtio. 3. §. notandum. ſecundum hoc intellige, quod dixi ſupra titulo primo, gratum, in gloſſ. de gratia, ad fin. ¶ Sed pone † agitur contra electores decani, & petitur caſſari electio, non expreſſa cauſa, quod ſcienter indignum elegerunt. Iudex vero in ſententia exprimit hanc cauſam; quia ſcienter elegiſti indignum, caſſamus electionem; nunquid eis præiudicat? videtur quod non, cum de hoc non fit actum, vt in præalle. c. querelam. Alii contra, & forte melius ſecundum Innocentium, & Compoſt. quia ex quo fuit generalis petitio, nec fuit a ſententia appellatum, præiudicatur eis per expreſſionẽ cauſæ. Magna † enim differentia eſt ex qua cauſa quis condemnetur. Nam ex vna irrogatur infamia, ex alia non. ff. de cri. ſtelli. l. 1. 2. & 3. ad id, quod dicitur de cauſa, reſpondent, ex quo generalis erat petitio, ſub qua poterat prædicta cauſa cõprehendi, præſumitur actio, ex quo non fuit appellatum, ſicut alias præſumitur pro ſententia. infra de renuncia. in præſentia.

¶ Sed † pone, quod priuati veniunt eligere cum non priuatis, nunquid debent illos per vim excludere? recurre ad illa, quæ de ſuſpenſis, & excommunicatis dicta ſunt, de conſuetudine. cum dilectus. ipſe tamen Innocentius hic dicit vim non inferendam ſuſpenſis, ſi veniant eligere cum non ſuſpenſis: ſed vtantur illi iure ſuo, & eligant cum proteſtatione, nec nocebit illorum præſentia, reſpondens ad capit. nonne. 8. quæſt. 4. quod loquitur in his, quæ ſiunt ratione publici officii. electio autem non pertinet ad canonicos, etiam tunc prætextu publici officii, vt dixit in prædicta decre. cum dilectus. ſubdit † autem, quod etiam non vocatis excommunicatis occultis nõ excommunicati potuerunt eligere. non obſtat. 6. quæſtio. 2. capitul. 2. & 3. quæ loquuntur, quando non poteſt probari excommunicatio, vel priuatio, quia ſi probari non poſſet, vtroque caſu punirentur. non obſtat etiam ſecunda, quæſtio. prima. nos in quenquam, quod loquitur de condemnando; hic loquimur de condemnatis a iure, licet non ab homine ſecundum Innocentium. Item † ſcias, quod Petr. hic faciebat differentiam inter verbum deuolutionis, & verbum reſidentiæ. proprie enim delinquentibus aliquibus de capitulo penes alios reſidet ius eligendi. omnibus vero peccantibus, tunc proprie deuoluitur, nam hoc caſu capitulum perdit poteſtatem: primo caſu non perdit capitulum, ſed remanet capitulum in paucioribus.

ADDITIONES.

a ¶ Naturali. Vide elegãter per Bal. in l. Deo nobis, de epi. & cle. & vide etiam Aret. ſubtiliter in l. 1. ff. de teſt. poſt gl. ibi.

b Inſulam. Ibi vide Di. & Cy. & Bal. in l. Deo nobis. C. de epi. & cler. & Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſtu. & Io. An. de conuer. coniuga. cum ſis, & vide gl. in ca. ſuſceptum, de reſcrip. lib. 6.

c Nihil. Vide ad hæc quod ſcripſi in ca. paſtoralis, in gl. fi. infra de app. vbi ple. & vide ad hoc gl. in ver. dimidia, in cle. vt hi qui, de æta. & qua. Arch.

d Habebunt. Vide de app. paſtoralis, in gl. fi. quæ loquitur de excommunicato, in quo aliud dicitur.

e Iure. Contra hoc facit c. licet, de præb. li. 6. quia poſſident. Iun. hic licet Io. An. nil dicat, dicit, quod in iuribus incorporalibus, ex quo ſuper illis fertur ſententia contra aliquem, iura illa illi licite denegantur, alle. iura, quod no.

f Notandum. Et l. 1. ff. ad Treb. vbi vide Bar.

g Actio. Ad materiam facit, quod habetur in cap. abbate, de re iud. lib. 6.

h Præſentia. Vide de ordi. cogni. c. fi. per Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Eligentis indigne ſcienter epiſcopum pœna quæ.*
2 *Decretalis diuiſio.*
3 *Inquiſitio pro actis inquiſitionis.*
Nominis enallage.
4 *Monacus poteſt eſſe legatus, vel delegatus expreſſo monacatu.*
5 *Iuramentum præſtitum tempore electionis vitioſum præſumitur.*
6 *Furtum committitur rem alienam inuito domino contrectando.*
7 *Ab electionis actu non prohibetur, qui ſe reddidit indignum beneficijs eccleſiaſticis ob ſimoniam, iuncto contextu.*
8 *Eligitur quis ex alieno gremio.*
Penitus, denotat omnem modum, ibid.
9 *Amoueri quis a beneficijs non debet non vocatus.*
Confeſſionem ſuam ſi vellet quis dicere, aliter intelligi, eſt audiendus, ibidem, vide num. 18. verſi. niſi. & numer. ſequen.
10 *Epilogus, Suffragium, & ſup. glo. nu. 11.*
Eligendus quis, & nu. 12. §. 2.
Dignitates, vel honores quibus denegandi. §. 2. & num. 13. & 16.
12 *Additio gloſſarum.*
13 *Capit. At ſi clerici, de iudic. cum hoc conciliatio.*
15 *Simoniacum eſt, cum quis ante electionem iurauit, electores pracibus*

precibus ſolicitauit, & quia pactum fecit.
16. *Inquiſitio contra collegium impedit expreſſas perſonas ex pendente promoueri, non cætera.*
17. *Confeſſio facta etiam extra iudicium quando valeat. & nu. 18. non nocet domino. 19. etiam in alio iudicio. num. 18. facta a procuratore, & 22.*
18. *Acta vnius iudicij inquiſitionis non valent in alio, & quia, et nu. 19. & 21. & 23.*

C A P. XXVI.

a Per inquiſitionem. Caſus. † Eligẽs indignum ſciẽter epiſcopum,
& ob hoc ſuſpenſus ab eccleſiaſticis beneficiis illius
eccleſię per triennium, ad beneficium illius eccleſiæ in
2 terum eligi non poteſt. Et primo † ponit confeſſio-
nem præpoſiti, ex qua infert. ſecundo ipſius indignam
promotionem, ibi, cum igitur. tertio mandat ipſum
3 amoueri, ibi, quocirca: & dic † inquiſitionem, id eſt a-
cta inquiſitionis ſecundum Innocen. & Abba. ſecun-
4 dum † quem not. ex ſuperſcriptione, monacũ eſſe poſ-
ſe legatum, vel delegatum, quod putat verum expreſ-
ſo monacatu; concor. de accuſa. cum dilecti. de hoc in
a fra de priuil. cum olim.[a] 2. [Super ſtatu] ſic]. de accu.
ad petitionem, & c. olim. [Cancellarius] tunc, ſed nũc
præpoſitus. [Electionem] ſecundam, fuit enim bis ele-
ctus, vt innuitur int. in prima electione quidam reſi-
ſtebant, in ſecunda nullus. [Expreſſis] in actis inquiſi-
tionis, Innocen tunc enim non erat vagandum. ff. de
iniur. l. prætor, Goffred. & Hoſtien. [& Audiſſe] remit-
tit Hoſtien. ſupra de conſuet. capitul. ſecundo. [Iuraſ-
5 ſet] tempore † electionis, & ſic vitioſum præſumitur iu-
ramentum, prima quæſtio. prima, emendari. ff. ad l. Iu-
li. de ambitu. leg. prima, in fine, Ioan. [Pro certo] fe-
cit ergo contra conſcientiam illum eligendo [Expen-
6 debat] & † ſic commiſit furtum rem alienam inuito
domino contrectando, ſecundum Innocent. de hoc
tatis infra eod. dubium. primo reſpon. [Indignum]
non tamen per hoc prohibetur ab actu electionis,
7 † quod probat hic Hoſtien. per decre. §. proximam, ar-
guẽdo per modum, quem ſcripſi ſupra de conſue. cum
dilectus, ſuper gloſſ. ſuſpenſus. [Conuenatum] eligitur
8 † ergo de alieno gremio, de hoc ſupra eodem, cum in-
ter canonicos. [Penitus] denotat † vacationem iuris
& facti, ne dicatur obſtare facti poſſeſſio, de conceſſi.
9 præb. cum noſtris [Amouentes] eo † tamen vocato, &
ſi vellet dicere confeſſionem ſuam aliter intelligi, au-
diretur. C. de non numerat. pecun. l. generaliter, Inno-
centi. & per hoc datur alia ſolutio ad id, quod oppo-
10 nit vltima gloſſa. ¶ Vltima † glo. reſpondet per quæ-
ſtionem, an accuſatus priuetur præteritis. ponit opi-
nionem Innocent. & decret. quam allegat, reſpondet.
ſecundo fortificat textum. tertio obiicit, & ſoluit. quar-
11 to not. dans duo ſimilia. ¶ In † quarta gloſſ. † ibi, ſi,
quenquam] ibi, quæri debet cogendus, & eſt indignus
ſacerdotio, qui non ordinatur inuitus [& ibi, Ingerit]
ſicut & procurat. qui ingerit operam in inuitum, vt l. ſe-
quen. ¶ In gloſſa talis, [ibi, præſcriptionem] debito-
ris, & exponentis creditori ſecundam cautionem.
¶ In gloſſa vltima [ibi, neq; famoſis] libro duodeci-
mo, vide hanc & l. ſequen. de teſti. licet ex quadam,
ſuper gloſſa perſonis [& ibi, Reum] vide de accuſat.
omnipotens, ſuper prima gloſſa [ibi. §. cum, contra
quem] & propter honores appellatum eſt contra ali-
quem, & pendente appellatione vſurpet honores,
coercetur, honoribus per ſententiam vti prohibitus,
ſi appellat, interim abſtinere debet [& ibi, Clau-
dius] ſi primus creditor victus a tertio non appel-
lauit, ipſe tertius vincens primum non propter id
12 perſona primi vincet ſecundum. ¶ In † gloſſa ſecun-
da [in fine] ſuis, & cap. nobis. ¶ In gloſſa tertia ibi,
[multi,] alias incipit, quinque. ¶ In gloſſa quarta [in
fi.] de hoc de ætate, & qualitate tuam. ¶ In gloſſa ta-
lis [ibi, maximè] dicit Innocenti. & maximè, cum ma-
b gna ſunt crimina. & manifeſta per confeſſionem.[b] pri-
ma quæſtione ſeptima. ſi quis omne. 15. quæſtione pri-
ma, ſi quis presbyter. 50. diſtin. de his vero [& ibi, pu-
13 blice] vnde † dicebat hic Innocenti. propter infamiã
facti tali claudi portas dignitatis. C. de digni. l. ſ. cum
dz, libro duodecimo, infra de reſtitut. licet ex qua-
dam. & hoc non ſolum quo ad futura, ſed etiam quo
ad iam habita per decret. ſtatim allega. & per decret.
14 cum ſuper, de confeſſis. non † obſtat, de iudic. at ſi cle-
rici: quia ibi confeſſus coram ſeculari vocabitur per
epiſcopum, nec admittetur volens variare, niſi o-
ſtendat, quod in alium caſum intellexerit: vel il-
lud, quando violenter trahitur ad iudicium ſecula-
re, & etiam ne in aliquo laicorum iuriſdictio ſuper
clericos approbetur. ¶ In gloſſa, & niale [in fine]
& infra de peculio cle. inquirendum. ¶ In gloſſa,
15 ſcilicet [ibi, ſimoniacum] quia † ante electionem iu-
rauit, ſeptima quæſtione tertia, capitulo primo, &
quia quoſdam canonicos precibus ſolicitauit, & quia
pactum fecit, Goffred. ¶ In gloſſa vltima [ibi, Inno-
centi.] & Ioan. & Vincent. [& ibi, Quam iſte] quia fuit
mediator iſte, non, ſed conſcius tantum [& ibi. §.
16 cum, contra quem] per † quę iura dixit hic Vin-
cen. & hic Abbas poſt eum, quod ſi impetrata eſt in-
quiſitio contra collegium expreſſis criminibus, ſi ex-
preſſę fuerunt perſonę, illę ſic expreſſæ pendente inqui-
ſitione non poterunt promoueri: non expreſſę vero
promoueri poſſent. ff. de vſucapi. rerum mixtura; & vi-
de quod dixi de ſimonia, per tuas, prima, in vltima
gloſſa, & de hoc in Specul. de inquiſitione. §. nunc
videndum, ver. quid ſi inquiſitio [& ibi, Solu.] ſe-
cundum Tan. & placet Hoſtien. [& ibi, ſignata] alii
17 dicunt, quod crimen, de † quo agitur, continge-
bat negocium principale: & ideo puniri potuit
infra de confeſſis. cum ſuper, de exceptio. denique, vel
c dic ſecundum Compoſt. quod hic[c] directe agebatur
contra Maſcaron. & ad probationem faciendam fuit
inducta confeſſio eius facta coram inquiſitoribus. ſed
18 † contra, acta vnius iudicii inquiſitionis non faciunt
fidem in alio, de fide inſtrumen. inter dilectos, de or-
di. cognit. capitulo ſecundo. Solutio, illud in atte-
d ſtationibus,[d] & inſtrumentis; ſecus in confeſſione,
quę etiam extra iudicium facta cum cauſa valet, ter-
tia quæſtione nona, ſi debitum. non quod confeſſus in
vno habeatur confeſſus in alio: ſed confeſſio in vno
e probat[e] in alio, quia quod ſua quiſque voce &c. infra.
de probati. per tuas. C. de non num. pecu. generali-
ter, niſi oſtenderet ſe aliter intellexiſſe, vt l. generali-
ter, & infra de accuſat. cum dilecti, hic ſtatim declara-
bo, & de hoc in Specul. de confeſſis. §. nunc viden-
f dum, poſt[f] principium. dicebat † etiam hic Com-
19 poſt. quod confeſſio procura. & in vno iudicio non
g præiudicat domino in alio: quia ceſſat ratio legis,
20 generaliter, & idem Guliel. Dicebat † etiam In-
nocent. ſe non facere vim, an ſcriptura in confeſ-
ſione facta extra iudicium interuenerit, necne, vt
videtur velle lex illa generaliter, in princip. quia
21 in fi. illius leg. generaliter loquitur. Item quod † ad
probandum alium intellectum confeſſionis neceſſa-
ria eſt ſcriptura, vt ibi: quia illud intelligit quan-
do confeſſio edita erat in ſcriptis: ſed ſi non in
ſcriptis facta fuiſſet, ſufficerent teſtes, vel alia pro-
batio

b 1 bario ſine ſcriptis. Eius autem quod dixi aliud in atteſtationibus, & inſtrumentis, quàm in confeſſione, rationem declara: quia ſi teſtes, vel inſtrumenta contra me producuntur, poſſum multa opponere contra illa, dato ergo, quòd taceam, non puniar niſi quantū modus agendi patitur. non ſic in confeſſione, dummodo ſit facta coram iudice non prohibito. refert † demum aliquos dicere idem in inſtrumento, & atteſtationibus publicatis, ſcilicet quòd probent in alio iudicio, vt not. de fide inſtrumen. capitulo primo de teſtibus, Albericus, ſicut, & ſententia diffinitiua interlocutoria, vel excommunicationis probant in alijs iudicijs, de appel. paſtoralis. 4. quæſtio. 3. Item. l... §. Iulianus. ff. de vi priua. l. 1. & in fine & ǯ. de ſent. excommu. is qui in ſi. lib. 6.

ADDITIONES.

a Olim. Vide in Cle. & ſi principalis, de reſcriptis.

b Confeſſionem. Adeo, quòd ex ſola confeſſione poteſt quilibet capitaliter damnari. l. non tantum, cum ibi no. ff. de appel.

c Hic, ad hoc gloſſ. in c. cum dilectus, de ordi. co. an confeſſio facta in iudi. nullo præiudicet, vide text. quòd ſic in ca. Piſanis, de re. ſpo. ad hæc. vide etiam, an confeſſio facta coram incompetēti iudice, vide Bal. in l. quoties, de iudi. & tex. in c. at ſi clerici, de iudi. Arch.

d Atteſtationibus. De iſtis vide Ioann. Andr. poſt Innocen. de teſtam. cam quam, & vide Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. & exhibi. reo.

e Probat. Vide Innocen. in cap. qualiter, el ſecundo. de accuſat. an confeſſio facta coram iudice ſine præcedentia proceſſus aut iudicij, valeat, & an valeat facta in proceſſu nullo, vide Io. And. de reſtitu. ſpol. Piſanis, & in clemen. conſtitutionem, ad fin. de electio.

f Poſt. Vide ibi Io. And. & vide ad materiam huius confeſſionis caſum. l. ſi melius. ff. de interro. ac. per quam probatur, quòd cōfeſſio inter quas non poteſt eſſe iudicium, non præiudicat, licet ibi loquatur de facto, & vide Bar. in l 1. ff. de off. conſul.

g Procura. adde ea, quæ habentur plenè in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis iuſdi. non obtem.

SVMMARIVM.

1 *Electio non profeſſi ad regimen eccleſiæ ſecularis caſſabitur.*

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Ad eccleſiæ ſecularis regimen requiritur expreſſa profeſſio.*

4 *Dubitationem probabilem mouet longæua conſuetudo, licet irrationabilis.*

5 *Addit ex officio papæ compulſionem hic præter conſultationem, & vbi ſimile faciat.*

6 *Clericus ſecularis participationem ſecularium non habet in eccleſia ſeculari.*
Spiritualia in eccleſia iura quæ dicantur, ibid.

7 *Habitum indiſtinctum qui detulit per annum lapſum, profeſſus eſt, & quomodo id intelligatur, alio reijcit.*

8 *Habitum regularem portare non cogentur, & quando.*

9 *Suffragium gloſſarum.*
Faciendum quod eſt, non quod ſit factum, conſiderandū eſt, & num. 10.

10 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XXVII.

1 Cum cauſam. Caſus. † Si non profeſſus eligatur ad regimen eccleſiæ regularis, caſſa-
2 bitur electio. communis † diuiſio. 2. ibi, quia igitur [bonū] ex vna parte [Brenum] ex altera [& infra] deciditur proceſſus, ex quo inſurgebat dubitatio, quæ ſequitur [continue] concor. de præben. cum de beneficio, libro ſexto. ǯ. de cauſa poſſeſſion. cū eccleſia [Pro-
3 feſſus] requiritur † expreſſa profeſſio, infra eodem, nullus, libro ſexto. & adde quod ibi not. in gloſſ. final.
4 quod hic aliqui notant [Et merito] probabilem † ergo dubitationem inducebat hic longæua conſuetudo, licet irrationabilis, & facit ad not. de poſtula. capitul. vno, libro ſexto, in gloſſ. licet iſta [Diuinam] Deutero. 22. [Irritetis] hodie irrita eſt ipſo iure, infra
5 eodem, nullus, libro ſexto [Compellatis] addit † hoc ex officio papæ. ſimile de conſuetudine, cum inter, & capitul. cum venerabilis [Clericos] ſi in habitu ſeculari erant, planum eſt, quod ſequitur: quia vt dicit In-
6 nocenti. ſecularis † clericus ibi participationem ſpiritualium habere non poteſt, vt prælatum eligere, vel his ſimilia, quod dic, vt infra de ſtatu regul. ea quæ. §. præcipimus. ſi in regulari, quod ſequitur, eſt com-
7 minatio, nam † qui detulit habitum indiſtinctum, per lapſum anni profeſſus eſt, infra de regula. ex parte, quod tamen intelligas, vt de regula. capitulo primo, libro ſexto, & in Clemen. eodem titulo: eos qui, per quam etiam hic decido aliquid tactum per Hoſtienſ. Pet. & Abb. & vide quod poſt Hoſtienſ. dixi in Specul. de regula. in fine [Conſtitutam] dicit Compo.
8 quòd ſi in iſta eccleſia conſueuerant eſſe regulares, & paulatim deuenit in ſeculares, ita, quòd nullus eſt ibi regularis, non cogentur iſti portare habitum, quem prædeceſſores portauerunt, allegat. de eccleſ. æ. i. ad audientiam. quam decret. Goffred. allegabat pro contraria ad iſtam, reſpondebat, quòd illi fuerant cano-
9 nici, antequam ibi fuiſſet regula inſtituta. ¶ In † gloſ. prima, ibi [ſi factum] Romæ eſt hæc lex, dicit, ſed licet [& ibi l. penultim.] prætor ius dicit etiam cum inique decernit relatione facta non ad id, quod prætor fecit, ſed ad id, quod eum facere oportebat, Ioann.
10 Andr. ¶ In † gloſſ. prima [ibi legimus] verſus finem, & duodecima quæſtio. ſecunda, gloria. ¶ In gloſſ. ſecunda [in fine] dic vt plenè dixi de teſtamen. Ioan. habēs, in 3. oppoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio ſimplex, vel Appellatio cuius non intereſt, electionem faciendam non poteſt impedire.*
Electio facta eo contempto, qui vocem habebat, eo petente caſſabitur, ibid. & num. 16.
Ordines conferre non debent in miſſa, qua conſecratur epiſcopus, vel archiepiſcopus ante receptum pallium, ibidem.

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Appellatio regis, ne ſuſpectus ſibi inimicus eligatur, non habito prius eius conſenſu.*

4 *Aſſenſus non præſtitus a rege nil rationabile allegante non nocebit, & quando requirendus, num. 6. et vbi, et qui reges ſoleant requiri, num. 8.*

5 *Electioni epiſcoporum laici non poſſunt intereſſe, inferiorum tamen poſſunt.*

7 *Electio ſi fiat contra conſuetudinem, vel priuilegium principis, eſt caſſanda.*

9 *Laici non poſſunt eligere, nec intereſſe electioni, quia in eos non cadunt iura ſpiritualia, et ſupra numero 5. præſentare tamen poſſunt, et ratio, numero 11. reſpondetur iuribus, quæ aliter loqui videantur, quomodo intelligantur num. 10. 12. 13.*

10 *Vinculum matrimoniale inter prælatum, ſiue canonicum, et*

eccleſiarum non contrahitur per conſenſum laici, & num. 1 . nec per electionem, & confirmationem imperatorum contrahebatur, nu. 13.

12 Præſentatio non eſt ſpiritualis, ſed annexa ſpirituali.

14 Ex inueſtitura regis datur poteſtas recipiendi quæ, & quando attingenda.

15 Adminiſtrandi claues aperitur a confirmatore.

Ordinandi a conſecratione.

16 Contemptum ſuum non poteſt proſequi niſi contemptus.

17 Electione caſſata, ceſſabunt omnia, quæ ex ea ſecuta ſunt, & quis ea cognoſcere & diffinire poterit.

18 Hymnus Angelicus eſt, Gloria in excelſis Deo.

Concelebrare, ideſt ſimul celebrare, & concelebrantes an aliam dicere miſſam poſſint, & an & ipſi conficiant, & qui, ibid. & nu. 19. & 20. & qui verba conferre debent & num. 22. & 23.

20 Tranſubſtantiatio ſi ſemel facta ſit, an iterum ad verba alterius conficientis tranſubſtantietur materia tranſubſtantiata, & nu. 21. 22. & nu. 24.

21 In confectione ſacramenti forma eccleſiæ generalis ſeruanda, & an poſſint verba canonis iterari. 24.

22 Confectio euchariſtiæ ab vno ſolo confici poteſt & debet.

Conſecratio epiſcopi a tribus. ibid.

25 Epiſcopus pontificalibus indutus tenet ſynodum, & alia remiſſ.

26 Reconciliatio eccleſiæ fieri debet ab epiſcopo epiſcopalibus induto.

Archiepiſcopo quæ non liceat agere ſine pallio, & num. 39.

27 Epilogus gloſſarum.

Pœna per reſtitutionem purgatur. eodem numero. §. vltim. gloſſ.

28 Suffragium. Additio gloſſ. nu. 29.

Ratam non coguntur abſentes habere electionem, & numero 33.

Ab electione mea poſſum reſilire, ad dictio. per fundum, iuncta gloſ.

Criminis pœna non eſt, cum quis ab eo recedit ante accuſationem. §. fi. & nu. 40.

30 Abſentium vocatio ad electionem quando facienda.

31 Vocatorum, ſiue citatorum ad electionem nõ eſt neceſſarium expectare reſponſum.

32 Nuncio, & Actis iudicum ſtandum, niſi in caſu, & vbi ipſe tradat, remittit.

33 Electio quadruplex.

Gratificationi locus quando in electione, ibid.

Ratihabitio non eſt proprie ratihabitio, ſed conſenſus.

35 Contemptus ſi moritur lite pendẽte ſuper contemptu, vel ad aliam transfertur eccleſiam, perit actio.

36 Conuentus, vel collegia non ſuccedunt in voce prælati defuncti.

37 Contempti conſenſus valet, etiam mortuis, qui conſenſerunt & aliis ſubſtitutis.

Conſenſus vltimo conſentientium electioni perinde habentur, ac ſi conſenſiſſent a principio, non ſic in ceſſione. ibidem.

Ioannes Gallicus idem qui Vulteranus, ibid.

Subſtituti cenſentur idem cum defunctis, ibid. verſic. & quia.

38 Conſecrationes quare fiant hora tertia.

Gloſſatoris additionem hanc in gloſſ. ſed qualiter, ibi, hæc additio, habentes libri in contextu gloſſarum, veriſimiliter habent alias, ibid.

40 A loco, ſeu prouincia dimiſſio militis, in qua emit agros contra legem, facta priuſquam accuſetur, non accuſabitur poſtea.

Pœnitens in quibus caſibus euadat etiam iudicialem pœnam ibid. remiſſ. & nu. 50. 51. 52.

41 Contra electum confirmatum, conſecratum, vel prouiſum quæ ſint exceptiones admittendæ, quando via accuſationis vel denunciationis, & num. 42. 43. 44. 45. & num. ſequentibus ad numer. vſque 72. vbi non opus conſecratione, cape numero 59. cum ſequen. a quo probanda, ibid. vſque ad num. 46.

44 Confirmationis, prouiſionis effectus quibus caſibus non impediatur exceptionibus contra eam appoſitis, & numero 62. 63. 71. cuius titulum non teneor dicere. ibid.

45 Solennitatem an probet, qui allegat.

Creditur nihil in iudicio niſi conſtet, & quomodo, & quando, ibid. ver. Idem certum.

46 Confirmatio vel prouiſio an teneat, & quando ſine cauſa cognitione.

48 Confirmatio electionis, quæ nulla eſt, an teneat, & an confirmatus ſit prælatus, & quando teneatur cedere, nu. 49. 50. 52. 53. 54. 55.

Confirmatio ſententiæ, quæ non tenet, quos habeat effectus, eod. num. 48.

Nullitas magni refert an veniat a iure naturali, an poſitiuo, in electione, eod. num. & num. 48. vſque ad 54.

50 Electio dicitur canonica largè, ſtrictè, & ſtrictius, & quomodo, & 52. 53.

51 Initium ſi deeſt, & initiatum deeſt.

52 Conſenſus eligentium an purget vitium electionis.

53 Reſtitutionem rei quis facere non tenetur iniuſtè quod monitus ad eam reſtituendam, excipiuntur duo caſus.

54 Nullum quod erat, tractu temporis validatur, ſi non erat nullum iure naturali.

55 Innocentij opinio conciliatur, qui hic, & infra, eo. c. cum dilecti, ſibi videbatur aduerſari.

57 Excipere, vel opponere an poſſit is, qui fuit in cauſa, & non oppoſuit, & quando etiam ſi habuerit terminum ad articulan. & opponen. & num. 62. 63. quod ſi repulſus apparet. 64. 65. 66. 67. 68. 69.

61 Matrimonium contrahens renunciaſſe per id beneficio, videtur, ver. Ex his videtur.

65 Probationes criminis, & infamiæ non ſunt a iudice ſimul recipiendæ, & ratio.

66 Terminus peremptorius datus ad proponendum quicquid vult probare, an obſtet adhuc proponere volenti, & num. 67. 68. 69. 70.

67 Peremptorium eſt quædam interlocutio.

68 Decretalis, præſentium, infra de teſtibus, & legis, de pupillo. §. qui opus. de oper. no. nun. intellectus.

70 Reſtituenda an Eccleſia litigans ſuper beneficio excluſa de iure communi per peremptorium.

71 Prouiſionis effectus quibus caſibus impediatur, & ſupra numero 44. et cæteris ibi citatis, et numero 75. et ſequentibus.

72 Confirmatio prouiſionis, vel declaratio, quòd beneficium ſpectat ad agentem an ſit aduerſarius admittendus ad opponenda crimina, ne fiant petita. et num. 79.

73 Executio, vel poſſeſſio, vel confirmatio prouiſionis verba ſunt diuerſa: non tamen agitur per nullam formarum horum, vt ius in re conſtituatur.

74 Prouiſio vel collatio ſi petatur caſſari contra prouiſum, an et quatenus repellatur agens.

75 Exceptiones quæ afficiant literas beneficiarias.

77 Malitiam ſi excipientis iudex vehementer præſumat, quando eum debet aſtringere ad certam pœnam aduerſario ſoluendam, ſi deficiet in probando, et quando repellet.

CAPVT XXVIII.

1 Quod ſicut. Caſus. † Simplex nominatio,
vel appellatio, cuius nõ in-
tereſt, electionem faciẽdam
impẽdire non poteſt: quæ ſi fiat, contempto eo, qui vo-
cem habebat, niſi poſtea ratam habeat, eo petẽte caſ-
ſabitur, hoc ad primam partem rubricæ. Epiſcopus in
miſſa^a, qua conſecratur, vel archiepiſcopus ante rece-
ptum pallium ordines conferre non debent; hoc quò
2 ad ſecundam. finis non facit ad titulum, & ſunt † duæ
principales partes. ſecunda ibi, ſuper eo. & in prima
expediuntur tria, quæ reſpiciebant formam. In ſecun-
da tria. quæ reſpiciebant perſonam. Et ſic quælibet
ſubdiuiditur in tres, quæ per ſe patent [Cathedrali] re-
mittit Hoſtienſ. ſupra eodem, cum terra [Interpoſita]
3 a rege, ne ſuſpectus † ſibi inimicus eligatur, qui reuela-
ret ſecreta regni ſui. ff. de re mili. l. omne. §. explora-
tores. C. de inofficio. teſtamen. libere, inter. C. de com
mer. & mer. l. 4. Ioan. dicit Hoſtien. quòd talis appella
tio poſſet valere, argum. de iureiuran. petitio, & quod
dicam de iure patron. nobis. dicit ergo appellatum,
ne eligeretur aliquis, non habito prius ipſius conſen-
ſu, contra id ſupra eodem, cum terra [Aſſenſum] ſi
4 † voluerit: aliter ipſius diſſenſus nil rationabile allo-
gantis non nocebit, ſupra eodem, cum terra. Quidam
5 dicunt, quòd † electioni epiſcoporum laici non poſ-
ſunt intereſſe; electioni inferiorum prælatorum, ſic de
ſua iuriſdictione, de iure patronat. nobis, quod non
6 placet. decret. illam intellige, vt ibi nota. mors † tamẽ
a prælati defuncti nunciari ^a poteſt principi, & eius aſ-
ſenſus requiri de alio eligendo, ſi hoc habet de con-
7 ſuetudine, vel priuilegio, quòd † ſi contra priuile-
gium, vel conſuetudinem fiat, electio eſt caſſanda.
63. diſtinct. perlectis. 18. quæſtio. ſecunda, abbate. a.
ſecundum Innocenti. Et, vt refert Compoſtel. has cõ-
8 ſuetudines † habẽnt reges Legion. Caſtellæ, & Scotiæ.
Dicit tamen, reges, archiepiſcopos, vel comites extra
ſua regna, prouincias, vel comitatus in his requiren-
dos non eſſe; ſed ſufficiat ipſorum vicarios requiri,
& ſic dicit fuiſſe obtentum in cauſa Cantuarienſis ar-
chiepiſcopi. & canonicorum Roſen. allega. de inſtitu.
ex frequentibus. facit ne ſede vacante, capitul. vno,
9 libro ſexto. Eligere † autem non poſſunt laici, nec
intereſſe electioni, infra eodem, Meſſana: quia, vt
dicit Innocent. iura ſpiritualia in non ſpirituales, non
conſecratas perſonas non cadunt, infra de iudic. capi-
10 tulo ſecundo. vnde † per conſenſum laici non poſſet
contrahi vinculum matrimoniale inter prælatum, ſi-
ue canonicum, & eccleſiam, qui requiritur ſupra eo-
dem, cum inter canonicos. §. diſcretioni. nec obſtat
infra de conceſſ. præbend. capitul. fina. quia illud fit
11 per præſentationem, quæ non † eſt ſpiritualis, ſed ſpi-
rituali annexa, infra de iudicijs, quanto. & tunc etiam
non contrahitur vinculum per conſenſum laici nudũ,
ſed per conſenſum veſtitum approbatione, ſeu aucto-
ritate epiſcopi. Aliter enim hoc vinculum contrahi
non poſſet, vt patet in eo, quod legitur & notatur in-
12 fra de iure patro. paſtoralis. nec † obſtat 63. diſtinct.
Adrianus, & ſequen. quia illo tempore faciebant hoc
13 imperatores vice papæ, non ſua. † Sed nec per electio-
nem, & confirmationem imperatorum contrahebatur
tunc vinculum, ſed per conſecrationem tantam, quæ
per ſpirituales perſonas fiebat, ſecundum Innocenti.
Tu dic ſecundum Hoſtienſ. & Compoſtel. quòd illud
operabatur priuilegium ſedis apoſtolicæ, quòd fuit
poſtea reuocatum, vt patet ſexageſimatertia diſtinct.
§. verum. vnde poſſumus dicere, ſicut alias dicitur,
quandiu mos erat, fas erat. trigeſimaſecunda quæſt. 2.
14 §. item opponitur. hodie † etiam ſecundum Innocen.
ex inueſtitura regum datur poteſtas recipiendi va-
ſaligia, & alia temporalia: quæ tamen ſecundum Ho-
ſtienſ. & Compoſtel. non debet atingere, quouſque
per ſpiritualem iudicem fuerit confirmatus, vt patet
eodem, qualiter, & idem Innocenti. vt ſcripſit infra
de iure patro. nobis, in gloſſ. quæ dicatur, a confir-
15 matore aperitur ergo clauis † adminiſtrandi, a conſe-
cratione verò poteſtas ordinandi, vt patet ſupra eo-
dem, ſuffraganeis, & capitul. noſtri, ſecundum Ho-
ſtienſ. [Faciunt] quod conſiderandum non eſt, ſupra
16 capitul. proxim. [infirmanda] eis † inſtãtibus & pro-
ſequentibus contemptum, infra de præbend. cum in
eccleſijs, libro ſexto. & per hoc ſit ſolutum, quod
hic quærebatur, an de contemptu meo alius poſſit
excipere, vel iudex propter id ex officio electionem
caſſare, fatetur tamen Compoſtel. quod non contem-
ptus opponere poſſet vocem contempti non compu-
tandam in numero, infra eodem, in geneſi, & capi-
tul. eccleſia. 2. ubi tamen tenebat Egy. quòd iudex ex
officio propter contemptum poterat electionem caſ-
17 ſare, quod eſt falſum. ¶ Sed quid ſi electus inte-
rim fuerit conſecratus, reſpondeo, remouebitur:
quia caſſata electione caſſantur omnia: quæ ex ea
ſecuta ſunt, ſupra eodem, qualiter, in fine. Quam-
uis autem concilium prouinciale, vel metropolita-
num de hoc poſſit inquirere, non tamen diffinire, de
cleric. non reſid. ex tuæ. tertia quæſtio. ſexta, accuſa-
tur, ſecundum Innocenti. dicit Hoſtienſ. illa iura lo-
cum habere, quando canonice electus, & conſecra-
tus accuſatur de crimine, vbi verò contemptus ius
ſuum proſequitur, & probat, hanc quæſtionem exa-
minare, & diffinire poterit metropo. & caſſare omnia
ex tali electione ſecuta, vt hic. Tutius tamen dicit,
quòd in remotione conſecrati de facto ſummum pon-
tificem conſulat, quamuis de iure pronunciauerit,
ne videatur ſpeciale priuilegium ſedis apoſtolicæ v-
ſurpare, vt patet in eo quod legitur & nota. infra ti-
tulo 1. capit. primo [ſuper eo.] ſecunda pars. [Angeli-
18 cum] ſcilicet † Gloria in eccleſijs Deo [ipſe] Roma-
nus pontifex [concelebrant] ideſt ſimul celebrant, er-
go non dicent aliam miſſam: quia ſufficit vna, infra
de celebrat. miſſ. conſuluiſti, & capitul. te referente, ſi-
cut & obſeruatur, quando presbyter ordinatur, di-
cit Hoſtienſ. hoc eſſe contra Anglicos, qui conſecra-
ti celebrant in alio altari diuidentes miniſterium, de
quo ſequitur. Et dicit, quòd non magis approbat il-
lam conſuetudinem, quam illam Vualliæ, de qua de
19 tempor. ordi. ſanè [principaliter] per hoc dicunt qui-
dam, quòd principaliter celebrans non proferret ver-
ba apta ad confeſſionem euchariſtiæ, ad verba conce-
lebrantium conficeretur. Alij contra, quia ad hoc
non intendunt, nec intendere debent, cum iungan-
tur tatum ad ſolennitatem: quinimo & ſecundum a-
lios, ſi cauti ſint & diſcreti, quando peruentum
fuerit ad verba canonis, omnino tacebunt alij, quòd
de ipſis penitus nihil dicant. prius tamen dictum ma-
gis placet Inocenti. cum enim perſona verba profe-
rens hanc poteſtatem habeat: quia ſacerdos eſt, &
verba apta proferat cum intentione, nec deſit mate-
ria apta, ſcilicet panis, & vinum, nullum dubium,
quòd conficitur corpus Chriſti, vt patet ſupra de ſum
ma trinitate capitulo primo. §. vna vero eſt. debent
tñ concelebrantes eſſe cauti, vt in verbis conſecratio-
nis nõ præcedant celebrantem: ſed nec nocet, ſi a cele-
brãte principaliter eadem verba repetantur, ſicut nec

obeſſet. ſi idem principaliter celebrãs diceret, vel pro-
ferret verba apta, & cõcelebrans eadẽ verba repete-
ret ſecundum Innocenti. ſecundum quem neceſſe eſt
conſiteri, quòd primo per primo proferentem verba
20 apta conficiatur corpus. Sed † nunquid materia ſe-
mel tranſſubſtantiata iterum ad verba alterius confi-
cientis tranſubſtantiabitur? non putamus. ideo vide-
tur Hoſtienſ. quòd tutior ſit opinio aliorum: quia nec
ſacramenta reiterari debent, vt patet in eo quod le-
gitur, & not. infra de ſacra. non ite. capit. primo, &
capitu. finali. Quid enim ſi plures ſacerdotes audiant
miſſam in eccleſia, & vnus eorum profert verba cano-
nis cum intentione conficiendi antequam proferan-
tur a celebrante, cum tamen primo proferens nec ad
altare ſtet, nec indutus ſit ſacerdotalibus. nunquid di-
ces, quod ad verba ſua fiat tranſubſtantiatio? vtique ridi-
culoſum videretur hoc ſentire, cum & forma eccleſiæ
21 contraria ſit generalis, qua non † ſeruata nunquam
eſt verum ſacramentum, prima quæſtio. prima, extra
catholicam, & legitur & not. infra de ſciſmati. capit.
primo, nec obſtat ſi dicas, in prima quæſtione, quòd
ſequitur maior abſurditas ſecundum opinio. quam ſe-
quor; quia ſecundum ipſum, ex quo principaliter ce-
lebrans non profert verba, nullum erit ſacramentum.
nam & poteſt accidere tota die, vt patet infra de ce-
lebra. miſſ. de homine: ſed non poteſt omnibus ab-
22 ſurditatibus prouideri. In conſecratione † autem epi-
ſcopi aliud dici poteſt, ſcilicet quod conſecratores ſi-
mul cum principaliter conſecrante conſecrent. & vi-
detur diuerſitatis ratio, quia ſacramentum euchari-
ſtiæ per vnum ſolum confici poteſt & debet; ſed in
conſecratione epiſcopi requiruntur tres. 66. diſtinct.
capitulo porrò, infra de tempore ordinan. ſi archiepi-
ſcopus, infra de ſacra. non ite. capitul. fina. & canon di-
cit, quòd vno ſuper eum fundente benedictionem re-
liqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput
eius tangunt, 23. diſtinct. epiſcopus. & idem continetur
in rubrica libr. pontificalis. Notandum, quòd dicit
23 † vnum verba proferre debere, ſcilicet principaliter
conſecrantem, & non alium. 23. diſtinctio. quorun-
dam. alios vero dicit, quòd caput tangant, nec dicit,
quòd verba proferant: tamen nihilominus de conſue-
tudi. eccleſiæ Romanæ omnes verba proferunt, nec
duo epiſcopi manib. ſuis ſuper caput & verticem euã-
gelium tenent, ſed duo acolyti, quod videtur eſſe cor-
rigendum, cum ſit contra dicta capitula epiſcopus, &
quorundam, & 80. diſtinct. quòd dic, vt infra de ſa-
cram. non ite. capitul. fin. & hodie eſt correctum, nec
24 placet. quòd † qui celebrat, poſſit ſine offenſa verba
canonis, per quæ fit tranſubſtantiatio ex quo ſemel
perfectè prolata ſunt, iterare, ſecundum Hoſtien. Tũc
aliter exponit Hoſtien. hanc gloſſ. vt dicam in gloſſ.
[Sine pallio] dicit Hoſtienſ. quamuis recepto: & tunc
25 exponit, conuocare, † id eſt conuocatum tenere,
quaſi dicat. ſicut epiſcopalib. indutus epiſcopus tenet
ſynodũ. & ſequentia exercet, ſic archiepiſcopus arch.e
26 piſcopalibus indutus, hoc facere debet: per quod † ar-
guit, quòd eccleſia non eſſet reconcilianda ab epiſco-
po non pontificalibus, ſed ſacerdotalibus tantum in-
duto, argumẽ. de conſecrat. eccleſi. vel alta. aqua. Sed
contrarium de facto ſeruatur ſecundum eum, ſit ergo
mens literæ, quòd ſi habens pallium prædicta ſine illo
non exercet, multo minus pallium non habens [vo-
luntate] vt tabula venderetur, vel vt eccleſia redde-
retur indemnis, Goffred. ¶ Prima gloſſ. diſtinguit du-
27 plicem nominationem. ¶ † Quinta gloſſ. ſignat co-
trarium. ¶ Gloſſ. præſumitur, ſignat contrarium, &
ſoluit. ¶ Gloſſ. ſic patet. ex hac diſſoluta gloſſ. format
tres oppoſitiones, & duas quæſtiones ¶ Opponitur,
quòd contemptus ratificare non poteſt, quia quod
valet &c. ¶ Secundo, quòd non poteſt, quia ſuo nomi-
ne non eſt geſtum, quod in ſpiritualibus &c. ponit opi-
nionem Ioan. quam reprobat. Tertio, quòd cogitur ha-
bere ratum, cum ſit vtiliter geſtum, ſoluit, quod re-
mittere non tenetur &c. ¶ Quarto, quære, an inſtante
contempto eligens reſilire poſſit, allegat pro, & con-
tra. ¶ Quinto, an contempto mortuo requiratur con
ſenſus ſubſtitutorum, ponit ſolutionem Vincẽt. ¶ Gl.
ſed qualiter, reſpõ. per quæſtionem, an miſſa ſit de ſub
ſtantia conſecrationis, an vnus poſſit conſecrare, &
alter miſſam dicere, in fine ſignat contrarium, & ſol-
uit. ¶ Vltima gloſſ. not. per reſtitutionem purgari pœ-
nam; allegat 5. capitula, & 5. leges, primæ legis caſum
exprimẽs, ad contrarium alleg. tres leges, & primam
exprimit. Item obijcit, dat ſolutionem Ioan. cui re-
28 ſpondet; ponit opinio. demum ſoluit. ¶ In † gloſſ. [præ
ſumitur, ibi. §. illud] vide in capitul. cum parati, ſuper
tertia gloſſ. [ſic patet, ibi, quod ab initio] vide de ex-
cept. cum venerabilis, ſuper gloſſ. penult. [& ibi, Pom
ponius] infra, quod vtiliter geſtum, & neceſſe eſt apud
iudicem ratum haberi [& ibi, Si filiusfam.] filius vel fi-
lia illius, qui eſt captus apud hoſtes, ſi contrahit ma-
trimonium, tenet, dummodo coniugem eligat, cuius
conditionem certum ſit patrem non repudiaturum [&
ibi, per fundum] vide de ſentent. excommunicatio.
officij, ſuper prima gloſſ. [& ibi. §. vnus] ſi mihi
& tibi vnius hominis data eſt optio, ſi ego optaui,
& non mutata voluntate tu eundem optaſti, com-
munis eſt ſeruus, etiam ſi optaſti poſt mortem meam,
vel ſupprem de æquitate [& ibi, Si ego] vide de præ-
ben. accedens, in fine primæ gloſſ. ſequen. [& ibi, Si
quis offerenti] cum ſolui geſtori negociorum credito-
ris mei, refert, qua mente ſoluerim, an vt ſtatim libe-
rarer, an tunc, cum dominus ratum haberet. primo ca-
ſu ſtatim contradicere poſſum: ſecundo tunc iam pote-
ro, cum dominus ratum non habuit. ¶ In gloſſ. penul-
tim. ibi [quod duos] vide ſupra eodem, cum inter vni-
uerſas, ſuper vltima gloſſ. [& ibi, ſi conſul] vide de pro-
bati. ex literis, ſuper gloſſ. ſecunda. ¶ In gloſſ. vltima
[ibi. §. latis] vide hanc, & duas ſe. de foro competen. ſi
diligenti, ſuper gloſſ. nũquid [& ibi; Etiam ex hoc edi-
cto. §. penult.] qui alienat cauſa mutandi iudicij, & po-
ſtea recuperat, non tenetur edicto [& ibi, Raptori] vel
furi, vt in l. ſequẽti, qui ea mente, & ibi [§. Si rem depo-
ſitam] vide de depoſito, capit. ſecũdo, in ſecũda gloſſ.
[& ibi, Altius] hanc & ſe. vide de natis ex li. ven. capi-
tul. vno, ſuper vltima gloſſ. [& ibi. §. ſi rem] vide ſupra.
29 ¶ In gloſſ. prima † ibi [acquiritur] de hoc 63. diſtinct.
quãto, & repetit hoc Philip. quæ ibi no. Ioã. & de hoc di-
xi ſupra de poſtula. bonæ. 1. ſuper vltim. gloſſ. ¶ In. gl.
ſecunda ibi [In nomine domini] vbi de hoc. ¶ In gloſſ.
[ſic patet, in fine] vnde dicebant Innocẽt. & Compoſt.
30 quòd † ſiue periculum ſit in citando, ſiue quis nõ poſ-
ſit venire ſine periculo, præſentes eligunt: tamẽ in ſe-
b cundo caſu citabunt, vt impeditus committat [b] vi-
ces ſuas, ſi velit, infra eodem, quia propter. Hoſtiẽ. di-
cebat hic circa vocationem abſentium ſtari mẽti hu-
ius verbi. dicit tamẽ, quòd hoc de periculo dicitur re-
linqui arbitrio iudicis, cum nec certa regula dari poſ-
ſit, argum. infra de tranſla. capitul. fi. ¶ In gloſſ. [arg.
cõtra, in fine] dic vt ibi in quarta gloſſ. ¶ In gloſſ. [ſi
31 voluerit, in fi.] nec † eſt neceſſe expectari ipſorum re-
ſpõſum, ſufficit enim, quod vocati nõ veniunt, ſecundum
Ioã. & Vincen. licet contrarium videatur in it. dice, ſ. de
offic. deleg. prudẽtiam, dic vt ibidem Philip. & Gof-
32 fre. ¶ In gl. [præſumitur, in fine] dicit Goff. puto ſ nũ-
cio, & actis iudicũ ſtandum, niſi validæ probationes
offerantur ex aduerſo, alleg. infra de teſt. cum a nobis
quid

c quid autem de nuncio c dixerint hic Ioan. & Vincent. ſcripſi in Specu. de cita. §. ſequitur, ſuper ver. ſed nun-
d quid. d ¶ In gloſſ. ſic patet, ibi, quod ab initio, de hoc ſupra eodem, dudum. 92. diſtin. capitu. penul. plenius infra de re. iu. non firmatur, libr. 6. Hoſtien. hic diſtin-
33 guit † quadruplicem electionem, canonicam & concordem: nec canonicam nec concordem; concordem non canonicam: canonicam non concordem; & in hoc caſu dicebat locum gratificationi. prima nõ eget
e gratificatione. ſecunda vero & tertia ratificari e non poſſunt, infra capitu. prox. [& ibi. Sed contra videtur] quòd teneas ſecundum Goff. Philip. & Hoſtien. [& ibi, vt Ioannes] pro quo facit de regu. iur. ratum quis, libr.
34 6. Sed hic † non eſt propriè ratihabitio, ſed conſen-
f ſus, f vel in iure remiſſio, vt ibi not. quod patet: quia ratificato contempti non auget numerum, vt not. infra eodem, eccleſia, ſecundo & ibi, Vinc. dixit. Idem Phil. Goffre. Innocen. Hoſtien. Compoſt. & Abb. Item
35 ſecundum Innocen. Hoſtien. & Compoſt. † ſi lite pendente ſuper contemptu moritur cõtemptus, vel transfertur ad aliam eccleſiam, perit actio. C. ſi reus, vel accuſator mor. fue. l. fina. [& ibi, & Honore] ſed contra
36 † infra eodem, ſcriptum, vbi prælatis mortuis ipſorum collegia non habebant vocem. Sed dicit Hoſtien. aliud vbi viuente prælato fit electio eo contempto. Aliud, quando prælatura vacante fit electio maioris dignitatis, vt in contrario. Ratio, quia perſona viuens vocari poteſt, dignitas verò non, mortua perſona, nec conuentus ſuccedit in voce, vt notatur in contrario, & periculum eſt in mora, ſupra eodem cum inter vniuerſas [& in fine] & melius ſupra eodem titu-
37 lo, relatum. 2. Si † verò canonici, qui conſenſerunt, mortui ſunt, & alij ſubſtituti, dixit Ioannes Gallicus, quem Hoſtieſis hic vocat Ioannem Vulteranum, quòd non ſufficit hic, quòd contempti conſentiant, quia nõ inueniunt conſenſus, quos confirment, ar. ff. commu-
g nia prædiorum, eſt receptum, vbi ſi quidam g hæredes ceſſerunt viam, & mortui ſunt, non confirmatur ceſſio aliis cedentibus. Vincen. & Goffr. cum eodem contra. in ceſſione enim viæ vltima tantum valet, ac ſi omnes tunc ceſſiſſent, quando cedit vltimus. Sed in electione ſecus eſt, quia perindè habetur conſenſus illorum vltimò conſentientium, ac ſi a principio conſenſiſſent, vt ſic ſpectetur initium, ſupra eodem, dudum, & quia ſubſtituti cenſentur idem cum defunctis, 16. diſtinc. habeo. 7. quæſtione prima. denique. ff. de iudiciis, proponebatur. Idem Philip. infra capitu. bonæ, & Innocent. hic, & Hoſtien. ¶ In gloſſ. [ſed qualiter, ibi ordinum collationes] Philip. in decre. vltim. de tempo. ordi. tenet idem per illam rationem, quam de vnctione nota. Ioan. 75. diſtin. ordinationes [& ibi,
38 de hac materia] ſupr. & quare hora † tertia fiant ipſæ conſecrationes, vide quod dicam de celebra. miſ. capitu. primo, ſuper gloſſ. miſſam [& ibi, Hæc additio] & vt percipere potui, & a domino meo audiui, iſta fuit vltima additio, quam fecit gloſſator. vnde inſtruere ſoleo, quòd libri hanc habentes in contextu gloſſarum, veriſimiliter habent alias [& ibi, ſi Neceſſitas] Hoſtien. reſiſtit dicens, quòd non videt, qualis poſſit eſſe illa neceſſitas, cum præſentes ſint alii epiſcopi,
h nec ea h die poſſint ſacri ordines conferri, de tempo. ordi. capitul. primo, & 3. exponit ergo Tanc. ſcilicet in die conſecrationis, ad quod facit litera ſuperior. dicens, quòd ſolus Romanus pontifex in die &c. ¶ In gl.
39 pen. [in fine] tamen † alios clericos poteſt ordinare. ſi ſit inuitatus, ar. 7. q. 1. epiſcopi, vel presbyteri, & ſupra de ordi. ab epiſcopo, cap. 1. Ioan. & Vincen. Idem Innocent. ſupra eodem, ſuffraganeis, alleg. de renuncia. ad ſupplicationem. hic autem dicit Innoc. verius dici, quòd etiam de licentia diœceſanorum epiſcopale officium non exerceat prius, quàm habeat pallium, niſi de papæ licentia. & alleg. eandem decret. ad ſupplicationem. Mihi placet dictum Hoſtien. quòd extra prouinciam ſuam hoc poſſit, vbi non poteſt cenſeri archiepiſcopus, & ſic locum habet illatio textus. in prouincia verò ſua, in qua habet plenitudinem officij deſignandam per pallium, hoc non poterit pallio non recepto, per eandem rationem. ¶ In gloſſ. vltima ibi, ſi quis qualibet, ad duo præcedentia capitula reſpondet infra gloſſ. ad iſtud reſpõdet, vt ibi no. ad ſequentia reſpõdetur per no. I. de re. iu. mora. libro
40 ſexto [& ibi, ſine pœna eſt] Et † miles, qui in prouincia qua militat, emit agros, ſi dimittitur a prouincia priuſquam accuſetur, poſtea non accuſabitur. ff. de re militari, milites, Vincenti. & publicanus excuſatur a pœna, ſi vi arreptum ſpontè reſtituit. ff. de publi. & vecti. l. prima. §. primo, Gofred. no. 8. caſus, in quibus pœnam etiam iudicialem euadit pœnitens. Et vide quod dicam de iure patronat. cum laici, ſu-
i per i prima gloſſ. [& ibi, Dicunt quidam] Ioan. duodecima quæſtione ſecunda, apoſtolicos, & 17. quæſtione quarta, capitulo primo. Tanc. Vincenti. Philip. Goff. & ibi contrarium dico. Idem Hoſtien. & mihi placet.
41 ¶ Circa decret. obijcitur † de eo, quòd hic admittuntur exceptiones contra perſonam contra confirmatũ, immo & conſecratum, cum competens via agendi videatur eſſe hoc caſu accuſationis, vel denunciationis, infra de appellationi. conſtitutis, in fine propter quæ Innocenti. poſuit hic magnam gloſſ. quam Hoſtien. non curauit ponere, ſed Abbas in parte ponit. Compoſte. vero ipſum diffuſius proſequitur, dicens, quòd quia materia de exceptionibus admittendis, vel non contra electum, confirmatum, conſecratum, vel prouiſum eſt quotidiana: ideo plenius lu-
42 cidanda. Quærens † primo de exceptionib. contra formam, an poſt confirmationem opponi poſſint, & an impediant confirmationis effectum: diſtinguit autem ſic, aut fit cõfirmatio cauſa cognita præſentibus: aut non, primo caſu ſi non fuit appellatum, nullus de præſentibus auditur contra formam. acquieuit enim non appellando. C. quomodo & quando iudex. leg. penult. & de ſententijs, quæ ſine certa quanti. l. vltima. Idem de abſente, qui ſciuit negocium confirmationis tractari. Cum enim de iure prælationis hic
k agatur, fit præiudicium ſcienti. k ff. de vi & vi ar. l. ſæpe. §. nam & ſimilibus, infra de re iudica. quamuis, & maximè eccleſia, quæ eligendo conſenſit in ipſum, etiam ſi ignorauit cauſam agi, non audietur. infra eo. nulli, libro ſexto, nec enim intereſt eius de forma non ſeruata, dummodo prælatus bonus ſit. ſupra eo. cum inter R. de accuſationibus, illa. Item quia de forma fuit inquiſitum, vlterius non inquiratur de illa, infra de accuſatio. de his, cum concordan. Si his caſibus non admittuntur poſt confirmamationem, multominus poſt conſecrationem nec obſtat hoc capitulum: quia hic agebatur per viam accuſationis, vel denunciationis, quæ poſt conſecrationem fieri poſſunt, infra de dolo & contuma. cum olim: vel fuit ſuperioris officium imploratum ſuper contemptu, & alijs, qui papa propter regis & aliorum ſcandalum audiuit. ignorans enim cauſam confirmationis agi, poſt confirmationem, & conſecrationem poteſt proſequi contemptum implorando iudicis officium, infra qui matri. accuſa. poſſunt, cum in tua. oportet tamen, quòd appareat probabilis ignoran-
43 tia, vt ibi, & ff. de accuſat. ſi cui. ſunt † tamen, qui dicunt, quòd contemptus non habet iudicis officium, ſed ſolum exceptionem contra eum, qui petit conſecratio-

crationem, vel confirmationem; alij dicunt hic auditum ope appellationis; alij, quòd hic excipiebat contra petentem pallium; & circa hoc vide quod dicam infra eodem, venerabilem, ſuper verſic. examinatio circa contemptum. vide quod dicam de his, quæ fiūt
l a prælat. continebatur, ſuper gloſſ. argum. [l] quod, & quòd diſpenſatione non egeat, dicam de cleri. peregri.c.fi.in gloſſ.penult. dicit autem Compoſt.hoc certum, quòd ſi contra electionem, vel prouiſionem eſt appellatum etiam abſentibus, qui hoc ſciuerunt, per confirmationem fit præiudicium.infra eodem, capit. primo, libro ſexto.contra prædicta eſt infra eodem, cum dilecti, vbi poſt ſolennem confirmationem admittuntur probationes contra formam. Solutio, ibi fuit apppellatum, vel fecit illud ſuperior ex officio propter rationem ibi expreſſam, ne per ſurreptionem &c. In ſecundo caſu, cum facta eſt confirmatio cauſa non cognita, dicit Compoſt. quòd aut non repentè; & tunc etiam non admittetur excipiens contra formam: quia cum valuerit confirmatio, quod valuit, infirmari non debet. Si vero repente, dicit ſe obtinuiſſe in cauſa ſancti Adomarij, cuius electus ſecunda die repentè fuerat in præpoſitum confirmatus, quòd audiatur excipiens contra formam, qui matri.accu.poſt.cùm in tua, & vide quod dicam de dolo & contumac. cum dilecti, in
m prin. de cauſa poſſ.cum olim, in gloſſ.magna, vltra [m]
44 medium. Interim † tamen non impeditur effectus confirmationis, niſi in caſibus, de quibus infra dicetur: probato verò per excipientem, hoc caſu vitio formæ caſſabitur confirmatio, & omnia ſecuta. ſupra eo. capitul. qualiter ab excipiente poſt confirmationem, & ideo dicit vicium improbandum; quia ſicut quis
n non cogitur dicere titulum poſſeſſionis, [n] ſic nec confirmationis, niſi fuerit appellatum: quo caſu probabit confirmatus ſententiam iuſtam, de hoc de renuncia.in præſentia. vbi verò hoc accipitur ante confirmationem, probet electus, non excipiens, qui negat, ſupra eodem, bonæ, & vide quod dicam infra de dolo & contu.cùm olim, ſuper verbo, collatio.
45 not. tamen † Innocenti. de eo, qui fur.or.re. capitul. ſi. ꝙ huiuſmodi ſolennitates electionum per præſumptiones probātur: quia quod quis extra iudicium facit ſpectans ad ſuum officium, præſumitur bene factum niſi probetur contrarium. C. de contrahen. ſtipu.l.prima & penult.ff.de verborū obligatio.ſciendum. Quare dicit, quòd allegans in electione non factum ſcrutinium, vel collationem, vel communem electionem, habebit probare, ex quo de poteſtate eligentium, & electione conſtat, ff.de probat.ab ea parte, ſecundo reſpon. Sed cum ſolennitatum probatio per præſumptiones procedit, facilè per alias præſumptiones tolluntur, infra de præſumpt. quia veriſimile. Dicit Compoſt. ſecurius eſſe, quod dixit ſupra, ſecundum quem l.ab ea, & alia iura prællegata parum faciunt, quia loquuntur, vbi ſcriptura interuenit, & regulariter qui ſolennitatem allegat, eam probet. ff.de publici. quæcunque. §.vltimo, & ei, qui dicit, incumbit onus probandi, ſupra de probationibus. l.ſecunda. Item certum eſt, quòd in iudicio ſecundum eum nil creditur, niſi quod conſtet per acta, infra de probat. quoniam. Item extra iudicium, vbi ſcriptura requiritur, de ſentent.excommunicationis, cum medicinalis. decima quæſtio. ſecunda, hoc ius, verſicul. Item prædium, & verſicul.ſequen. vel vbi ius dicit formam probandam, de ſentent.excommun.ſacro. hoc autem certum eſt, quòd excipiens crimen in perſonam ante, vel poſt confirmationem, ſemper probare debet: quia quilibet præſumitur bonus, niſi probetur
o contrarium, de præſumptioni. [o] capitulo finali, licet vtrobique ſuperior ex officio poſſit inquirere, ſu-
46 pra eodem titul. cum nobis. ¶ Sed quæritur, an teneat confirmatio ſine cauſæ cognitione, & de hoc etiam ſatis in prælleg. decreta. cum olim, & an ea ſit neceſſaria ſecundum formam decret. vltimæ, infra eodem titulo, libro ſexto, aliter non valet confirmatio, vt ibi: quia facta ſine alia cauſæ cognitione teneret confirmatio non contentioſa. In contentioſa verò, ſuper qua vult pars iudicium ordinare, neceſſaria eſt cauſæ cognitio, ſine qua confirmatio non teneret. C. de iudiciis, iudices. C. quomodo, & quando iudex, ea quæ de
47 prouiſione † verò quam facit is, qui eodem iure eligit, & confirmat, certum eſt, quod tenet, cauſa non cognita ſecundum Innocent. & Compoſt. & facit quod not.
48 in prællega. decret. vltima. ¶ Item † quęritur, an teneat confirmatio electionis, quæ eſt nulla, & an confirmatus ſit prælatus? ad primum videtur, quòd non,
p infra capitulo proximo. Solutio, velet? quò ad adminiſtrationem, vt valeant quę gerit, ſicut tenet confirmatio adoptionis, quæ non tenet. ff. de adoptioni. Idē in confirmatione ſententiæ, quæ non tenet. ff. quæ ſententię ſine appellatione recipiantur. l. 1. §. primo, ad inſtar tutoris dati ab eo, qui non habet ius dandi, vt not. in ſumma. C. de confirmando tutore. Alii diſtingunt nullitatem, an proueniat a iure poſitiuo tantùm, an a naturali, de quibus infra dicam, vt primo
49 caſu valeat, ſecundo caſu non valeat. ¶ Ad ſecundam † quæſtionem dico iuriſconſultum de ſimili quæſtione quęſitum non reſpondiſſe: ſed dixiſſe per eum acta valere, ff. de offi. prętor. l. Barbarius. hęc fuerunt verba Innocen. infra eodem cum dilecti: & poteſt dici eum non pręlatum, quodcunq; illorum non teneat, ſcilicet confirmatio, vel electio. 40. diſtinct. per totum. 1. quęſtio, prima. ordinationes: & ſi dicas, quomodo valeant quæ gerit, ſi non eſt pręlatus? reſpon. ex bono & ęquo propter communem ignorantiam, & poteſtatem adminiſtrandi, quam per confirmationem recepit; ad hoc ff. de publica. ſunt & aliæ. §. ſi. de iureiur. ſed & ſi aliqui: tamen forte bene diſtinguūt nullitatem, vt ſupra tetigi, an proueniant a iure natu. vt quia deeſt conſenſus eligentium, vel eligere debentium, vt in intruſo, vel ſimoniaco ſecundum Innocen. & tunc confirmatio nec facit prælatum, nec adminiſtrationem dat, nec facit geſta valere, & ſic ſine conſenſu cætera fruſtrantur ad inſtar matrimonii carna-
q lis. 26. quęſtio. ſecunda. ſufficiat. [q] aut a iure poſitiuo tantùm, vt quia non interuenit collatio, vel communis electio, quo caſu confirmatio facit eum pręlatum, & quę per eum geſta ſunt, facit valere. hanc diſtinctionem tangit quędam additio, quam videbis, de cle-
50 rico excommunicato. cap. fin. Si verò † quęras, an talis pręlatus non canonicè electus teneatur cedere, reſpondetur cum Innocen. quòd electio dicitur canonica largè, ſtrictè, & ſtrictius. dicitur canonica ſtrictius, quando omnia interueniunt, etiam quę ſunt de ſolennitatibus iuris, & ſic loquitur 63. diſtinctio. cap. 1. Strictè verò, vbi ea, quę ſunt de ſolennitatibus, omittuntur, vt quia facta aliquo contempto, ſed omnia quę ſunt de ſubſtantia, interuenerunt, vt quia plenè ſeruata eſt forma concilii, quia propter. largè verò dicitur canonica, quando non eſt ſeruata forma: tamen interuenit conſenſus eligentium & electi. poteſt igitur dici, quòd ſi electio non eſt canonica ſecundum hunc vltimum modum, prælatus renunciare tenetur: quia maritus non eſt, ex quo non interuenit mutuus conſenſus, per quem nunciatur ſpirituale matrimonium inter prælatum, & eccleſiam, infr. titul. pri-
51 mo, quanto. & poſito, quòd deſit initium, deeſt initiatū, ſcilicet matrimonium ſpirituale, ar. 1. q. 1. principa.

52 tus. ¶ Sed nunquid hoc caſu ſequens conſenſus eligé-
tium purgauit vitium, vt non teneatur cedere? quod
videtur procedere, ar. ȷ̃. co. quod metus cauſa. c. 1. C. e.
tit. l. 2. cõtrarium videtur verius, quod non purgetur,
& quòd teneatur cedere, ex quo dolus ipſius interue-
nit, vt quia fuit intruſus, talis enim executionem non
habet. 16. q. 7. ſi quis, & c. ſequenti. quare cedere tene-
tur. ȷ̃. de renuncia. niſi. §. 1. præterea ingreſſus vitioſus.
1. q. 1. ſi quis neque. & hoc placet Innocen. etiam ſi cir-
ca vnum ſolum electorem compellendum interuenit
s dolus ipſius electi. [s] Idem, ſi vnum ex eis pro ſe rogaſ-
ſet. ȷ̃. eo. per inquiſitionem. ſed ſi ſine dolo ſuo fuiſſent
vnus, vel plures compulſi, tamen maior pars erat illũ
electura, non videtur quòd teneatur renũciare. De do
lo verò mente cõcepto, puta quia ſic feſtinauit electio
t nem exiſtimans [t] ſe tunc eligendum, & ſi tardaretur,
putabat contrarium, vel his ſimilia: vel eſt dolus cõce
ptus in obſequijs exhibitis, ſufficit pęnitere, nec renũ-
ciare tenetur, de ſimonia. c. vltimo. Melius videtur,
quòd ſiue dolus ſit mente conceptus, ſiue extra ad vèr
ba & actus tranſiuit. ſemper, acta pęnitentia, remanet
ſecurus in beneficio. licet enim peccauerit in ingreſ-
ſu, propter hoc renunciare non tenetur, vt in præ. c. vlt.
ſm Inn. qui non reſtringit hoc, quòd poſſit in ſuſcepto
remanere ad peccatum ſolum mente conceptum. imò
idem, ſi ſit per verba & opus emiſſum: & illa decr. locũ
habet in ſimonia tantum: mente concepta. de dolo au
tem in confirmatione, vel conſecratione commiſſo di-
cam ȷ̃. de dolo, cum olim, in gl. contra metus autem,
ſi ex eo principaliter habuit eccleſiam, facit, quod il-
lam retinere non poſſit, cum non fuerit liber conſen-
53 ſus, de ſpon. cum locum. Si † verò electio non ſit cano-
nica iuxta modum ſm pp omiſſas ſolennitates iuris
poſitiui, valet tamen de iure naturali propter conſen-
ſum, tunc cedere non tenetur. idem dixi poſt Hoſtié.
de accu. c. ſi. in prin. ſicut iniuſtè condemnatus ad reſti
tutionem rei ſuæ, quãuis de iure ciuili reddere tenea-
tur: tñ quia dominus remanet, non peccat illam tenen
do, niſi de facto ſibi auferatur per iudicem, vel dari
præcipiatur, ar. ff. de condi. inde. l. Iulianus. ceſſant. n.
cauſæ iuris poſitiui introducti propter lites vitandas,
quas incurrebant eccleſiæ propter formas non ſerua-
tas. Sed ex quo confirmatus & cõſecratus eſt, lites ceſ-
ſant, & ſic ius poſitiuum redit ad naturale, quod faci-
le ſit. 35. diſtinct. ab exordio, & hoc ſecundum Innocẽ.
vbi non lęditur honeſtas eccleſiæ, & ipſius generalis
ſtatus, quod eſſet, ſi rediretur ad ius illud, quòd conſo-
brini licitè contrahant, vel ꝙ irregulares maneant in
ordine. dicit hic idem Compoſt. de ſuſpenſo, vel ex-
communicato, vel obnoxio tali peccato, quod facit
electionem nullam, vel anullandam, ſcilicet ꝙ talis
confirmatus [t] cedere non tenetur, niſi tempore ordina-
tionis, vel electionis tacuiſſet irregularitatem. inf. de
cor. vici. c. ſi. vel niſi peccatum illud impediret execu-
tionem officij poſt pœnitentiam. inf. de renuncia. niſi
§. perſonæ. & vide quod dicam de conceſs. præbend.
poſt electionem. in gl. deuoluitur, in fin. Si vero excom
54 municatus † erat confirmans, vel prouidens, vide de
dolo & contu. veritatis, in gloſſ. excommunicatus, vel
ſic. in ſpiritualibus autem. nec mireris, ſi tractu tempo
ris ſit valida electio prius nulla, quia non erat nulla
iure naturali, vt dictum eſt. Item hic non eſt ſolius
temporis tractus, imò confirmatio, & fortè conſe-
cratio, argum. in auct. de nup. §. quando, in fine. C. de
donatio. l. donationem, & C. ſi matrimonium fac. ra.
55 habu. l. 1. Innocẽ. tamen † videtur his contrarium no-
taſſe inf. eo. cum dilecti, & ibi etiam videtur ſibi con-
trarius. vnde contrarietas poteſt ſaluari ſecundum
prædictam diſtinctionem. nec obſtat de dolo & con-
tuma. cum olim, vbi poſt conſecrationem quæritur
de forma non ſeruata, quia licet poſſit agi, non nega-
tur, quin bona conſcientia poſt pęnitentiam retine-
re poſſit. ſic etiam criminoſus poſt pœnitentiam accu
ſatur, de hoc ȷ̃. de accu. de his, de tempo. ordi. cap. ſi.
56 ¶ Sed † nunquid admittetur excipiens contra perſo-
nam poſt confirmationem etiam cum inquiſitione fa
ctam? Solutio, ſi reſtat conſecratio, vel ordinatio fa-
ciẽda, admittitur. ȷ̃. de accu. ſuper his, in auct. quomo
do oportet cleri. §. ſi quis autem. ſed ſi crimen, quod
obiicitur poſt confirmationem, in cauſa confirmatio-
nis fuit obiectum, & plene diſcuſſum, vlterius de illo
u [u] non poterit excipi. ȷ̃. eo. cum dilecti. 25. q. 9. veniam.
ff. de popularibus actio. leg. 3. quia de facto vnius ho-
minis & c. de officio legati, licet. & faciunt no. de acc.
de his, quæ hic repetit Compo. arguẽs illa locum ha-
bere in exceptionibus, quæ proponuntur contra con-
firmationem, cum ſint quædam accuſationes, in auct.
qũo oporteat epiſco. §. ſi quis autem, de ſanctiſ. epiſco.
§. ſi quidem, & de ſimilibus idem iudicium, de trãſla.
x c. [x] 2. prædicta ſecundum Compoſt. indubitanter ſunt
vera, quando poſt confirmationem cauſa cognita fa-
ctam is, qui in cauſa non fuit, excipit contra ordinan-
57 dum, vel cõſecrandum. ¶ Sed quid de illo, qui fuit in
cauſa; nũquid excipere poterit contra ordinandum,
vel cõſecrandum? videtur quod ſic, per ca. quod ſuper
his, & per §. oportet. aliud eſt cõfirmatio, quam con-
ſecratio, & requirit quælibet ſuam examinationem.
inf. eod. venerabilem. cum igitur ſint diuerſa, proceſ-
ſus in vno factus non impediet proceſſum in alio fa-
ciendum. nec obſtare poteſt res iudicata, cum de cri-
mine, quod nunc opponitur in cauſa confirmationis,
non fuerit concluſum. ff. de exception. rei iudicat. ſi
quis, infra de exceptio capitul. penultim. ad hoc
infra titul. 1. licet. dixit Compoſt. melius videri, quod
non admittatur is, qui fuit in cauſa confirmationis, &
facultatem habuit excipiendi, & maxime excipiens ſi
tunc habuit terminum ad articulandum, & opponen-
dum quicquid vellet, arg. infra de probatio. licet. C.
de inge. manu. diffamari, niſi doceat ſe ignoraſſe ut in
y capitul. cum in tua, & in leg. ſi cui, [y] maxime quia ius
iam quæſitum contra eum per confirmationem fa-
ctam eo contradicente læditur & tollitur per proba-
tionem exceptionum, quæ fiunt contra conſecrãdum.
debet ergo obſtare exceptio rei iudicatæ, ex quo ius
confirmationis nõ remanet ſaluũ. ff. de exceptio. rei iu-
dicat. leg. egi. ff. de ſeruitu. ruſti. prædi. ſi mihi. hæc ve-
ra, niſi iudex ex noua cauſa hanc exceptionem con-
tra conſecrationem, vel ordinationem vellet admit-
tere. infra de offic. delega, inſinuante. ff. de interrog.
58 actio. de ætate. §. ex cauſa. Si † vero poſt confirmatio-
nem nõ reſtat conſecratio, vel ordinatio, vt quia iam
eſt conſecratus, vel ordinatus, tunc per uiam accu-
ſationis, vel denunciationis, vel inquiſitionis neceſ-
ſe eſt illa crimina opponi, de accu. qualiter, & c. inqui
59 ſitionis. Si † vero conſecratio facta nõ eſt, nec reſtat
facienda, vt in archidiaconatu, prępoſitura, & ſimi-
libus, & tunc ſi cauſa cognita facta eſt confirmatio,
vel prouiſio, non admittuntur vlterius exceptiones cõ
tra formam, vt dictum eſt circa principium huius glo.
Multo minus contra perſonam: quia ſunt magis odio
60 ſę. Si autem † talis dignitatis, vel beneficii facta eſt
confirmatio, vel prouiſio cauſa non cognita, refert,
an agat poſſeſſorio, & tunc exceptio criminis non im-
pedit reſtitutionem, de reſtitu. ſpoliator. item cum
quis: aut agit petitorio, & tunc obiectus criminis
effectum collationis, vel confirmationis non impe-
dit, niſi dicatur de illo infamatus, de appella. con-
ſtitutis, de accuſ. accedens. Sed ſi dicitur infamatus:

aut petit agens beneficium, in cuius poſſeſſione iam
fuit, & tunc non impeditur, vt præ. decret. Item cum
quis, de ca. poſ. cum ſuper, & C. de dona. inter vir. &
vxo. ſi maritus, & decre. accedens, loquitur in illo, qui
z nunquam habuit poſſeſſionem [a] & hæc vera † niſi op-
61 poneretur exceptio, per quā diceretur ipſo iure [aa] pri-
aa uatus, vt hæreſis, depoſitio, & ſimilia, ar. 8. diſ. quo iu-
re, de reſti. ſpolia. accepta. Sed ſi excipitur de crimini-
bus, quæ non inducunt pœnam priuationis ipſo iure,
licet ſint grauia, vt homicidium, periurium, adulte-
rium, non audietur excipiens probare volēs. C. de pro
batio. ad probationem. propter id, quod de homi. di-
xi, vide quod dicam poſt Innocen. de conceſ. præb. cū
bb noſtris, in glo. ergo vacabat, circa [bb] fine. n. Ex his vi
detur audiendus excipiens, quod agēs matrimonium
contraxit, cum per id videatur beneficio renunciaſ-
cc ſe, de cler. cōiu. c. [cc] 1. & 2. & c. cum decorem, ar. præ-
di. decre. accepta. Alii contra. vide de exceſ. prælat.
62 inter dilectos. in gloſſ. non ſolum. Si † vero agitur
de beneficio, cuius poſſeſsionem agens non habuit,
exceptio criminis ſine infamia non impediet effectū
prouiſionis, vel confirmationis, per quæ plenum ius
habet, ex quo de iure nil faciendum reſtat, ſcilicet nec
conſecratio, nec ordinatio, ſed ſola facti poſſeſſio, vt
in præalleg. decr. conſtitutis, & accedens, tunc igitur
neceſſaria erit accuſatio, vel denunciatio. ff. de mune-
ri. & honori. reſcrip. §. ſi quis accuſatore. n. Si enim nō
haberet plenum ius, ſed ſolum eſſet electus, vel recipi
peteret per literas papæ, admittentur exceptiones cri
minum contra eum, quod dic, vt inf. de except. cum
63 eccleſiaſticæ, & ī. capitul. 1. libr. 6. Si † vero opponitur
exceptio criminis cum infamia, tunc ſi excipiens an-
te confirmationem, vel prouiſionem habuit faculta-
tem excipiendi, vt quia ſcienter ipſo denunciauit pro-
uiſor ſe velle prouidere tali, non impedietur con-
firmationis, vel prouiſionis effectus, etiam ſi crimen
obiiciens accuſaret, vel denunciaret, ad hoc prædicta
decret. cum in tua, audiretur tamen prædictis modis
poſt poſſeſſionem adeptam, vt in capitulo. conſtitu-
64 tis. Quid † autem ſi in hoc caſu, vel præcedenti repul-
ſus apparet, Compoſt. remittit ad not. ī. eod. ſtatui-
mus. Sed ſi non habuit facultatem excipiendi, vt
quia ignorauit confirmationem, vel prouiſionem, vel
fuit aliter impeditus legitime, tunc propter infamiā
impeditur poſſeſſio, vt in cap. accedens. nec mirum,
quia, iam poſſidens propter infamiam ſuſpenditur. 2.
quæſ. 5. presbyter. alii dicunt, & forte bene ſecundum
Compoſt. quod etiam hoc caſu repelletur exceptio,
ſed dabitur actio per iura prædicta, ſed differtur tunc
poſſeſſio infamati, donec ſe purget per d. cap. presby-
ter, & de purg. cano. inter. Sic etiam videtur loqui de-
dd cret. accedens. [dd] dicit tamen Compoſt. primum di-
ctum ſeruari, ſcilicet quod qui non habuit facultatem
excipiendi, audiatur excipiens de crimine cum infa-
mia a contrario decre. accedens, ibi, niſi præfatus, &
65 cætera. Inſtruit autem † iudicē, ne ſimul recipiat pro-
bationes criminis, & infamiæ; aliter facile eſſet exci-
pienti, vt admitteretur ad probationes criminis, con-
fingere infamiam, Sed prius recipiat probationes in-
famiæ, de qua ſi conſtiterit per rei euidentiam, vel
per teſtes, vel per ſententiam, tunc admittatur pro-
batio criminis, quod ſi non probetur, indicatur pur-
gatio, vt in cap. accedens. ſi probatur, amouebitur
confirmatus, vel prouiſus, vel iuxta formam libelli
66 ſui ſibi ſilentium imponetur. ¶ Sed pone, ſicut mo-
ris & iuris eſt, datus eſt peremptorius ad proponen-
dum, quicquid pars vult proponere, de probat. li-
cet. ī. de in integ. reſ. coram. C. de inge. ma. diffamari,
& qui accu. non poſſunt, ſi ea pars poſt terminum exci-
pit de crimine, ad quod excipiendum admitteretur,
ſi non obſtaret terminus, & ne obſtet, dicit id de no-
uo ad ſui notitiam perueniſſe, & vult iurare; Quæri-
tur, an ſit admittenda? hanc quæſtionem vſque ad ver
ſic. ſed quid, & in ſi. huius gloſſ. ibi not. vltimo, quaſi
ad literam ponit Spec. de except. §. dicto, verſicul. ſed
pone, datus; quod videtur, argum. de except. paſtora-
lis, de reſti. præſentium. ff. de nou. ope. nunc. de pupil-
lo. §. qui opus. dicit Compoſt. obtentum per primam ru-
67 ra, quod non admittatur; quia peremptorium † eſt
quædam interlocutio. ff. de arbit. qualem, in ſi. quæ re-
uocari non debet iure per ipſam partibus iam acqui-
ſito, niſi de quadam quaſi reſtitutione, vt in præ. cap.
coram. Sed ad opponenda crimina denegatur reſtitu-
tio. vt infra remittam. nec ſubeſt cauſa reuocandi,
imo ſubeſt non reuocandi, ne ſcilicet via crimioſis
aperiatur. ff. de accuſ. ſi cui. in princip. Item ex contra-
rio pateretur via periurijs, & malitijs, nec eſſet finis
litium contra mentem iurium. Item in caſibus, qui-
bus, vt prædixi, nō admittitur excipiens, niſi de famo-
ſo, eſſet excipiens ſibi contrarius dicendum famoſum,
& quod de nouo didicit, & ſic repellendus, de appell.
ee ſolicitudinem [ee] nec † obſtat decret. præſentium. &
68 l. de pupillo, quia ibi non fuit aſſignatus peremp to-
rius. nec obſtat decret. paſtoralis, quæ non loquitur
de peremptorio, nec de peremptorijs exceptioni-
bus. Cum ergo hæc duo ſint contra rationem,
quod ſtetur in [illegible], & quod poſt
peremptorium admittatur [illegible] ad conſequen-
tiam non trahetur ad peremptorias exceptiones, &
poſt peremptorium, de quib. [illegible] quitur. ff. de le-
ff gi. quod non ratione infra de [illegible] [ff] lib.
69 6. Quod † tamen dixi de crimine famoſo, idem dic de
alijs, dicunt tamen quidam in non famoſis, quòd ſi ex-
cipiens per aliq. tales veriſimilitudines poſſit iudic. in-
informare, quod de nouo ad ipſum peruenerint, au-
dietur, argum. ff. d. accu. ſi cui. §. iiſdem, de re militā-
ri, nō omnes. §. a barbaris. famoſæ verò ſunt plus odio-
ſæ, & ſic plus reſtringendę. infra de reg. iur. odia, lib. 6.
tu dic in tribus caſibus talem admitti, qui habētur eo-
dem titulo, vt circa, verſiculo, alioquin, libro ſexto, &
70 Clemen. eodem titulo, conſtitutionem. ¶ Sed † quid
dices de eccleſia litigante ſuper beneficio excluſa per
peremptorium de iure communi, nunquid reſti-
tuetur ad proponenda, & probanda crimina? dicit
Compoſt. obtinuiſſe, quòd non, & ipſius gloſſ. ad li-
teram vide in Specu. ſecundæ partis, de reſtitutione
in integrum. §. ſecundo, verſiculo, ſed pone eccleſiā.
71 Item † quod dixi prouiſionis, vel confirmationis effe-
ctum non impediri, niſi certis caſibus, verum eſt, quā-
do petitur beneficium vt collatum, vel collationis,
72 vel cōfirmationis executio, vel poſſeſſio. ¶ Sed † quid
ſi petatur prouiſionis confirmatio, vel declaratio,
quod beneficiū ſpectet ad agentem? videtur aduerſa-
rius admittendus ad opponenda crimina, & omnia,
per quæ petita non fiant, iuxta not. de reſcript. man-
datum. alijs videtur forte bene ſecundum Compoſt.
quòd non refert, an petantur executio, poſſeſſio, con-
firmatio prouiſionis, vel declaratio. nam licet verba
73 ſint diuerſa, per nullam † tamen harum formatum agi
tur, vt ius conſtituatur in re. cum igitur ſit eadem ra-
tio, ergo idem ius. ff. ad l. Aquil. illud. licet enim per
confirmationem electionis petatur ius conſtitui, per
confirmationem tamen collationis non, ſed ſolum
74 declarari. ¶ Sed † quid ſi contra prouiſum agitur,
vt caſſetur prouiſio, vel collatio ratione criminum
dicit Compoſt. ſi non fuit appellatum, repelli agen-
tem, cum ex quo plenum ius habet, oporteat accuſa-
re, denunciare, vel inquiſitionem proſequi, vt ſæpius
dictum

gg dictum eſt, vide quod dixi, ſup. e. querelam. gg in prin. Si verò fuit appellatum a prouiſione, admittetur prædicta petitio ſuper illis tãtùm criminibus, propter quę fuit appellatum, remittitur ad ea, quæ no. inf. eo. ca. 1.
75 li. 6. ver. ſed nunquid appellans. Quid de † excep. quæ afficiunt litteras, vt beneficiorũ pluralitas, ſurreptio, & his ſimilia, an impediẽt effectum prouiſionis? dicit Comp. ꝙ ſic: quia cum titulum habeant ex reſcripto, quod dicitur vitioſum, ex eo, cum effectu non aget, de reſcri. conſtitutus, de decimis, ex multiplici. ff. pro em
hh pto. l. 2. §. quod a pupillo hh obiectus † verò criminis, vel defectus nõ afficientis litteram, ſed perſonam nõ
76 admittetur, niſi opponatur infamia; vt ſæpius dictum
77 eſt. No. vlt. Compo. ꝙ † ſi iudex vehementer pręſumit malitiam excipientis, poteſt & debet facere ꝙ excipiens aſtringat ſe ad certam pęnam ſoluẽdam aduerſario, ſi deficiet in probãdo: aliter exceptiones nõ admittãt, de accuſa. ſuper his. inf. e. cum dilecti, de teſti. ſpolia. litteras, poſſunt ẽt eſſe tam violẽtæ præſumptio
ii nes ꝯ excipientem, ꝙ illum ii repellet, C. de fal. l. 2. de reſtitu. in integ. ſuſcitata, de coceſ. præb. poſt electio-
KK nem kk vbi iuxta ſanum intellectum exceptio renun
ll ciationis alias legitima propter præſumptionẽ ll malitię fuit expulſa, & hoc maximè ꝯ exceptiones odioſas criminum, vel defectuum. infr. de re. iur. odia, li. 6.

ADDITIONES.

a ¶ Nunciari. vide quomodo hic referat pulchrè Panor. iſta dicta Ion. pro ſingulari, vide etiam pulchrè per Lud. Rom. in ſingularibus ſuis in 15 charta.

b ¶ Committat. Vide glo. & Io. And. ſup. eo. cum inter vniuerſas.

c ¶ Nuncio. Vide per Barto. in extrauaganti ad reprimendam, in verbo per nuncium, & vide Ale. & Moder. in l. ſciendum. ff. de verbo. obligatio. & vide etiam late per do. Feli. in cap. quoniam contra falſam. infra de proba.

d ¶ Nunquid. Et vide Bar. in l. 1. de offi. præ. vrbis.

e ¶ Ratificari. Poteſt dici ad iſtud contrarium. quòd hic electio iſta non eſt ipſo iure nulla: ſed habet ſubſiſtentiam de ſe, ideò tex. dicit infirmandam, ideò cõſenſus ſuperueniens ratificat, in c. lcq. erat ipſo iure nulla, ideò approbatur, ad hoc Inn. & ſcripſi ſupra, de conſue. cum conſuetudinis, Arch.

f ¶ Conſenſus Facit quod no Bart in l. 1. § ſed & cum quis. ff. de vi, & vi arm. & vide in l. ſi pupil. §. ſed ſi ego. ff. de neg. geſt. & l. ſi fundum, §. 1. ff de pigno.

g ¶ Quidam. No. in hac glo. in ſi. canonicum non habere ſucceſſionem. in contra. videtur tex. in c. relatum, ver. reſpõdemus, de teſtam. ibi, vel ſucceſſio, & ibi ſcripſi, Archid.

h ¶ Nec ea. Quia conſecratio epiſcoporum fit in dominica. 75. diſtin. ordinationum.

i ¶ Super. Vide Bar. in l. qui ea mente, ff. de fur. & ibi vide no. ſol. ad l. 1. §. 1. ff. de ſeruis fugi. Ad materiam faciunt iura alle. in gl. cauſam perdant, in c. ſi diligenti, de foro compe.

k ¶ Scienti. Vide ibi Bar. qui hoc dicit fore verum, quando præſens damnatur, non quando abſens.

l ¶ Argu. Et infra eo. cum dilectus, in glo. no. quod per Io. And.

m ¶ Vltra, & quod no. gl. & ſuper illa Ioan. And. in c. ſi. eo tit. li. 6. quæ incipit, dicebamus.

n ¶ Poſſeſſionis. Vide do. Iaſo. in l. legatum, circa medium, verſi. 3. per iſtum tex. &c. ff de eden. vide etiam dominos de Rota in deciſ. 4. in nouis, in vltima colum.

o ¶ Præſumptio. Vide gl. ſuper verſi. ſciente, in c. ſi forte, de elect. lib. 6. & Bart. in l. ſi prius. ff. de oper. no. nun. defectus autem qui non ſapiunt crimen, vt minoritas, ſcientia, & ſimilia quis probet, vide Ioan. And. in c. infamibus, de reg. iu. lib. 6. in Mercu. & Bar. in l. de ætate, ff. de minor.

p ¶ Valet. Adde bonum tex. in ſimili in l. fin. ff de prædi. minorũ, vbi probatur, quod ex actu nullo aliquando aliquid ſequitur, de quo vide pulchrè p do. Fran. de Are. in l. diuortio. ff. ſol. ma.

q Sufficiat. Vide d. Bar. de Sal. in l. 1. C. de teſta.

r Electi. De ſuperiore autem an diſpenſando neget vitium, vide Ioan. And. ſup. eo. innotuit, in glo. not. vel ſupra eodem dudum, ſuper gloſſ. talis.

ſ Exiſtimans. Facit, l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſam.

t Confirmatus. Vide gl. in c. 1. de exceſ. præl. & Ioan. And.

u Illo. Vide Inn. de ord. cogu. c. ſi.

x Capitulo. Idem no. Io. An. ſupra eo. ſuper eo. ſuper glo. ſi.

y Si cui. ff. de accu. & ibi vide plenius Bart. in § eiſdem.

z Poſſeſſionem. Vide Io. And. in c. inter dilectos, in gl. no. non ſolum, de exceſ. præl.

aa Ipſo iure. Vide Gemi. in c. relatũ, per d. Iaſ. poſt Bal. vt ibi p eũ in l 3. in §. hæc autem pœna, quod quiſque iuris in alium ſta.

bb Circa. Et in c. infra prox. ſuper glo. fin. ver. ſed quid ſi.

cc Capitulo. Ibi vide gloſ. & Ioan. An. & gl. in c. qualiter, de cler. non reſid.

dd Accedens. Ibi vide Io. An. poſt Hoſt. qui tenet, quod ſequitur.

ee Solicitudinem. Facit quod no. Bar. in l. de minore, ver. quæro, ſi teſtis interrogatur, ff. de quæſtio.

ff Iure. Ad materiam huius q. uide plenius Bar. & Bal. in l. properandum, in prin. de iudi.

gg Querelam. Et per Io An. de ſepul. certificari, in quæſtio. penu.

hh Pupillo Vide gl. pe. in c. 1. de lit. conte. li. 6. & Io. An. in c. ad audientiam, ſuper gl. ad ſi de reſcr.

ii Illud. Adde & vide quod no. glo. in c. ſtatutum; §. in perferendo de reſcri li. 6. in ver. expo.

kk Electionem. Ibi vide Ioan. And. in gloſſ. ſententiam:

ll Præſumptionem. Vide multas remiſſiones accumulatas ad iſta dicta per dom Fel. in c. de cætero, de re iudi. & vide Panor. in c. poſt electionem, poſt Innoc. ibi etiam per ipſum relatum. inf. à de conce. præben.

SVMMARIVM.

1 Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec ratificari poteſt.

2 Diuiſio capituli.

Lectionis huius decretalis ab ea, quæ eſt in regeſto, ibidem. & num. 9. ver. cum ſubdit.

3 Facti ſpecies, vel caſus.

4 Appellatio iuſta reddit electionem poſtea celebratam nullã, quam quidem appellationem etiam, qui non appellauit, poteſt proſequi, & omnes, quorum intereſt, & quando eccleſia, & quando niſi appellans proſequatur, nu. 6. vide nu. 9. ver. de his appella. & num. 14.

5 Contra Electum quilibet, cuius intereſt, excipere poteſt.

7 Vocem primam qui habeat, ſtatur conſuetudini, de iure tamen qui maioris eſt auctoritatis, eam habere debet.

8 Electio pro publicatione ipſius.

9 Prorumpere quaſi procul rumpere, & ſonat in vitium,

Participium præteriti temporis pro futuro.

Enallage figura.

11 Epilogus ſuffragium, & additio gloſſarum.

Nullum quod eſt, nunquid impedimentum præſtet, & nu. 13. cum aliquibus poſterioribus.

Nominationes, quæ non impediant electionem, remiſſ. & ſupra num 3.

15 Indignum ſi maior pars nominauit in ſcrutinio, conſilium, quod ſit agendum a minori.

16 Electiones multæ ſi factæ ſint, quæ valeat.

17 Electionis nullæ caſus referuntur, Annullandæ vero, nume. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26.

20 Poſtulatio quando ſit nulla.

22 Capituli, cuius in cunctis ſupra intellectus,

24 Præſentatio ſecunda præualet primæ nullæ etiam non caſſatæ.

25 Collatio, uel prouiſio quæ præferatur, ſi multæ fiant.

26 Priuationem eligentium ſufficit eſſe notoriam tempore ſententiæ.

27 Stipulationum & Electionum duarum diuerſum ius.

28 Electio ſecunda fieri quando non poſſit, non caſſata prima, & num. 30. 31.

29 Priuati. an dicantur eligentes poſt & contra appellationẽ,

30 Contemptum quando quis ſe non poſſet allegare.

Electiones vno contextu factæ quando dicantur ibid.

31 Electio ſecunda hic cur non valuit, & num. 32.

32 Decretalis hæc, & decretalis, multis, tempore diuerſo, & quo manauerint.

CA-

CAPVT XXIX.

1 **Auditis.** Caſus † Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per ſequentem conſenſum ratificari
2 poteſt. Et pars † prima ponit diſſenſionis cauſam, ſecũdo diffinit ibi, nos igitur. dicebat Hoſ. quod audiri potuit hæc decr. ſed vſq. ad ſui tẽpora non fuit intellecta clare, certè, nec p ſuas gloſſas clare intelliges: q̃ tñ claram faciã Deo dante, vt infra patebit [Archidiacono] p decanũ, & ſuos [Subdiacono] per cãtoré, & ſuos [Attẽtatũ] ſufficiebat finis ibi, nos igitur, hęc intermedia poſita sũt ad exprimendã caſſationis cãm [Inquiſitis] in communi tractatu, qui tempore huius decre. habebatur loco ſcrutinii, quia adhuc nõ emanauerat decret. quia propter, Hoſt. [Decanus] cum paucioribus &c. Inno. & Hoſt. dicunt veritatem huius litterę aliter ſe habere in regiſtro, nã dicit ipſe Inn. in prin. voluminis, q̃ ſupra. vbi dicit vnam de V. Archidiacono, & alteram de R. ſubdiacono, debet dicere de magiſtro R. & vbi ſequitur, cantor cum pluribus in dictum Archidiaconum, debet dicere in V. Archidiaconum, & infra vbi dicit A. nominatione, debet ſequi, verſi. Archidiaco. quartam correctionem dicam ibi, præfatum ſubdia-
quæ intelligenda ſunt omnia, quando delinquentibus
non contradicitur, vel ſaltem non appellatur. ſupra
eo. cum Vintonien. infra ca. 1. lib. 6. dicit ergo veram
primam ſentẽtiam, quando ex hac cauſa appellatur.
pro Hoſtien. bene facit infra eod. ab eo, libro ſexto,
& clemen. eod. titu. conſtitutionem. §. inſuper, in fine.
& quod nota. infra eo. ſi electio, lib. 6. & iura ibi alleg.
ſuper fin. tertiæ gloſſæ. adoptiuus meus, qui ſolem-
niter diſputauit hanc quæſtionem, ſoluendo tenuit
cum Innocẽt. & Compoſt. etiam ſi non delinquentes
contradicant, & appellent. potiſſime mouit eum,
quòd ius eligendi non eſt apud eos ante ſententiam,
& ſic peccantes potuerunt illam præuenire, infra de
diuortiis, gaudemus. §. pen. de præben. ſi tibi abſen-
ti, libro ſexto, cum concor. induxit etiam doctrinam
quam pro regula trado, ſupra eo. auditis, ſuper vltim.
gloſſ. vltra medium [Illud autem] vtilis † fuit proui-
ſio huius §. docet enim experientia, quod quis dat
44 procuratorem ad eligendum, quem ſcit talem electu-
rum, quem ipſe per ſe nullo modo eligeret, contra id,
quod dicam infra de purga. cano. accedens. Item ſæ-
pe potentiores in eccleſia procurabant ſe tot canoni-
corum procura. fieri, quod in eorum poteſtate eſſet e-
lectio [Ne quis] abſens † nam præſens [cc] hoc poſſet,
remittit Hoſtien. in hoc ad notata ſupra eodem
45 cc ſcriptum, ſuper verſic. per alios, & de hoc de appellat.
conſtitutus, in principio, dixit hic Innocẽ. quod con-
temptus, cuius procurat. non admittitur, facit, ſi vult,
electionem caſſari, quod eſt planum. ſupra eod. quod
ſicut, & c. bonæ, citari autem debet canonicus, ſecun-
dum Innocẽ. Hoſtien. & Compoſt. perſonaliter, ſi eſt
infra loca, infra quæ fit vocatio, & ſcitur ibi eſſe. Si
verò neſcitur, vbi ſit, citetur per edictum publicum in
loco, vbi communiter moratur. infra de cle. non reſi-
dd dentibus, ex tuę. de foro competenti. ex parte [dd] quod dic, vt
de dolo, & contuma. cauſam, & c. fina. & dicam de eo,
qui mit. in poſ. cap. ſi. quod ſi tempore citationis erat
in loco, vnde vocari debet, ſed tempore electionis eſt
extra in loco, quo vocari non debuit, non præiudi-
cat capitulo: quia non intereſt abſentis ſecundum
Innocent. & Compoſt. & quia ſpectamus tempus ele
ctionis. ſupra eo. dudum & infra eod. dudum, ſecun-
dum Hoſtien. ſecũdum quem poſſet dici contrarium,
contemnitur enim, ſi non citatur ita cito ante diem
electionis, quod venire poſſit, & poteſt cauſari, quod
ſi ſciuiſſet, ad alium locum non iuiſſet, arg. ſupra eod.
cum inter vniuerſas, & infra eod. eccleſia. 2. & vide
quod ibi dicam ſuper gloſ. iſte fuit. Quid in caſu con-
uerſo, quando ſcilicet tempore citationis erat extra
locum, tempore electionis intra locum vocationis:
ſecundum Innocen. & Compoſt. excuſatur capitulum,
cui ſufficit, quod illam diligentiam adhibuit circa
iſtum, quam circa alios, quod placet Hoſtien. niſi ſci-
ret capitulum citationis tempore illum eſſe in loco.
vnde

ee vnde vocari poterit. [ee] præſumetur tamen ignoran-
tia ſecundum eum, niſi probetur ſcientia. ff. de proba-
tio. verius. præcipue ex quo prius adhibuit diligen-
tiam de vagabundo, qui nunc extra fines eſt, nunc in-
tra. ſatis eſt quod citetur ad domum. nec præiudica-
bit capitulo, etiam ſi aliquo die illo tempore, quo cita-
tiones fiunt, reperiatur intra metas fuiſſe, ſecundum
Innocen. ff. de inſtito. ſed & ſi. §. conditio. ff. de iudi. hę
res. §. nam vbi ſic. idem Hoſtien. & Compo. [in electio
nis negocio] non dixit iudicio, ſuper quo vide quod
no. j. eo. c. penul. lib. 6. in glo. quid ergo [Procuratoré]
46 an ille † procura. alium ſubſtituere poſſit, & an poſſit
committere, vide quod no. j. capit. penultimo, in glo.
47 not. [Debeat] i. ſi exiſtens † in loco, de quo vocari non
debet, vel intra locum, tamen non habens impedimé-
tum de procur. & non excipiatur, ſed admittatur, te-
net quod per eum fit, arg. ſupr. eod. cum Vintonien. &
quod ibi nota. in fin. & ff. de procura. filius. §. veterani,
ſecundum Innocent. Hoſtien. & Compo. de reſcriptis,
ff cęterum, & ſupr. eod. ſcriptum, verſic. & ſi partes [ff] [Iu-
48 ſto] dic vt inf. ca. pe. in glo. 2. [Si opus fuerit) i. ſi † exi-
gg gatur. ff. de iureiuran. iuſiurandum. [gg] §. qui iuſiuran-
dum, de no. oper. nuncia. de pupillo. §. qui opus [Iura-
49 mento] nunquid habeat † dominus neceſſe iurare, &
quid ſi procur. non habeat mandatum ad iurandum?
& ſi habet, per quæ verba debet iurare, no. inf. c. penul.
50 lib. 6. in 3. glo. Quid † poſt præſtitum iuramentum is,
cui vox illius præiudicat, vult probare, quód domi-
nus non erat iuſte impeditus, vel non erat in loco, quo
vocari debet, non videtur audiendus, ar. ff. de iureiur.
hh non erit. §. dato iureiur. [hh] niſi dicas aliud in ſpiritua-
libus. vbi quod fit per obreptionem, etiam poſt ſentea
tiam reuocatur. ſupra eodem, cum dilecti, de reſcrip.
conſtitutus, cum dilecta, & c. ad audientiam. 2. ſecun-
dum Innocen. hoc verum ex officio iudicis ſecundum
Hoſtien. vt ibi, & ſup. eod. cum nobis, & non ad inſtan
tiam partis, ſicut alias not. ſimile. inſr. de teſtibus, per
51 tuas, & c. cum clamor. ¶ Quid ſi procur. ſi fuit † admiſ-
ſus ſine præſtatione iuramenti? So. neque de impedi-
mento decetero poterit excipi, quaſi capitulum taci-
tè videatur huic exceptioni renunciaſſe, quamuis iu-
ramentum remiſerit per ignorantiam facti, quæ ple-
rumque prudentiſſimos fallit, ff. de iur. & facti igno-
ran. l. ſecunda: quia credidit hoc dicenti reſponde-
tur, quod ſupina fuit talis ignorantia, & nimis credu-
lus ſibi imputet, qui prouiſionem iuris de iuramento
ii exigendo neglexit, ſecũdum Innocen. [ii] & idem Com
52 po. ¶ Quid ſi maior pars capituli † contenta eſt iura-
mento, minor contradicit, dicens ſe paratam proba-
re contrarium? videtur quibuſdam, & Compoſt. ſtan-
dum eſſe maiori parti. nam propter incredulitatem
capituli indictum eſt iuramentum, de iureiuran. & ſi
Chriſtus, & quod maior pars & cętera. ff. ad muni.
quod maior. nec obſtat hoc interdictum, quod in fa-
uorem capituli introductum eſt, ei ergo poteſt bene
renunciare capitulum, de regula. ſtatuimus. nec in
eius læſionem eſt retorquendum, infra de regu. iur.
quod ob gratiam, libro ſexto. facit infra eodem ca-
pitul. penultimo, ver. ſed is, libro ſexto. alii contradi-
centes, quod probato contrario coram ſuperiore re-
uocabitur ſuffragium vocis ſuæ, non autem quic-
quid poſt talem contradictionem eſt factum, etiam
ſi fuerit appellatum, niſi id totum, quod eſt factum,
penderet ex eius voce: quia tunc totum reuocabitur
ſecundum Innocent. ar. de re iudi. cum I. & A. ¶ Sed
53 † oppones, quicquid poſt appel. legitimam fit, reuo-
kk candum [kk] eſſe, de appel. cum cauſam. dicit Innocé.
illud in iudiciis locum habere, vbi poſt appel. definit
iudex eſſe: ſecus in extraiudicialibus, vt hic, vbi

non debet quis omittere propter alterius appella.
etiam iuſtam, quin vtatur iure ſuo. Item licet pro-
cedat capitulum poſt appella. non tamen contra eam,
cum fuerit appellatum, nec vox abſentis per procura-
ll torem admittatur, ſupra eodem. cum [ll] nobis, & idem
in ſimilibus ſecundum Innocen. quaſi intendat Inno-
cent. & hoc exprimit Pe. quód appell. & ſi ſit legitima,
id ſolum operetur, quod vox illius non computetur
inter eligentes, quaſi contra appel. ſit illam computa-
re. ſed non ſit contra appell. illa non computata elige
re. hæc non placent Hoſtien. qui dicit, quód ſi appel-
latum fuit, ne talis abſens per procuratorem admit-
tatur contra illum §. vtique ſi illo admiſſo ſequatur
electio, directe fit contra appellationem ex iuſta cau-
ſa emiſſam. illa ergo probata coram ſuperiore totum
eſt reuocandum, cum etiam in extraiudicialibus ſuf-
ficiat ex veriſimilibus cauſis appellare, ad hoc vt at-
tentata reuocentur, quod eſt expreſſum, de appell.
bonæ. nec eſt verum dicere. quód poſt talem appell.
debeat fieri electio, Sed eſt verum, quód ſi fiat, non
reuocabitur, niſi probetur cauſa iuſta allegata. ſed
vtique & in iudicialibus, idem de hoc de appell. non
ſolum, libro ſexto. nec ob. l. quod maior. quæ intel-
ligitur, niſi minor pars aliquid verum & rationabile
prætendat, de his, quæ fiunt a maior. par. ca. capit.
primo. nec eſt in capituli poteſtate contra hoc inter-
dictum facere, ſaltem vno contradicente ex vera &
iuſta cauſa. admittere enim procura. vel non admit-
tere, ex quo iuſta cauſa prætenditur, voluntarium
eſt, non neceſſarium: ſed in voluntariis vnus ex cau-
ſa contradicere poteſt, vt not. de conſtitut. cum om-
nes. Si ergo ex ea cauſa, ne fiat electio, appelletur,
ea probata totum reuocabitur. Si veró non fuerit
appellatum, ſed ſimpliciter contradictum, tenet ele-
ctio, & imputet ſibi, qui non appellauit. & eſt ſe-
cundum Hoſtien. ſimile, quód dixi ſecundum eum
ſuper verbo, priuentur, ad fin. gloſſ. Harum opinio-
num quælibet ſaluari poteſt, vt dicam, quod vera
ſit opinio Hoſtien. ſi de tempore iuris ſupererat pro
probatione recipienda, & electione facienda, Et
minor pars egreditur capitulum, & innitens appel-
lationi eligere renuit. nec obſtat, quod dicitur de fa-
uore per id, quod dixi in prima parte huius gloſ. Item
concluſio illius opinionis æquè procederet, ſi appel-
latum eſſet contra extraneum, quod eſſet abſurdum.
Item non ſolum vox abſentis, ſed etiam appellan-
tium inuenitur excluda per id. Si vero tempus arctat,
vel minor pars forſan cum proteſtatione, quod in-
ſtabat appellationi, cum illis eligeret, vera ſit pri-
morum opinio. Et tunc ſcilicet iuramento præſtito,
54 † Abbas. tu dic id eſt cum illa duo concurrunt. Si vo-
luerit, quia nec cogitur, & eſt ſimile. ſupra in prin-
cipio, ibi, & volunt, Vin. vel pluribus, dum tamen
inſolidum, infra eodem capitulo penultimo, libro
ſexto. De ipſo collegio eligentium, vt dixi ſupra,
poſt principium, vnde, ſi plura collegia habent vo-
cem in electione primati, non eſt neceſſe quod procu-
ra. ſit de collegio impediti. exemplum, ſupra eodem.
55 ſcriptum. Vocem ſuam ſi mortuus † eſt canonicus ab-
ſens, videtur, quod procurator per hoc non debeat ceſ-
ſare, ad hoc de officio deleg. gratum, & c. licet. Com-
poſt. contra. dicit tamen, quód antequam ſciatur de
morte canonici, valent, quæ fiunt per eum. ff. ſi cer-
tum petatur. cum qui. in procuratore vero dato ad li-
tem non fit perpetuatio poteſtatis: imó expirat mor-
tuo mandatore, inſti. mandati. §. recte, & clemen. de
56 procura. procurator. Publicetur clero † & populo, &
publicari poterit per quemcumque. cum enim hæc
publicatio non ſit de ſubſtantia, ſufficit, quod non

teneat

teneat eam ſecretam ita, quod poſſit dici clādeſtina ſecundum Inn.& Comp.Abb.& Eg.Sed Hoſtien.vide tur velle,quod ſi publicatio omittitur inimico animo, non noceat electio,alias ſic.ad q facit,quod not. infr. eo.publicato; credo cum Inn.& ſequacibus.¶ Prima
57 † gl. quærit,arguit negatiue,ponit opinionem ad illā partem, & ſoluit contrarium. finis reſpon. per aliam quæſtionem.¶ Glo.per hoc,obiicit, & ſoluit. ¶ Gloſſ. dic vt infra,reſpon.per quæſtionem.ſ. quæ ſint ſubſtantialia huius formæ,& nūquid vocatio abſentium, numerus trium ſcrutatorum,& eſſe de collegio ſint de ſubſtātia.¶ Gloſſ.& iſti,reſpon. per duas quæſtiones. ¶ Gloſſ.ſed nunquid,quærit,arguit,ſoluit, ponit opinionem ɔtriam, quam reprobat.¶ Glo.per ſententiā, ſignat contrarium,& remittit.¶ Penul.gl. obiicit, & ſoluit,ſecūdo arguit ad opinionem,& remittit, tertia pars reſp.per duas quæſtiones,an canonicus procurator abſentis habeat duas voces,& an cōſtitutes habeat neceſſe iurare,in fine quærit,arguit pro,& ſoluit.¶ In
58 † gl.ſicut[ibi, Nullum]ibi dicitur teſtis iudicis intrare ſecretum.¶ In gl.1.incontinenti[ibi,Hæredes palam,in fi.]vno tantum contextu teſtari eſt, nullum actum alienum teſtamento miſcere:propter pertinens autem,teſtamētum non vitiatur[& ibi,Promiſſor] vide de ætate,& qualitate,præterea,ſuper vltima gl.[& ibi,quod dicimus]hæres ſtatim debet ſoluere fideiuſſori teſtatoris,qui ſoluit ante aditam hæreditatem , ſed intelligitur cum temporis tēperamento. quia cum ſacco paratus ire nō tenetur[& ibi,§.Item ſi ita] ſi teſtator dixit penum & ſi penum non dederis, dato 10. ſi incontinēti penum heres ſoluit,id legatum videtur, & in Falcidia imputatur,illud autem,incōtinēti, accipitur pro modico ſpacio.& ibi.§.cōfeſtim,loquitur de matre,quę tutorem filio cōfeſtim petere debet.& ibi, cum ſpecialis, cum iudex recuſatur illico. Ɉ.triduum eligātur arbitri & ibi.l.vlt.vide in præ.c.præterea, ſuper vltima gl.¶ In gl.dic vt Ɉ.ibi[ſi arborē] ſi debeo ſeruitutem,ne luminibus officiam,non plus ſolito lumē facio,niſi per ædificium quadam preſſura lumē deuoluatur in ædes.& ibi[Teſtamentum] vnde non nocet teſtatio,ſi teſtator dixit,ſi non valet iure teſtamenti &c.& ibi[Legata]in principio,legato ſuppellectilis non derogetur per ſpecies ex abundanti,& per imperitiam enumeratas.ſecus, ſi ſcienter per id determinatum fuit genus.¶ In glo.& iſti,ibi[ſine exitu]eſt propter naturalem hominum facilitatem ad diſſentiendum,vt ibi.¶ In gl.ſed nunquid,ibi[inuitum]non cogitur quis emere,vel vēdere.& ibi[in vendentis]collata conditione in ementis, vel vēdentis voluntatem obligatio nulla,& ibi[Voluntaria]adiudicatio neceſſaria,& ideo poſt adiudicationem auditur creditor volens totum reddere,poſt emptionem non.¶ In gl. penulti.ibi,contra Pupillum.§.1. cuius textum vide de
59 appell.ſi duobus,ſuper tertia gl.¶ In † gloſ.prima,ibi [Regulares]licet Roffr.bene dixerit in libro, vbi tractat de monachis.§.videamus vltimo. verſ. illud autem frequenter.quod pronunciatum fuit de mandato papę,decr.nō habere locum in electione Abbatum, quia abbas nō proprie dicitur paſtor,& eſt nomen ſo-
mm licitudinis potius,quam honoris.mm 17.quæſ.3.hoc tantum, tamen paſtor dicitur, vt ſupra eod. officii. nec mirum , cum etiam rector parochialis eccleſiæ ſit paſtor gregis. inf.eod. licet canon, libr.6. conſtat etiam abbatias in multis æquari epiſcopatibus. ſu-
nn pra eod. cupientes, nn & capitul. ſi poſtquam, libro
oo 6. item nedum Abbas, oo ſed etiam Abbatiſſa dignitatem habet,infra. eod. indemnitatibus. §. verum,eodem lib.& ipſe idem in contrarium dixerat.in ... li.6.iuxta principium.§.attende.& ita tenēt omnes, & ita ſeruatur. & idem intelligas in abbatiis monialium ſaluo eo,quod habes inf.eo. indemnitatibus. §.vt autem. vbi ſatis hoc probatur, maxime ex eo, q ibi dicit, decernimus.& hoc etiam tenet Ber.inf.de re iudi.ad probandum,in 3.gl.& Hoſt.ibidem,quod idē videntur tenere omnes, qui poſuerunt hanc gl.& hoc teneas,licet Abba.& Guil.de Ba. hic dixerint contra-
60 rium.Dicit † etiam Roſ.obtentum in curia,q ſi eligatur quis ad dignitatem non curatam,non ſeruata hac forma, valebit electio & ibi [Epiſcopum] qui pro illis vacantibus agere poteſt, de ſucceſ.ab inte.ca.ſi. & ibi [Ne pro defectu]hucuſque gloſ.Io.quam etiam poſuerunt ad literam Tan.Vinc.Phi.& ibi[Collegiatis] Idē Goff.Inn. Hoſt.Compo. dummodo collegium ſit tale, & tantum,q poſſint formæ ſeruari: alias ſufficiat conſenſus,de quo conſtet, & facit quod dixi ſup.c.1.& dicam ſuper gl. dic vt, & ſuper gl.ſed nunquid. Et in fin. Idem Goff.Inno.& Comp.& Guil.in Spe.eo.tit.in fine & Guil.Man.ca.21.tenet idem,niſi conſuetudo eccleſiæ eſſet etiam in illis dignitatibus formas ſeruare.facit de officio leg.c.pen.lib.6.Hoſt.contradicens hanc decret. habere locum in omnibus beneficiis, quorum electio,vel collatio ad aliquod collegium pertinet: dicit tamen, quòd vidit hoc in aliquibus eccleſiis non ſeruari, allegans mentem conditoris, & decret. infra eodem capitulo primo, §.hoc autem,libro ſexto, & vbi dicit textus, eccleſijs viduatis,ſubaudi, vel deſtitutis miniſtris. primos ſequor, vt not. infra eodem ſicut cum, libro ſexto. ¶ In gloſſ. ſecunda, ſed Archidiaconus ibi ſequitur Hoſtien. & vide quod dicam in præ.capit.libro ſexto, ſuper verbo, in formam. ¶ In
61 gloſ.ſecunda in fine. & † qui poſſident, licet non præſcripſerint infra eodem Cumana, & capitul.in geneſi,vnde dicit Boa.5. modis canonicos intereſſe debere, de iure, conſuetudine, priuilegio, inſtitutione, & poſſeſſionis commodo. ¶ In gloſſ. per hoc, ibi[prælatum] dicit Innocenti. multi difficilius conueniunt in prælatum , quam in electores, & ſecundum Hoſtien,
pp de vno ſolo ſcrutatore non ſtatuit; quia firmius pp eſt iudicium plurium, de offic.delega.prudentiam, & ne quid falſum committatur, ſupra eodem cum dilecti. de 5.vel 7.ideò non ſtatuit, quia numerus ille non ſic communiter conueniret eccleſiis, & quia facilius facerent tres partes , ſi eſſent plures, quàm tres tantum,
62 & ibi[In eligendo] & per hoc dixit Hoſtien. quòd ſi epiſcopus, vel alius de collegio, cuius vultus eſſet terribilis, aſſumeretur inter hos ſcrutatores, appellari poſſet hac cauſa adiecta, maxime ſi intenderet etiam aliis inuitis aliquem promouere, & de hoc ſe iactaſſet.
63 ¶ In gloſſ. per ipſos, ibi [tabellionem] qui † poteſt eſſe laicus ſecundum Compoſt. qui ſe dicit hoc vidiſſe. ſed ſecundum Gui. Na. Ia.de Alb.Hoſtien.& Egid.
qq debet eſſe clericus. qq & dicunt, quòd propter hoc fuit caſſata electio epiſcopi Placentini, nec obſtat ſecundum Hoſtien.de probati.quoniam : quia aliud in iudiciis, licet eccleſiaſticis, vbi ſcribit tabellio etiam laicus. cum etiam teneat ſententia lata per laicos &
rr clericos rr ſimul miſtos. de arbitris, per tuas, quod non eſt in electione infr.eodem Meſſana,quæ nec fieri poteſt per laicos miſtos canonicis , vt ibi. pro prima parte ſatisfacit,Ɉ. de procurat.capitul.1. in principio, libro ſexto, & conſuetudo, quæ in talibus ſatis operatur, de fide inſtrumen. cum dilectus.& huic dicto conſentit Guil.in Spec.tit.de inſtru.edi.§.reſtat, ver. quid ergo, ſi tabellio, & Pet.hic, an vero tabellio conſtitutus a laico in eccleſiaſticis poſſit inſtrumenta conficere, dicam ſecundum Hoſtien.infra ne cleri.vel mona.ſicut te. Et in fine ſecundum Innocen.
64 qui † dicebat præter ſcrutatores poſſe duos, vel plures

res teſtes adhiberi. & idem Guil. Man. in opere ſuo,
capitulo 22. & 24. dicit Hoſtien. hoc eſſe tutius, quòd
nullus teſtis adhibeatur, nec a verbis huius formæ
recedatur, & hoc ſeruare ſoleo, & plus placet. ſi-
cut enim in depoſitione teſtis, quæ fieri debet ſecre-
to, non adhibentur teſtes, ſic nec in iſta. ¶ In gloſ-
ss ſa, ideſt, ibi, ss poſt vota. idem Roſ. Goffr. & Hoſtien.
ſed Innocenti. infra eodem publicato, in vltim. gloſſ.
65 Compoſt. hoc videntur † dicere, quod non eſt de for-
ma, quòd publicatio fiat ſtatim poſt ſcrutinium, imò
dicunt, quod ſi differatur per plures dies, valebit
electio. fatentur tamen, quòd poſt publicationem ſta-
tim fieri debet collatio. infra eodem, cum poſt. pri-
mos ſequor per hanc literam, ſaluo eo, quod nota.
Ber. in decre. publicato, in fine vltimæ gloſſæ. & ibi,
promiſſor, & facit quòd not. 77. diſtin. quicunque,
& infra de locato, potuit, in gloſſ. antepenul. & ibi, Si
in qualibet, vbi plenius de hoc in Specu. de diſputa-
tione, & alleg. §. poſt hoc, ver. item mox. ¶ In gloſſ.
vt ſciatur, ibi, debet fieri ſaluo eo, quod dicitur. vt
infra eodem indemnitatibus, §. vt autem, libro 6.
¶ In gloſſ. dic vt infr. & ibi [eccleſia ueſtra] vbi etiam
nota. quid ſi in omnibus ſit paritas, quod not. hic
Goffr. & ibi [Non credo] Idem Vincen. Goffr. & mo-
66 derni. & ibi [De ſubſtantia] dummodo, licet † in hoc
varie locuti ſint Doctores. hoc tamen videtur de men
te ipſorum, ſcilicet Vincen. Goffr. Innocent. Hoſtien.
& Compoſt. quòd cautius ſit, & ſecundum quoſdam
eorum neceſſarium, quòd ſint tres; non plures, nec
pauciores, niſi paucitas collegii eos excuſet. vnde ſi
ſunt tres, vel quattuor, poterunt aſſumere vnum,
qui cum tabellione ſcrutetur, ſecundum Vincent. vel
ſcrutari duo tertium, vel ſi ſunt duo tantum, ſufficiet
mutuus conſenſus. vel ſi eſt vnus ſolus, vocatis teſti-
bus exprimet conſenſum ſuum, & poſtea eliget, & ele-
ctionem publicabit, ſecundum Innocent. & Compoſt.
& dixi de hoc ſupra capitulo primo, & adde quod di-
67 cam infra gloſſa ſecunda, & ibi [collegio] Idem † Vin-
cen. & Tancre. Sed Goffr. & Hoſtien. contra, quod eſt
tutius ſecundum Compoſt. & hoc credo verum intel-
ligendo, prout dixit Innocent. quòd textus loquatur
de collegio eligentium, non eccleſiæ vacantis tan-
tum. & eſt ratio ſecundum Hoſtien. quia proprii fide-
lius facient hoc, quam alii, de teſta. cum in officiis
nec expedit aliis conſcientias eligentium aperire, de
offic. ordina. vt iuxta. Guil. Man. in libro ſuo ſuper ca-
pitulo 23. not. de Abba. Tulennen. confirmato, vbi fue
rant ſex ſcrutatores de collegio, & tres de extra col-
legium. ¶ In gloſſ. & illi, ibi [Religioſi] ideſt cle-
rici. & ibi [De forma] ſecundum Ioan. & probatur
etiam de renuntia. poſt tranſlationem, in principio.
Idem omnes moderni. ſed Guil. Naſo contra. ¶ In
gloſſ. ſed nunquid. ibi, [Rationabilis cauſa] ſed ra-
tionabile eſt, quod quis non priuetur voce ſua, vt ſe-
quitur in gloſſ. & ſic hoc capitul. concordat dicto glo.
& ibi [Non videtur] concor. Innoc. Hoſtien. & Com-
68 poſtel. qui dicit † curiam ſic tenere. Idem Archi-
dia. in ſua diſputatione, etiam ſi ſequatur confirma-
tio. ipſe tamen Hoſtien. ſupra eodem capitul. dixit,
quod ſi tres tantum ſunt canonici. duo etiam con-
tradicente tertio ad formam compromiſſi procede-
re poterunt, & erit eo caſu ſpeciale: quia volentes
compromittere faciunt duas partes; ad hoc ſupra
tt eodem ſcriptum tt & capitul. licet: tum quia neceſ-
ſitas non ſubiacet legi, de regulis iuris, quod non eſt:
tum ergo ſcrutinium ſcrutari non poſſunt, vt dixi ſu-
pra ſecunda gloſſ. ad hanc formam recurrent. Si au-
tem duo contradicunt, vel ſunt duo, & vnus vult
compromittere, alter non; inuicem ſe impediunt,
ff. de vſufruct. quotiens. & ſi in hac diſcordia labitur
tempus, ad proximum ſuperiorem deuoluetur pote-
ſtas. ſupra capitulo proximo. de hoc ſupra capitulo
69 primo. ¶ In gloſſ. per ſententiam, vnde ſi † ſecun-
do eligant antequam contra eos feratur priuationis
ſententia, tenet electio, etiam ſi fiat ab eis, cum ſint
maior pars, contradicente & appellante altera mi-
nori parte ſecundum Innocen. & Compoſtel. arg. l. ff.
de dona. poſt contractum. & C. de bonis proſcr. ſi quis
poſt. ſed Hoſtien. dixit hoc verum, quando contra-
dictum, vel appellatum non eſt. alias non valebit
electio ſecundum eum. de hoc ſatis dixi in textu.
¶ In gloſſa. ſi venire, ibi, [propter infirmitatem] er-
70 go † non inquirentur vota infirmorum etiam præſen-
tium, ſed dabunt procura. vt hic; quod videtur tu-
tius propter horę interuallum, cum omnia vno con-
textu fieri debeant. infra eodem, cum poſt. tamen ſu-
ſtineri poteſt, quod ſcrutatores vadant ad eos, vt po-
tius habeatur vox principalis, quam procuratoris.
Nam & ſecudnum Goffr. in ſumma huius tituli, &
§. eſt ſciendum, verſi. quid ergo, actus contrarius tunc
dicitur intermitti, quando intermittitur actus imper-
tinens: ſed iſte non eſt impertinens: ſed valde perti-
xx nens. xx & vtramque opinionem tangunt hic Inno-
centi. Compoſtel. & Hoſtien. & hoc vltimum tenet
Vincen. infra eodem, congregato. & tunc ſatis eſt,
quod votum deponant, licet deſint in collatione, &
aliis [& ibi, Falſum eſt] imo eſt verum ſecundum Gof-
fr. dicentem illud contingere ex virtute clauſulę, quod
71 ſi non omnes [& ibi, Duplicem vocem] non † tamen
poteſt duos eligere, niſi in caſu, infra eodem capi-
tulo penultimo. §. porro, libro ſexto, [& ibi, præſta-
re] Adde quod not. infra eodem capitulo penultimo,
libro ſexto in tertia gloſſ. [& ibi, vicem ſuam] dixit
Goffr. puto talem indirectè cotemni. Ioan. dicebat
electionem non valere [Et in fine] dic quod non po-
teſt extraneum inuito capitulo deputare, nec per li-
teras exprimere votum ſuum. infra eodem capitulo
penultimo in fine, libro ſexto. ¶ In gloſſa vltima, ibi
72 [Clandeſtina eſt] de qua † ordinat capitulum, quod
clandeſtina maneat, & quod nihil extra eos dicatur
ſecundum Innocent. & Compoſtel. ſecundum quem
& valebit electio non ſolenniter publicata, dum-
modo non ſit taliter clandeſtina [& ibi, Non valet]
ſecus in clandeſtino matrimonio, infra de matrimo.
contract. ex literis, Goffr. & infra de clande. deſpon.
capitulo ſecundo.

ADDITIONES.

a ¶ Quia propter. Notat Innocent. in decret. ex parte infra de conceſ. præben. quòd forma iſtius decret. non habet locum in electionibus canonicorum. ſed tantum quando tractatur de electione prælatorum in eccleſijs viduatis, de quo Ioan. Andr. in cap. cum inter. ſupra eodem. Item quod dicit maioris & ſanioris &c. dic quòd hoc nedum eſt in electionibus, ſed etiam in alijs actibus particularibus per c. gerendis, vel per cap. cum alio tractandis, vt in c. quanto, de conſue. item, ibi maior & ſanior, an eo, quòd eſt maior, dicatur ſanior, & econtra, vide infra de his, quæ fi. a præ. ea noſcitur. ibi, publicentur in communi, poteſt not. quòd electio debeat fieri publice, alias ſi clandeſtine fiat, non valet. vt dixit Innocent in c. ne noſtrum. infra vt eccle. benefici. Quod autem in collatione, vide ibi ſcripta, an filius, ad quem ſolum ſpectat electio, poſſit in patrem compromittere, & pater filium poſſit eligere, vide notata in c. conſuluit, de iure patro.

b ¶ Omnibus. Vide multa ad propoſitum allegata per d. Andr. Barba. poſt alios ibi in c. cum omnes, de conſti.

c ¶ Fidedignos. De hoc etiam vide Io. And in c. teſtimonium, in prin. de teſt. qui dicatur fidedigni de hoc tunc ſcripſi. 2. q. 7. c. nō

poteſt

poteſt.ſ.qui dicantur fidedigni, vbi dicit, quod ille, qui exiſtit infide lis, de eo non præſumitur fidem gerere hominibus Archidi.

d Priuatam. Aliter loquitur c. vt circa.e.ti.lib. 6. vbi vide gl.& Io.An. ſuper illam, & illud in alio caſu ab iſto.

e Scripturæ. Et tamen inſtrumentũ publicũ per duos teſtes reprobatur, & iſtud eſt priuatum. vide Io An. in c.cũ Io. in gl.& ita de fi.inſtru.& eo.tit.l.in exercendis.C.eo.per Bal.& Bar.de Sali.& Bar.

f Publicationem. vide notata per Bar. in extraua. ad reprimendam, in ver. ad publicationem, cum ibi additis.

g In genere. Et per verba ſingularis numeri, vt capitul. penult. de re iudic.lib.6.

h Plenius Vide capitulum, ſi quando, eo.ti.li.6.& ibi Arch.& Io.An.

i Debet.n. Aliud eſſet, vbi maior pars iam elegiſſet indignum, dummodo non ſcienter, quia tunc deſcriptio minoris non valeret, not Io. An. ſup.eo.ſcriptum, ſuper gl ſi.& inf.eo. congregato. hic autem loquitur ante electionem.

k Principio. vide omnino Bal. in l.1.C. qui admit. ad bo.poſ. poſt decimum membrum quęſtionum.

l Compromiſſum. vide dominum Lanf. de Oriano in tractatu de arbitr.col.12.

m Audita. In electione papæ ſecus, quia ſuperueniẽs cum alijs admittitur.eo.tit.c. vbi periculum §.ſi uero.

n Vlt.glo. Ad materiam vide Io.An. in c.cum dilecti. in gl. ipſi.& in c. in tantis. ſuper gl. ergo ſi.

o Vinc. Vt ſit ergo ab omnibus non ſufficit maior pars, & vide gl. in c.cupientes.§.ad hoc. in ver. concordem.& gl. in cle.2.eo.ti. §.eo. in ver. concorditer.& ibi Pau.& Io.And. ſup. de poſtu. bonæ. ſuper gl. ideo.& de ſta.mo. in ſingulis. in ver. concorditer.

p Perfecta. Facit quod no.Io An.ſup. in gl. quaſi dicat.

q Quia per inſpirationem fit electio vt hic, & per adiectionem dictionis quaſi tacite no. differentiam inter veram inſpirationẽ. vera enim inſpiratio eſt, quando inter eligentes nullo ordine ſeruato, ſed ſecundum diuinam inſpirationem.& vide pulchre Albe. de roſ. in dictionario ſuo in verbo electio.

r De hoc. In gl. ergo. in fine.

ſ Expediat. Ibi vide in gl. eſt ergo.& ſuper illa. Io.And.

t Conſtitutis. Vide Io.An.ſup.eo, cum Vintonienſis, ſuper gl.ſi. licet ibi loquatur de priuatione iuris.

u Punitur. Vide ea quæ habentur per gl.& per docto. in c. cognoſcentes, ſup. de conſtit. cum multis alijs concordantijs.

x Vno facit quod no.Io.An. in c.gratũ, in gl. de gratia, de poſt prælat.& l.1 ff. ad Turpi.& ibi Bar & in c.cum Vintonienſis, ſuper gl.ſi.& vide ad materiam leg. his conſequenter, & Bar. ff fam. ercis.

y Alienantem. Vide plenius ad huius l. intelligentiã Bar. in l. filiusfa. §.diui.ff.de le.1.& Bal.& Sal. in l.ea lege.C.de condi.ob cauſam.

z Pœnitẽtiæ. Vide omnino diſtinctionem, quam ponit ibi Io.de Imol. in d.§.7. quæritur, hic alle.

aa Fideicommiſſario. quomodo iſtud intelligatur, vide do.Ale. in cõſ.3 in tertio vol.& vide Ale. conſi.61. ſecondo dubio, primo libr.

bb Inno. Ad hoc l. his conſequenter, ff.fam.erc.& ad hoc facit quod no.Io.An inf. ne cleri. vel mona.c.ſicut, in prin.

cc Auditis. Ibi vide Io.An.& in c.cum nobis olim.

dd Præſens. Et impeditur, vt inf.e.c.Paulus, li.6. in princ.& vide ſup. eo.ſcriptum, per Io.An.ſuper gl. qualiter, & inf. in gl.& ſi exiſtens.

ee Parte. Vide Io.An.ſup.eo. in cauſis. in gl. in minoribus.

ff Potuit. Facit quod no.Io.An.ſupra in glo.ſi vnus.

gg Partes. Quia expreſſus conſenſus ſufficit, vt ibi not.Io.And. ſuper glo. qualiter ergo, & tacitus.

hh Iuſiurandum. Vide de hoc etiam gl 2.q.6 §.nominationes, Bal.

ii Iureiuran. Vide Io.And. de reſcr. ſtatutum §.cum vero, lib.6. in nouella, & gl.ſi. in l.1.C.de iureiuran.& ibi per do.Bar de Sal. vbi tenet, ꝙ in his iur. datis per l. poteſt contrarium probari, licet hic ſentiat contra Hoſt.& vide dicta inf. ver. quid ſi maior, & vide Bal. in l.1.C.ſi aduer.lib.& de re iud.l.1.

kk Inn. Ad hoc quod nota.Io.An.ſupra, ſuper verſi.ſi opus fuerit.

ll Reuocãdum. Vide, & amplia, vt late per d.Iaſo.l.1.C.de bono.poſ. ſecundum tab.& quæ ibi ſcripſi ſuper Iaſone,

mm Cum. Ibi vide Io.An. in prin. de app. conſuluit.

nn Honoris. Vide gl inf. de cor. vicia.c.ex, oſuiſti.

oo Cupientes. Ibi Vide gl. quæ incipit, virorum, in princ. capituli.

pp Abbas. Vide late do.Card in cle.3. in op. de prec.& in cle 1.§.1.de exceſ prælato.

qq Firmius, vide in ſimili Bal. per illum tex. in l.1. in verſ. crebro & c. ff. de offi. præfec. vrb.

rr Clericus. pro hoc. 99. diſt. iudicatum, & 16.q 7. in noua.

ſſ Clericos. Applica hic dictum Bar. in l præcipimus §.e. dem obſeruando.C.de app.l. de quo vide multa aggregata per moder. in l.2. circa materiam mixturæ. ff. de ver.obl.

tt Ibi de illa dictione, mox, vide in c.1.de mu.peti.& auc.& cõſequẽter. de ſenten.& inter. om. iudi.& l 3.C de erro.aduo.& text. in ca. quantum.2.q.6. vbi exponitur.1. vſque ad 10. dies. vide etiam plene ſcripta in l.1.de uer.ob.& vide etiam de verbo, ſtatim, in c.non ſoleat. q.6 & in l.1 ff de app. reci.Bal.

uu Scriptũ cõtra ibi no.Io An. in gl. proc.& ſupra in gl. ergo ſi vnus.

xx [illegible] hoc facit C.de teſta.l.eius & l.cum antiquitas.

SVMMARIVM.

1 *Caſus & Diuiſio decretalis nu.2.*
3 *Libertas in eligendo in quibus conſiſtat,*
4 *Ineligibilis ad quæ quis dicatur contrafaciens huic decretali, & num.6.*
5 *Pœnæ contrafacientis huic decretali, & nu.4.& 7.*
8 *Epilogus gloſſarum.*
9 *Suppletio gloſſ.*
Abuſus in eligendo qui.
10 *Diſpenſare an poſſit epiſcopus cum ſuſpenſis vigore huius decretalis.*
Epiſcopus cum quibus diſpenſare non poſſit.

CAPVT XLIII.

1 Quiſquis Caſus.† Eligentes per ſecularis poteſtatis abuſum ab officiis, & beneficijs triẽnio ſuſpenduntur, & tunc ſunt eligendi poteſtate priuati. electus, ſi tali electioni conſentiat, fit ineligibilis, nec valet electio. & ſunt
2 † duę partes, Prima punit electum conſentientem. Secunda punit eligentes, & electionem vitiat ibi, qui vero [Electioni] epiſcopalis dignitatis, ſecus, de præben. ĩ. de conceſſio. præb. ca. vltimo, Hoſt. Sed Inno. latius intelligit de omnibus dignitatibus, vt dicam ſup prima gl. quod plus placet.& vide quod plenius dixi ſup. eo. quod ſicut, in principio [Abuſum] Nam ſi de conſuetudine, vel priuilegio haberet, ſecus. 63. diſt. Adrianus, & ĩ. de iure patro. nobis Innocẽ. quod dic vt ibi.
3 Hoſt. [Libertatem] quæ habet † ꝙ conuentus prælatũ eligat. ſup.c.1.& libere. 8.q.2. dilectiſſimi, & ſine laicis. ĩ. eod. ſacroſancta, & cap. Meſſana, Hoſ. [Ineligibi
4 lis] reſpectu † epiſcopatuum. 16.qu.7. ſi quis deinceps. idem videtur de aliis inferioribus dignitatibus, vt ſequitur ſtatim ibi, ad aliquam, per quod comprehendit etiam inferiores ſecundum Hoſt. [Irritam] 16.q.6.
5 quoniam & qui procedit intãtum, quod inueſtituram de manu laici recipit, excommunicatus eſt minori vſque ad ſatisfactionem. ea.q. ſi quis deinceps: & ſi cõtra eum agatur, deponi debet, & excommunicari maiori. ea.q. conſtitutiones, Innocẽ. [Dignitatem] ergo
6 † canoniam poteſt; quia pœnæ &c. non tamen ad curam, quę dignitati comparatur. ĩ. eod. dudum, Abb.
7 Pet. [Priuati] ipſo † iure ſecundum Innocen. Compoſt. Abb.& glo.1. dum ſignat vltim. contrarium. ¶ Secun-
8 da † pars primæ gloſ. reſpondet. per contrarium de c. cum Vintonien. ¶ Tertia gl. reſpon. per quæſtionem, an ipſo iure &c. arguit pro & contra, & ſoluit, in fine quærit, an diſpenſet epiſcopus, & ſoluit quod ſic. ¶ Antepenultima gloſſ. reſpond. etiam per quæſtionem, an per ſententiam &c. arguit pro, & contra, ponit opinionem, & ſoluit, quod per ſententiam. ¶ Penultima gl. ponit duas lecturas, & primam reprobat. ¶ Vltima
9 gloſſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In gloſſ. † prima, ibi, interſit] forte requiſitus a clericis eligentibus epiſcopos, vel prælatos. infr. eod. ſacroſancta, ſecundum Innocen. Idem ſecundum eum, ſi clerici conſenſum laicorum requirant ſuper perſonis eligendis, ſup. eod. cum terra. Idem in his, qui minus potentem aliquem eligunt. ſup. eo. bonæ.1. iſti proprie ſunt abuſus ſecundum Innocen. [Et in fine] Idem Vinc. ¶ In gloſ. [per hoc, ibi, præterea] ibi recipit eccleſiam vt proprietatem, & ideo minus peccauit ſecundum Innocent. [& ibi, Et eſt verum] Idem Goffred. Innocen.& Hoſtien.& Compoſt. Pet.& Abb.& Egy. [& ibi, Sed ibi in capitulo] ſi quis deinceps [Et in fine] ſecundum
10 † Ioan. concor. quod notauit in prędicto capitulo, ſi quis deinceps, Vin. Gof. hic, Innocen. Ber. Compo. Hoſtien.

ſtien. Phi. hic contra, & Bar. Brix. in præ. c. ſi quis deinceps. ratio Phil. quia non diſpenſant cum illegitime natis: quia alieno vitio laborant. multominus cũ iſtis, qui laborant proprio. Idem, quia non diſpenſant, ſecundum eum, niſi vbi permittitur, de tempo. ord. cum dilectus. adducit etiam Hoſtiẽ. pro hac parte quia reſeruat ſibi, quod eſt minus, de præbendis, graue, ad finem. ergo, hoc quod eſt maius, de ſententia excommunicationis, cum illorum. Sed reſpondet, quòd facta forte habent vt excedẽtia & exceſſa, & remittit ad no. ĩ. capitulo proximo. ¶ In gloſ. per ſententiam, ad idẽ
a Innoc. [a] & Abbas. & licet Hoſt. foueat contrarium, dicit hoc benignius. & ibi [Priuati] melius dixiſſet, ſuſpẽſi. Et in fine, viſum fuit legislatori, quod ibi vnica ſuſpenſio infligeretur ſine hominis miniſterio, & hic duplex cum miniſterio hominis.

ADDITIO.

a Inno. per hoc, quia verbum ſuſpendatur, eſt futuri temporis, ad hoc quod no. in c. fi. de iura. cal. c. fi. & per gl. 1 l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl, & quia in dubio ſic intelligi debet pena, ad hoc vide glo. not. in c. 1. de hære. lib. 6. quæ incipit, nunquid, & quod no. Cy. in l. in criminal. C. de iur. om. iud. & Io. And. in c. in penis, de re. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Confirmans prælatus per ſuam negligentiam indignum electũ ad regimen animarum in quas incidat pœnas.*
Electi immediate ſubiecti papæ quando debeant adire papam.
2 *Diuiſio decretalis.*
Officio, pro noceo, & eius etymo.
3 *Animarum regimen eſt ars aliarum artium ſuprema.*
4 *Irrefragabili, quid ſignificet.*
5 *Scrutinium quoddam in confirmatione electi, aliud vero habetur in conſecratione, & nu. 11.*
Confirmationem citatio præcedere debet ſecundum formam decretalis. c. vltimi de elect. lib 6. & quibus in caſibus numer. 14.
6 *Muneris appellatio ſumitur tribus modis.*
7 *In electi perſona, vel electione multi poſſunt eſſe defectus, & qui remiſ.*
8 *Careat, interpretatur pro carere iudicetur.*
Tempus præſens aliud modi ſubiunctiui reſoluitur in infinitũ præſentis temporis ſui verbi, & in aliud verbum eiuſdem modi ſubiunctiui atque temporis, & nu. 15.
Pœna huius decretalis quando ſequatur, & per quem, & numero 25.
9 *A pœna huius conſtitutionis quando quis excuſetur.*
Malitia qualiter in confirmante indignum deprehendatur.
10 *Confirmatorem an canonicus, qui in omnibus confirmationis actibus fuit præſens, & tacuit, accuſare deinde poſſit.*
11 *Officium duplex ordinis, & dignitatis*
12 *Canonica vitio in quibus conſiſtat, remiſſ.*
13 *Electi cathedralium, vel regularium eccleſiarum ſeruare debent decretalem, Cupientes, infra eo. tit. lib. 6.*
16 *Electi appellatione non continetur poſtulatus.*
17 *In concordia electus videtur, electus à compromiſſarijs habẽtibus plenum mandatum ab omnibus, licet quis ve compromittentibus opponat, tutius tamen eſt, vt non adminiſtret ante confirmationem. ſi vero adminiſtret, nõ recipiat a ſubditis iuramenta, vel a vaſallis fidelitatem, nu. 18. neque tamen ante confirmationem poteſt adminiſtrare præſenti in loco legato papæ, nu. 29.*
20 *Benedictio reſpicit abbates.*
Conſecratio epiſcopos.
21 *Epilogus, gloſſarum.*
22 *Suffragium gloſſ.*
Diſtincta pro coniuncta capitis quandoque. §. 1.
23 *Suppletio gloſſarum, & numeris ſeq.*
24 *Indignum promouentis, vel indigni promoti ad beneficia, vel ad ordines quæ pœna irrogentur, & nu. 8.*
25 *Indignum eligens magis peccat, quam confirmans, & ratio.*
26 *Promouentis inuitum, licet dignum, pœna quæ.*
27 *Priuilegium huius decretalis an eſſet Italis, ſi curia Romana eſſet vltra montes, & an vltramontanis ex hoc ceſſaret.*
28 *Contractus & acta eius, qui vel rigore huius conſtitutionis, vel ſua confirmationis adminiſtrauit, an et quando valeãt.*
29 *Exceptiones contra prælatum agentem nomine eccleſiæ quæ poſſint opponi.*
30 *Titulus, cuius nomine quis agit, vt epiſcopus nomine eccleſiæ ſuæ, ſi negetur eſſe talis, oportet probari, ſe eſſe in poſſeſſione, & pro tali haberi.*

CAPVT XLIIII.

1 Nihil eſt. Caſus † Si prælatus per ſuam negligentiam cõfirmat indignum electum ad regimen animarum, perdit poteſtatẽ confirmandi primũ ſucceſſorẽ, & a perceptione beneficij ſuſpenditur, & promotus deijcitur, ſi per malitiam id fecerit, grauius punietur. Electi immediate ſubiecti papæ per ſe, aut perſonas inſtructas adeant papam pro cõfirmatione, & ſi ſunt electi in cõ-
a cordia, & vltra Italiam, interim adminiſtrant, ita, [a] quòd nihil penitus adminiſtrando alienent: benedicantur autem, & conſecrentur ſicut conſueuerunt. Et
2 ſunt † duæ partes principales. In prima conſtitutionis cauſa. In ſecunda conſtitutio, ibi irrefragabili. Conſtitutio vero habet tres principales partes. Prima prouidet circa confirmationes eorum, qui eliguntur ad curam animarum. Secunda ibi, epiſcopi, circa promouendos ad dignitatem, & ordines ſacros. Tertia ibi, cæterum, circa confirmationem & priuilegiũ exemptorum. adhuc prima & vltima poſſent ſubdiuidi, quod per te videas [Officiat] ideſt noceat. ſic inſti. de inge. in fine. vnde ſecundum deriuatores componitur ex ob & facio: mutatur demum B. in F. Regi-
3 men] quod † dicitur ars aliarum artium ſuprema. infra de ætate & qualitate. cum ſit [Medelã] quod enim medicamenta morbis &c. in auten. hac conſtitutio innouat conſtitu. in principio, colla. 8. de iuran. calum. cæterum. ſupra de reſcriptis, ad hæc [Irrefragabili.] i.
4 cui † refragari non poteſt, Goff. ſic de officio ordi. irre-
b fragabili. i. cui non poteſt renunciari, [b] cum publicum ſtatum reſpiciat, de hoc de foro competenti, ſi diligen-
5 ti [Diligenter] hoc † ſcrutinium habetur in confirmatione: aliud habetur in ordinatione, de quo 23. diſt. qui epiſcopus, Goffred. [Examinet] hodie confirmationem neceſſario præcedet citatio ſecundum formã decre. ĩ. eo. cap. vltimo, lib. 6. [Omnia] ſic ſupra eod.
6 poſtquam [Munus] ſumitur † munus pro dono, pro onere, & pro officio. ff. de verbor. ſignificatione, munus, ad principium titul. [Ipſum que] ſcilicet promouentẽ,
7 vel confirmantem [Maxime] hoc † dixit, quia multi alij defectus poſſunt occurrere. ſed iſti ſunt de maioribus, de hoc ſ. eodem, cum in cunctis, Hoſtienſ. [Scientiæ] dic vt ſup eodem, cum nobis [Vitę] cuius vita deſpicitur & c. 3. qu. 7. §. tria. in fine, Phi. [Careat] i.
8 carere † iudicetur, vel dic quòd eo ipſo, dicitur in ſententia ſuperiorem in confirmatione electi negligentẽ
c fuiſſe, hoc ipſo ſequitur hæc pœna, [c] Innocen. [Promereri] per illum, qui ſuſpendit, argum. de maio. & obe. cum inferior, de ſenten. excommu. nuper. nec obſtat etiam decr. grãue, de præbendis, quam hic gl. ad aliud tamen, ſignat pro contraria. Nam hic de ſuſpenſione perceptionis proprij beneficij, ibi de ſuſpenſione collationis.

9 lationis [Per maliciam] ſed † quid ſi per alium exa-
minauerit? putat Hoſtien. quòd excuſetur, ſi malitioſe
non commiſit. 24. diſtinct. quando, de pigno. ſignifi-
cante, & qui dolum allegat &c. ff. de probatio. quoties.
d §. qui dolo, & probatur ex indicijs, [d] de renunciatio.
c. ſecundo, lib. 6. vt quia dicebatur electus patenter il-
literatus, vel inſufficiens, & confirmator hoc nolebat
audire: ſed commiſit examinationem corruptibili-
bus, vel idiotis, vt tranſiret examinandus, & ipſe ha-
beretur excuſatus, de hoc de officio archidia. ad hæc,
de ætate & qualitate, accepimus, ſecundum Hoſtien.
& viros magnæ reputationis in hoc vidi peccare [Vl-
10 tioni] Quærit Hoſtien. de cano. qui † in omnibus acti-
bus confirmationis ſuæ fuit præſens, & tacuit, an poſ-
ſit cõfirmatoré poſtmodum accuſare? & videtur quòd
non. qui ma. accuſa. poſ. inſuper, & capitul. final. de-
nuncians forte admitteretur propter periculum ani-
mæ, argumen. de deſponſa. impub. ad diſſoluendum,
de cogna. ſpirituali, tua, & non obſtante tempore cõ-
tra promotum; & promouentem, cum de prædictis
conſtiterit, procedetur: quia tanto ſunt grauiora &c.
11 de conſuetu. capit. final. [Ad ſacros] Nam † etiam in
ordinatione fit examinatio, vel ſcrutinium, vt dixi ſu-
pra & patet de ſcrutinio. cap. vno [Officium] ordinis,
vel dignitatis [Si & ipſi] ſ. epiſcopi [Canonicam] de
12 † qua ſupra in gloſſa. variæ pœnæ, quæ competentius
ſignarentur hic in ſui principio [Cæterum] hic, vt di-
xi, pars tertia, quæ tractat de confirmatione, & priui-
legio exemptorũ [eius] ſupra vel legati de latere, ſi ſit
prouincia. infra eo. ſi Abbatem. 2. reſponſo, lib. 6. [Aut
13 perſonas] hodie † tales, ſi ſint electi cathedralium,
vel regularium eccleſiarum, ſeruare debent decret.
ĩ. eod. cupientes, lib. 6. [Diligens inquiſitio] dicebat
14 † Innocenti. quòd quando in curia petitur confirma-
tio, non ſolet curia citare illos, quorum intereſt. dicit
tamen ipſe, & Compoſtel. quòd cautius, & ſecundum
Hoſtien. iuſtius erat citationem fieri poſtquam diffi-
cilius admitteretur quis ꝯ electum, niſi de nouo ad
ipſius notitiã perueniſſet. ĩ. qui ma. accuſa. poſ. c. fi. Tu
dic in cathedralibus, & regularibus, in quibus arctat
citatio decret. cupientes, non eſſe neceſſe aliam cita-
tionem fieri. Item nec in alijs, ſi comprehendantur
ſub decret. inf. eod. titu. cap. 2. lib. 6. Si verò neutra il-
larum decret. locum habeat, puto quòd hodie, ſalua
poteſtatis plenitudine, ita per curiam, ſicut per alios
ordinarios fiet citatio de coelecto, vel oppoſitore no-
minatim, ſi apparent: alias per edictum peremptoriũ
citabuntur ſe volentes opponere, vt infra eo. cap. vlt.
lib. 6. Et quomodo diuerſificant mandata de citando
opponentes, & de citando ſe volentes opponere, ple-
ne ſcripſi infra de exceptionibus, dilecti. in gloſſ. ergo
erat [Sic demum] ſcilicet facta, vt eſt dictum, diligenti
inquiſitione [Aſſequantur] per confirmationem, de
qua hic principaliter loquitur [Obſtiterit] i. obſtare
15 † potuerit [Quòd interim] ſ. ante confirmationem,
Goff. [Vltra Italiam] pondera hoc verbum. vt dicam
16 ſuper gl. [Si electi] ſecus † de poſtulatis. ſup. eo. bone. 1.
ſm Innoc. Compoſt. & Hoſtien. in electis enim initia-
tum eſt matrimonium: in poſtulatis non [Concordia]
17 ſi † compromiſſarij habentes plenum mandatum ab
omnibus eligant, & aliquis de compromittentibus ſe
opponit, licet in concordia videatur electus, argumẽ-
tum inf. eo. in cauſis, ibi, propter quod vnanimiter de
conſenſu &c. tutius tamen ſecundum Compoſt. quòd
non adminiſtret, qui dicit, quod ob hoc [illegible]idit electionem
e caſſari: quia hoc, quod hic dicitur eſt diſpenſatio, [e] &
ſic reſtringenda. ad hoc inf. eo. indemnitatibus. §. cæ-
terum, lib. 6. & cap. vlt. in fine, eo. lib. [In ſpiritualibus,
18 & temporalibus] ſiue † adminiſtrent vt prælati confir-
mati, ſiue vt viſitatores ſup. e. cum nobis. inf. eo. is cui.
non videtur ſecundum Innocent. Hoſti. & Abba. quòd
obedientiam a ſubditis recipere debeant, vel iuramẽ-
ta a vaſallis, & dicit Abbas ſe audiuiſſe, quòd propter
hoc Innocen. quartus caſſauit electionem Abbatis ſan
cti Tiberii, quia receperat obedientiam a monachis, Ar
chid. inf. eod. indemnitatibus, §. ſi vero, lib. 6. hæc non
aduertens dixit, quòd electã, cui per illum §. ante con
firmationem adminiſtratio defertur, fidelitates & iu-
ramenta recipere poterat a vaſallis, vt ibi etiam ſcri-
19 pſi [Adminiſtrent] niſi ſit † ibi legatus papæ de latere,
vel alius legatus, qui poteſtatem habeat tales electio-
nes confirmandi. infra eodem. ſi Abbatem, li. 6. & ſup.
de conſuetudine, cum venerabilis, vt ibi not. Innocen.
20 Compo. & Abba. [Benedictionis] reſpicit † Abbates,
qui benedicuntur, de ætate & qualitate, cum contin-
gat [Conſecrationis] reſpicit epiſcopos, qui conſecran
tur. ſup. eodem quòd ſicut [Conſueuerunt] a nobis, vel
aliis ſecundum conſuetudinem. 24. queſt. 1. pudentia,
21 Goffredus. ¶ Quarta † gloſſ. arguit, & remittit. ¶ Gl.
variæ, præmittit 5. ſpecies pœnarum, ſignat contrariũ,
& ſoluit. ¶ Gloſſ. licet fines, reſpon. per quæſtionem,
quid de vicinis, licet extra Italiam. ¶ Vltima gloſſ.
præmittit duos caſus ſpeciales. ſecundo quærit de il-
lo, qui diſtat a metropolitano, arguit pro & contra.
tertiò quærit, quid de geſtis per ipſum, ſi caſſetur ele-
ctio arguit pro, ſoluit contrarium. quarto quærit quid
de acquiſitis per intruſum. arguit pro, & contrarium
22 ſoluit. ¶ In quarta † gloſſ. ibi [Gracchus] [f] loquitur
f de marito qui caſu, quo potuit, occidit adulterũ ¶ In
gloſſ. variæ [ibi, l. vna] hanc & ſequentem vide de te-
ſtibus, licet ex quadam, ſuper gloſſ. perſonis. ¶ In vlti-
ma gloſſ. [ibi, cum quidam] ſi teſtator † dicit A. vel B.
g tutores inſtituò, diſiuncta recipitur pro coniuncta, [g]
ne res pupillorum pereant, cum dubitatur, cuius de-
beat eſſe tutela [& ibi, l. penultima] vide de iudiciis,
dilecti, ſuper 1. gloſſ. [& ibi, non dubium] vide de fo-
ro competenti, ſi diligenti, ſuper vltima gloſ. & ibi, Si
procuratorem] valet iudicium habitum cum procura-
tore reuocato, ex quo prius apparuerat eum procura-
torem eſſe [& ibi, l. prima] vide de teſti. co. præterea,
ſuper gloſſ. not. ergo [& ibi, qui in prouincia] vide de
cleri. excomm. mini. apoſtolicę, ſuper gloſſ. ſecunda [&
ibi, Si negocia] vide hanc, & l. ſi iudex, infr. de ſciſma.
23 ca. 1. ſuper vltima gloſſ. ¶ In † gloſſ. ſupr. eod. [cum in
cunctis, in fine] dic vt inf. de ætate & qualitate c. vno,
lib. 6. ¶ In gloſſ. variæ pœnæ, in principio puto, vt dixi
in textu, prin. huius gloſſ. congruentius fuiſſe ſignatum
24 in §. epiſcopi. dicebat † hic Abba. promouet epiſcopus
dignum, & de hoc commendandus: aut indignum: &
hoc aut ignoranter, aut ſcienter, primo caſu non excu-
ſat ignorantia, ſi eſt ſupina, de ordina. ab epiſcopo. c.
1. excuſat autẽ, ſi eſt probabilis. 50. diſt. ex pœnitenti-
bus. ſed ordinatus deponitur, vt ibi, & de cor. vitia. ca.
penul. ſecundo caſu, quando ſcienter, dicit hoc eſſe poſ
ſe altero 8. modorum, aut per conditioné ordinati,
quia ſeruus, de quo dic. vt 54. diſtin. ſi ſeruus, & de ſer
ui. non ord. cap. 1. aut quia ordinatus caret beneficio,
de quo dic. vt inf. de præben. cum ſecundum, aut quia
non habet ætatem, de quo dic. vt inf. de tempo. ordin.
vel non eſt. aut quia irregularis, de quo dic. vt infra de
bigamis cap. 1. aut inſufficiens ſcientia, de quo dic. vt
36. diſt. qui eccleſiaſticis, vt hic, & de ætate & qualita
te cap. penult. & vltimo. aut criminoſus, & tunc vterq;
deponitur. 51. di. aliquantos, niſi diſpenſauerit epiſco-
pus in caſu quo potuit, de iudiciis, at ſi clerici. Eſt au-
tem illicita ordinatio, ſi fiat extra tempora ſtatuta, de
quo dic. vt de tempo. ordin. cap. 2. & 3. vel ſi duo ſacri
vna die conferantur eidem, de quo dic. vt eodem titu
lo,

lo, litteras. Hoſti. vero circa promotionem ad beneficia diſtinguebat ſic: aut promouens ad beneficiũ punitur propter negligentiam, & delicti conſcientiam, aut propter negligentiam ſolam: aut propter delicti conſcientiam ſolam. Primo caſu poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur, & eccleſiæ, quam conferre debuit, ſi proprium habet, reſtituere cogitur, quantum &c. de præbendis, de multa, verſic. is quoque. Secundo caſu, aut commiſſa eſt negligentia in maioribus beneficiis, & tunc lapſis tribus menſibus ad ſuperiorem deuoluitur poteſtas, & proceditur, ſicut dixi ſup. eod. ne pro defectu, aut in minoribus, & tunc elapſis 6. menſibus poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur, & proceditur, ſicut habes inf. de conceſ. præben. nulla. Quid ſi propter delictum, aut commiſſum auctoritate abuſus poteſtatis ſecularis; & tunc aut commiſſum in minoribus beneficiis, & ſic locum habet infr. de iure patronat. præterea. aut in maioribus, & tunc locum habet ſup. cap. proximo. §. quia vero, aut auctoritate propria, & tunc aut delictum commiſſum eſt circa perſonam electam, aut circa formam non obſeruatam. aut circa confirmationem. ſi circa perſonam electam, aut in beneficiis curam habentibus animarum, ſeu perſonatibus, aut in ſimplicibus beneficiis. ſi in perſonatibus, vel beneficiis curam animarum habentibus committat curam prælatus, vel conſentiat, priuatus eſt hac vice ipſo iure eligendi. ſi canonici, ipſo iure ſimiliter ſunt priuati. ſed in epiſcopatu per triennium ipſo iure ſunt ſuſpenſi a beneficiis ſuis. ſic poteſt intelligi ſupra eod. cum in cunctis. §. vltim. Quid in ſimplicibus beneficiis, non ipſo iure punitur, ſed poſt trinam admonitionem ſuſpenditur, ſubſtituta ei perſona, quæ ſuppleat defectum ſuum in beneficiis conferendis. ſic intellige infr. de præbendis, graue, & qui filiis canonicorum, in eiſdem eccleſiis canonias conferunt, a ſuis beneficiis ſuſpenduntur, infr. de filiis presbyterorum, ad abolendam, ſi circa formam non ſeruatam, aut illam, quam debet ſeruare is, ad quem deuoluitur poteſtas iuris beneficio, & tunc arbitrariè punitur, ſupr. eodem, ne pro defectu, aut communem, & tunc priuantur hac vice iure eligendi. ſupr. eodem quia propter. §. quia vero. ſi circa confirmationem, aut minorum beneficiorum, & tunc ſequitur mentem dictæ decret. graue, quamuis verba deficiant. aut maiorum, & tunc non confirmabit primum ſucceſſorem, a propriis beneficiis ſuſpendetur quouſque & cęt. vt hic ſe-

25 quitur. ¶ Sed † nunquid magis excedit confirmator, quam eligens; cum ante confirmationem adminiſtrare non poſſit. ſ. eo. qualiter? quare ergo punitur minus, contra id quod habemus inf. de tranſlat. epiſcopi, inter corporalia. §. fi. reſponde per decret. ĵ. de cleri. vena. ca. 1. ſed põt dici, q eligens magis peccat, quia eſt fons & origo peccati, ſecundum Hoſt [& ibi, graue] ſolue, vt ibi dixi [Et in fine] diſt. 29. c. 1. & 2. q. 1. ſi peccauerit. ¶ In gl. [ad arbitrium, ibi, iudicis] dic grauiori. i. pęna depoſitionis. 81. diſti. tantis. eandem

26 † pœnam patitur, qui promouet dignum inuitum. ĵ. diſtin. vbi iſta. Goffred. præciſe; ſecus, ſi cauſatiue, de ætate & qualitate. quæris. Hoſtien. ¶ In glo. li-

h cet fines [ibi, conſuetudini ſtetur][h] imo ſtatur literæ ſecundum Goffred. vnde ſufficit ita ſcriptum eſſe ſecundum Hoſtien. & Gar. dicebat ergo Hoſtien. quod

27 ſi curia † eſſet apud Taurinum, Ebredunen. haberet hoc priuilegium, quamuis contiguum ſit. putat etiam Hoſtienſ. ex mente huius canonis idem iuris in Italicis, curia exiſtente vltra montes. Idem notauit Guil. & Gar. in decre. auaritiæ. ĵ. eodem. lib. 6. faciat, quia curia exiſtente vltra montes reſpectu ipſius loci curiæ Italici ſunt vltramontani, & præciſe ſtatem huic dicto, ſi textus diceret vltramontanos habere hoc priuilegium. Sed quid dices de Vltramontanis curia exiſtente vltra montes, vt continue fuit tempore Clementis 5. & Ioa. 22. habebant ne hoc priuilegium adminiſtrandi. Compoſt. videtur placere quod non, cum ceſſent verba conſtitutionis, & cauſa. 61. diſt §. in his omnibus. alleg. in contrarium. ff. de poſtul. leg. 1. §. ſexum, pro primo dicto facit prædicta opi. Hoſtien. Guil. & Gar. ex quorum mente videtur, quod curia exiſtente vltra montes Vltramontani deſinant haber., ex quo Italici tunc habent. conſuluit nuper domino Salesburgen. electo hanc opinionem ante factum in dubio tenendam, maxime cum adminiſtratio ante confirmationem ſit a iure exorbitãs, & ſic ſtricte ſumenda, de regu. iur. quæ a iure, libr. 6. Sed poſt factum, ponderatis verbis conſtitutionis, quæ ad litteram non priuilegiat Vltramontanos, ſed conſtitutos vltra Italiam, id eſt extra terminos Italiæ. 3. q. 6. vltra prouinciarum terminos, ad hoc de reſcriptis, ſtatutũ. §. cum vero, libr. 6. Crederem Vltramontanum adminiſtrantem non incidere in pęnam, maxime cum pęnales conſtitutiones ſint reſtringendæ. infr. eod. ſtatutum, libr. 6. nec deficiant verba, vt prædixi, nec cauſa, cum ſubſit idem fauor eccleſiarum, & eſſe poſſet eadem & maior loci diſtantia. & vides, quod concludit hæc ratio contra Italicos, & contra opinionem Hoſtien. Guil. & Gar. cum ipſi non ſint vltra, ſed intra Italiam. ſępe ante factum aliquid conſulimus, cõtrarium cuius poſt factum tenemus. facit ĵ. de iureiu. verum, & quod dicam de Iudęis. ſignificauit, ſuper 1. gloſ. [Et in fi.] de hoc ĵ. de reſti. in integ. tum ex literis, in gloſſ.

i penultima. ¶ In gloſſ. vltim. [ibi in nomine[i] domini] & in caſu. inf. eod. indemnitatibus. §. ſi vero, & §. cęte-

K rum.[k] [& ibi, Sed videtur contra] ſecundum Ioan. & Vincen. Idem Hoſtien. [& ibi, diſpenſatiue] ſcilicet cõtra iura, quæ nolunt ante confirmationem adminiſtrari, & hoc ſoluit contraria, vt ĵ. de reg. iur. cum concor. lib. 6. (& ibi, ſed contrarium verum eſt] ſecundum Io. & Vin. Idem Godfr. Innoc. Compo. & Hoſtien. nec obſtat ſ. eo. qualiter, quæ loquitur de illo, qui adminiſtrare non poterat, ſecundum Vin. qui dicebat, quod quicquid licet ei facere, vel adminiſtrare, perpetuum eſt. ĵ. de officio. leg. cap. fi. & per hoc ſit ſolutum, quod de acceſſorio dicebatur, capitula etiam prius allegata loquuntur de intruſis, vel non confirmatis, vel ab eccleſia damnatis [& ibi, ſed vtilia] facit C. de procura. non eo minus [Et in fine] Idem not. de ſciſma. ca. 1. in

28 vltima gloſſ. dicebat † Hoſtien. quod ſi cum eadem pſona facti fuiſſent iſti diuerſi contractus, fieret hinc inde compenſatio, arg. ff. de mi. quod ſi minor. §. reſtitutio, & l. etiam. §. ex cauſa. C. de repu. l. vna. ff. de condi. inde. nam hoc natura, ne claudicet iudicium, de ex-

l cept. cum inter, nec eccleſia fraudem,[l] &c. ĵ. de donatio. per tuas. nec obſtat l. quod fauore, quia nil perdit eccleſia, licet nil lucretur, ad hoc. 54. diſt in. generalis: nec eſt par, eademq. ratio & c. C. de codicil. leg. fi. nec ob. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. fin. nam ibi contrahens fuit in culpa, Item nec obſtat, ſi dicas, quod debet ſcire, quod electus non poteſt alienare, quia ignorantia iuris non nocet repetentibus ſuum. ff. de iuris & facti ignoran. leg. iuris. ſi vero ſciebat ius, videatur deceptus a ſe ipſo, & hoc caſu poſſet locus eſſe opin. gloſſ. ſecundum eum, puto dictum gl. verum, & in diuerſis contractibus habitis cum diuerſis, & in diuerſis habitis cum vno ſolo. vbi vero vnicus contractus ha-

m bitus eſſet cum vno,[m] tũc puto veram opi. Hoſ. Scias, q Inn. poſuit hic magnã gl. de qua non curaui t Hoſtie. remittẽs ad no. de ſciſmati. ca. 1. ſecundum Compoſt.

aliqua

aliqua de ipſa tractauit. & dicunt, quod omnia, quæ facit electus, cui defertur adminiſtratio a iure, vt hic, & in concor. quas dedi in prin. gl. vel per ſuperioris confirmationem, valent, etiam ſi canonica non fuit electio, & etiam ſi ſimoniacus fuiſſet in ordine, vel beneficio. habuit. n. per cōfirmationem ius adminiſtrandi. ſ. e. tranſmiſſam, & c. qualiter, vnde, licet poſtea remoueatur, auctoritate & tuitione cōfirmationis valent, q̄ geſſit. ar. ff. qđ cū falſo tutore. l. 1. §. pe. ff. de mino. ait p̄tor. §. permittitur, quibus modis vſufr. amit. l. 2. §. 1. & ↄtria loquantur in his, quæ geſta confirmatio non tuetur. hæc vera, q̄diu toleratur, 8. q. 4. nōne, vel niſi ſententia, vel inhibitio data eſſet ↄ eum. ĩ. de dolo, veritatis, vel niſi aliter eſſet notorium illum ſuſpēſum. ĩ. de re iudi. ad probandum. 32. di. §. verum, vel niſi ſit intruſus, vt quia ſua, vel potētum auct. occupauit eccleſiam, cuius facta non valent, niſi ſicut extranei. 16. q. 7. ſi quis. nec liberātur eis ſoluētes. ff. de condi. indebiti, ſi vrbana.[n] & qđ dixi de cōfirmato per ſuperiorē, intelligit Cōp. de ſimplici ſuperiore, nō de eo, qui ſimpliciter ſuperior nō eſt, licet ſit in caſibus certis, vt metropo. ad ſubditos ſuffraganei. vnde dicit obtinuiſſe in Abbate Reoman. Lingon. diœc. q̄ caſſata prouiſione de ipſo facta per metrop. quia prouidere nō poterat, obligationes & geſta per illū nō valuerunt. Quod dictū eſt de cōfirmatione, putat Cōp. verū in prouiſione, & inſtitutione, quæ vim habet confirmationis, de

29 hoc ſ. eo. cū inter canonicos. ex his † pateat, q̄ prælatus agēs noīe eccleſiæ non repellitur per has exceptiones. Tu nō intraſti per oſtium canonicæ electionis. Tu es hereticus. Tu es ſimoniacus, pater tuus fuit immediatus prælatus eccleſiæ, cuius nomine agis, vel ſimiles. Cōfirmatio. n. oīa tuetur. vt dixi. non obſtat ſecundum Inn. q̄ de crimine excipitur ↄ teſtem toleratum, de teſti. ſuper eo. nam licet teſtificari ſit publicum officium. ff. de teſti. l. 1. ff. quēadmodū teſta. aperiā. l. ſi qs, & dixi ſup. eo. illa, in prin. tñ teſtis illud nō reddit rōne publici officii, qđ habeat, vel cum reddere teſtimoniū nō cōtineatur ſub confirmatione, in eo nō tuebitur illū p̄tor, quin ↄ ipſum excipiatur. & idē dicit ipſe Inn. de accu. 3. q. 5. accuſatores. 2. qu. 7. quærendum. de excōicatione tñ ſecundum Inn. & Comp. ↄ prælatum excipi poteſt, licet quidam dicant de excōicatione excipi poſſe ↄ partē, ↄ ſuperiorem nō, niſi ſit notoria. Nam & non notoria ↄ ſuperiores ordinarios, & delegatos eſt admittēda pp cōionis periculum. de except. exceptionē, de of. deleg. prudētiam. & dicit ſic obtinuiſſe. & coram quo probetur hæc exceptio, ſatis ſcripſi, de excep. pia, li. 6. ſuper ver. iudex. pōt ēt ſm Cōp. excipi, q̄ nō ſit cōfirmatus. ſed non p hæc verba negatiua, de cā poſ. cum eccleſia, ſed per expreſſionē alicuius facti, p quod appareat eū nō rite confirmatum, vt ſi per potentiam Federici, vel parentum, vel laicorum dicatur intruſus. & ſi dicas per hoc non probabitur non confirmatus, quia potuit intrudi, & demum confirmari. rñ. q̄ per illam transfertur in eum onus probandi, q̄ ſit rite ↄfirmatus, vt eccleſia. bē. c. vno. ad quod aliter non teneretur, ex quo adminiſtraſſet ſciente & patiente ſuperiore,[o] ad quem ſpectat confirmatio. C. de ſeruitu. l. 2. Ex illa enim pacientia titulum habet præſumptū, ex quo releuatur ab onere probandi, niſi probetur ali-

30 quid contra ipſum. Quærit † Compo. de epiſcopo Armeniæ, qui petit noīe eccleſiæ ſuæ. C. a me in curia. Ego nego illum epm illius eccleſiæ, an teneatur ante litem conteſtatam probare ſe Epiſcopum, vel ſaltem in poſſeſſione epiſcopatus. & tenet finaliter, q̄ ſi negatur eum eſſe in poſſeſſione, & pro epiſcopo haberi, tunc habet hoc probare, & gloſſam eius in hoc uide ad litterā in Spe. de act. re. §. 1. c. ver. item contra prælatum, & verſic. ſeq.

ADDITIONES.

a ¶ Ita. Si tantummodo ſit ibi legatus apoſtolicæ ſedis, nō poſſet ſine licentia, & confirmatione legitima, vt in c. cum venerabilis, de conſue. ibi vide gl. & ſcripta per me. Archid.

b Renunciari. vide Bart. & docto. in l. ius publicum. ff. de pac. vide Alex. conſil. 12. vlt. col. ſecundo libro, & conſil. 43. 5. col. ad fin. quarto libro.

c Pœna. ad hoc l. 2. ff. ad Turp. & ibi Bart. & per Io. And. poſt Inn. in c. qualiter, el ſecundo, de accuſ. & vide ſ. eo. quia propter per ipſum in gl. quando electio, & vide hic gl. ſuper ver. careat.

d Iudicijs. vide omninò regulam, quam ponit Feder. de Senis in conſ. relato per d. Iaſ. May. in l. ſi quis ex argētarijs. §. ſi. pen. col. ff. de eden. vbi aliqua etiam pulchre allegat ad iſta.

e Diſpenſatio. vide eundē Io. And. in c. 1. de fil. presbyt. in ſexto.

f Graccus. Circa iſtam l. Graccus. vide multa ſcripta per reuerēdum patrem d. Andream Pomum in c. cognoſcentes, ſ. de conſtit. in recollectis ſuis.

g Coniunct. vide ſubtiliter per d. Barth. Socinū in l. ſi is, qui ducēta. §. vtrū, in repe. illius. § ff. de re. dub. vbi multa ad hoc allegat.

h Stetur. vide tamen multa pulchra aggregata per d. Iaſo. May. in l. rem non nouam. C. de iudi.

i Nomine. In hac gl. ibi, ſed ſecundum &c. ibi, vel quaſi poſſe. no. hāc gl. pro materia l. Barbarius, ff. de off. præ. & not. in cap. conſultationibus, de iure patr. quia ibi ſolus communis error in poteſtate alicuius non transferat quaſi poſſeſ. illius poteſtatis, niſi alius actus intercedat. no. ergo aduocatus articulans, ſi vult cōcludere præſentationa eſſe validā, quia non ſufficit concludere, talis credebatur, habebatur & reputabatur vt patronus, vel vt iudex, & de ſimilibus, niſi cum hoc concludat, & ante concludat, q̄ erat in poſſeſſione illius iur. hoc probat optimè tex. in c. cum conſultationibus, alleg. Archid.

k Cæterum. Et in imperatore, vt no. gl. ſ. inf. eo c. auaritiæ, lib. 6.

l Fraudem. Vide multa ad hoc, q̄ eccleſia non debet adhibere fraudem in contractibus ſuis, aggregata pulchre per d. Iaſ. in l. quoties. C. de rei vendi. in illo puncto, annquid diſpoſitio illius l. vendicet ſibi locum in eccleſia.

m Vno. Contra hoc, quòd in illo caſu ſit vera opi. gl. facit l. etiam prælleg. & l. obligari, in prin. ff. de auct. tut. & ibi vide Bart. ad idem inſti. de auct. tut. §. pe.

n Vrbana. ibi vide Bart. circa iſtam materiam; quia illa eſt no. lex ad materiam iſtam. & vide ad materiam l. Barbarius, & ibi Bar. ff. de off. prætor. & Sal. in l. 1. C. de teſta. & vide bo. gl. in l. iuſiurand. quod ex conuentione. § pup. ff. de iureiu.

o Superiore. Vide Io. And. in c. illud, de præſum. & in c. aq. innotuit. de eo, qui fur. ordi. rece. & in c. in literis. inf. de reſti. expo.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulum, in proſequenda electione prælati, de bonis prælaturæ reddentur. idē in electionibus, & an & quando contrahenda ab alijs de patriarchatu, ſeu diœceſi, vel capitulo, ibid. de quibus impenſis loquatur hoc capitulum. nu. 11. & de alijs expenſis vide nu. 10. aliorum prælatorum. num. 4.*

2 *Diuiſio decretalis.*

3 *Electionem proſequitur ſolum capitulum eccleſiæ vacantis.*

5 *Bona dignitatum occupantium pœna, & a quibus vacatione durante cuſtodienda, & num. 6.*

6 *Inuentarium bonorum eccleſiæ vacantis tenetur conficere capitulum, & alij bonorum adminiſtratores, num. 7.*

8 *Ius ſibi dicere quibus caſibus liceat, remiſſ.*

9 *Epilogus, Suffragium, Ratio vbi eadem & idem ius nu. 10.*

11 *Expenſæ quæ admittātur, ver. has duas, & §. 1. & num. 1.*
Ius ſibi dicens per inuaſionem rerum, amittit ius earum.

CAP. XLV.

1 VT præteritæ. Caſus. † Expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulū pro proſequenda electione præ-

2 lati, de bonis prælaturæ reddentur. Et ponit † primo dictum, quod ſecundo determinat, ibi, dummodò [Statuimus] propter hunc verſic. poſita fuit olim ſub titulo, de conſtit. [Quia capitulum] not. ſm Innocē. &

3 Compoſt. q̄ licet collegium eligentium conſtituatur de pluribus eccleſijs. ſolū capitulum eccleſiæ vacantis electionē proſequitur. Nam licet in electione patriarchæ Cōſtantinopo. clerici aliarū eccleſiarū deberent

intereſſe.ẜ.eo.ſcriptum: proſecutio tñ electionis,& ius
percipiendi expenſas ſoli patriarchali capitulo cópe-
tit[negocio]fortè in vacatione, de qua ŝ.e.ſcriptũ[Fe-
cerint]ſ.quouſque fuerit electio confirmata ſup.c.tráſ-
miſſam,& confirmatio præſentata,arg.ĵ.de app.ſuper
4 eo.2. Hoſt.[Patriarchatus]non credas hoc ſpeciale in
electionibus patriarcharum : quia idem in electionib.
aliorum prælatorum, cum eadem ſit ratio ſecundum
Hoſt.de cóſangui.& affi.tua. C.de lib.præte.l.1.& ex-
ponit hoc verbum Goff.i. ſpectãtibus ad cameram fu-
turi patriarchæ. Dicit Hoſtié.per hanc literam,& per
ver.totaliter, quod poteſt exponi.i.communiter, po-
tius innui,ꝙ ab omnibus de patriarchatu contribuen-
dum ſit; de præſum.mandata.nam & pro neceſſitate
ſuperueniente petitur charitatiuum ſubſidium, alias
auxilium,de cenſibus,cum apoſtolus.§.inhibemus.Ca
uendum eſt tamen, ne pauperes compellantur nec di-
uites inequaliter aggrauentur. ĵ.de céſibus,licet,& c.
procurationes.§.1.de offi.ord.conquerente : & eſt ra-
tio, quia quod omnes tangit, &c.de reg.iur.quod om-
nes,lib.6. ſed omnium intereſt bonum habere prælatũ
61.diſt.miramur,& 6.q.1.ex merito.ergo ab omnibus
contribuendum. Dicit ipſe Hoſt.ꝙ ſeruabitur conſue-
tudo,ſi apparet:quia legem interpretatur, ſupra de có
ſuet.dilectus. Si non apparet,ſatisfaciat menſa, cuius
principaliter intereſt, niſi graues ſint expenſæ.quo eñ
caſu dicit faciendam contributionem, quæ potiſſimè
tanget canonicos,de præſcrip.cum non liceat,& c.ac-
cedentes,de teſtam.requiſiſti,de ſtatu mona.in ſingu-
lis,de his,quæ fiunt a prælatis,nouit, & c.fi.[Fiant]nó
factæ ſecundum Pe. & Abb.per quod dicit Compoſte.
ꝙ capitulum has expenſas fiendas etiam ſede vacãte
recipere poterit[Reddãtur]iam factæ[non occupent]
5 contra occupantes bona dignitatum vacantium pro-
dita eſt pęna. ĵ.e.quia ſępe.de of.ord.pręſenti,lib.6.cu
ſtodientur autem hæc bona per ęconomum.i.præpo-
ſitum,ſi ſit in eccleſia:aliter ſi nó ſit ibi, vel non ſit ido-
neus prouidebit capitulum, & ipſo deficiente metro-
politanus.12.q.2.non liceat alicui. poſſet etiam cóſue
tudo dare poteſtatem huius cuſtodiæ clericis, non ta-
men laicis.12.q.2.de laicis.ad hoc inf.eo.generali, li.
6.vide quod dicam, vt eccleſia.beneficia,c. vno.in gl.
hæc vult.nec eſt omittendum ſecundum Hoſt.ꝙ capi-
6 tulum † tenetur facere inuentarium in præſentia epi-
ſcopi morientis, vel cedentis, vel depoſiti, præſentibus
ęconomo,& canonicis.12.q.2.caritatem.& ſi mortuus
iam eſt, faciant illud publice de omnibus, de minimo
vſque ad maximum; & qui exinde ſubtraxerit, tenetur
a furti.[a] 12.q.1. ſicubi.imo videtur infamis, ſicut tutor,
niſi fecerit, & iurabitur contra eum in litem. ff.de ad-
7 mi.tuto.tutor,qui.C.de arbi.l.fi.tenentur † etiam mul
b ti alij adminiſtratores ad tale inuentarium [b] facien-
dum,de quibus vide in Spe.de inſtr.edi.§.fi.per totũ,
& in clemen.de relig.do.quia contingit, ver.illi etiam
8 [Vel vſurpent]aliquos † caſus, in quibus licet alicui ius
c ſibi dicere,[c] not.hic Pe.quos vide plenius in Specu.de
9 actore.§.1.dic, ver.item ꝙ vult. ¶ Prima † gl.reſpon.
per triplicem quæſtionem. ſ.quid de expenſis in ele-
ctionibus infirmorum prælatorum.ſecundo quales ex-
penſæ debeantur.& dicit, ꝙ neceſſariæ, moderatæ, &
quæ probabiliter expedire credebantur. Tertiò quid
ſi duo ſint electi;ponit opinionem, & ſoluit. ¶ Secun-
da gl.reſpon.per quæſtionem,quid ſi pro ſuis negocijs
10 iuiſſent. ¶ In † 1.gl.ibi.l.vltima.de confirmatio.vti-
li.cum dilecta,ſuper 3.gl. [& ibi, Precibus]ex quo per
immenſas donationes pater exinaniuit patrimoniũ,
eadẽ eſt ratio, decedat teſtatus, vel inteſtatus[& ibi.
l.1.]ſi teſtator filijs inſtitutis filiam exhæredauit, ab
omni gradu eam exhæredaſſe videtur,cum ea ſit ratio
in ſecũdo,quæ in primo.[& ibi. §.vlt.& l.ſe.]has duas
& ſequentem ſi ſeruos, vide de foro compe. dilecti, ſu-
per vlt.gl.[& ibi, Impenſæ]vide de eo,qui mit.in poſ.
c.3.in gl.fi. [& ibi Pomponius] vide ŝ.e. ꝙ ſicut, ſuper
gl.ſic patet[& ibi, Sed an vltra]vide de eo, qui mit.in
poſ.c.3.in gl.pen. ¶ In gl.2. [ibi ex parte, in princ.] ſi
hæres inſtitutus ex parte, caſum cohæredibus commu-
nem ſuſcepit, & obtinuit, ſi amplius erogauit, quia co-
hæredum cauſam defendit, habebitur ratio ſumptuũ
per exceptionem & actionem [& ibi, Si communes] ſi
pro ædibus tibi & mihi communibus caui vicino de
damno infecto,mihi teneris negociorũ geſtorum,non
cói diuidundo: quia ſolam partem in cauſa defendere
pót. ¶ In gl.vltima[ibi, extat]vide de iureiur.ad no-
ſtram.1.ſuper vl.gl.[& ibi, Creditores]idem quod pro
xi.ſ.ꝙ creditores, qui auctoritate ſua inuadunt rem de
11 bitoris,cadunt a credito.¶ In † gl.1.[ibi, vel aliter]pu
ta mittendo pro conſenſu electi ſm Phil.Innoc. Hoſti.
& Compo.Vin. dicit hoc capitulum loqui de expenſis
factis in illis actibus electionis, ad quos capitulum nõ 3
tenetur nec facit illas ſuam vtilitatem, vel nego-
cium proſequendo. vnde dicit capitulum non repete-
re expenſas, quas fecit in citando abſentes, vel in ipſa
electione facienda, puta in conſiliarijs, vel notarijs.te-
nebantur enim eligere, alias ius deuoluebatur ad ſupe
riorem. ẜ.eodem, ne pro defectu, ſicut nec metropolitã
no darentur, ſi quas facit circa prouiſionem, quam fa-
cit ex iure deuoluto. allegat. ff.de operis libertorum,
ꝙ niſi,& quia beneficia ad hoc ſunt conſtituta, de vita
& hone. cle.cum ab omni.ſm hoc ergo nec haberent
expenſas factas pro habendo conſenſu, cum illum re-
quirere teneatur:aliter incurrunt pęnam, inf.eo.cupiẽ
tes.§.cæterum. Sed Comp.placet, ꝙ omnes expenſæ,
ſiue factæ ſint pro facienda electione, ſiue pro iam fa-
cta proſequenda, debeantur per hanc literã q̃ genera-
d liter loquitur.[d] & dicit, ꝙ papa conſultus viſus fuit ſic
ſentire. nam ad aliqua quis tenetur, quæ ſuis expenſis
non facit, vt in viſitatione, de præſcriptio.cum ex offi-
cij.in conſecratione, de ſimonia, cum ſit.ſed Vinc.di-
cit illa ſpecialia[Et in fi.]de hoc inf.eo.cupientes, lib.
6.in vlt.gl. per quam decido hic not. per modernos.
¶ In gl.vlt.[in fi.]& illud ſibi computant in expenſis,
de accu.c.pe.in fine.Ioannes Andreæ.

ADDITIONES.

a ¶ Furti.contra, quia rei vacantis nó fit furtũ. l.hæreditariæ.ff.de fur.vide Io.And.in c.cũ ſuper, in princ.inf de cauſa poſſ.& pro. poſt Innoc.& inf.eo.dudum, in gl.ſimile,& ſuper illa.
b Inuentarium.vide tex.in l.tutor, qui repertorium, & ibi Bart. ff.de admi.tuto.
c Dicere.vide pulchrè per Old.in conſ.156. vide etiam Panor.in c.nouit, in ver.eo quòd ŝ.aux.inf de iudi.
d Loquitur. Qua actione has petant expenſas, vide hic doc.& gl. inf.alleg.& de procuratore, vel negociorum geſtore, quomodo conſequantur expenſas, vide Bart.in l.iã tamen. § in hac ff.ſud. ſol.& per moder.in l.1.& l.aduerſus C.man.& vide Old. ad materiam iſtius in ſuis conſilijs conſ.25. & vide de proc.c1.cum pro cauſa,& quod ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Electio poſt collationem ex interuallo celebrata non valet.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Cedere, ſeu renunciare archiepiſcopatum nemo abſque permiſſione papæ.*
4 *Collatio fieri debet etiam quando fit electio concorditer, & qua.*
5 *Electio hic quare caſſata.*
6 *Verbum reſoluitur in alia ex ſubiecta materia.*
7 *Epilogus, Suffragium, Inſtantem petitionem quę deſiderant.*
9 *Supplementum gloſſ.*
In morum correctione prælatus importunè debet inſtare.
10 *Electio poſt quæ facienda.*
11 *Iuſtus & ſufficiens quis eligendus.*

CAP.

CAPVT XLVI.

1 Cum poſt petitam. Caſus. † Electio poſt collationem ex
2 interuallo celebrata non valet. Et † primo narrat factum electionis, quam ſecundo caſſat, ibi, quia tandẽ
3 [Obtentam] a † nobis, quia nec alius eam dare potuiſſet ſ. titul. 1. per totum [Ceſſionem] ponit ergo modũ vacationis concor. ſ. de renun. poſt translationem, in prin. [Sicut decuit] ſ. e. nih. 1 eſt [Et collationis] ergo
4 † quãdo fit electio in concordia, fieri debet collatio, quia concilium ſ. eo. quia propter. videtur hoc velle, vt ibi dixi ſuper ver. omnes, & non erit collatio de numero ad numerum &c. ſed erit, quomodo omnes concordauerunt in illum, & de ſcientia, merito, & qualitatibus electi, & de zelo eligentium placebat Compoſt. quod defendi poſſit electio, vbi non fit collatio zeli, & meriti, ex quo concors eſt, & quod hic factum narra-
a tur, quod non videtur, vt in concilio [a] dixi [Protractã] contra ſ. eodem, publicato, vbi de hoc in fine vltimæ
5 gl. dicunt Goff. Inn. Comp. & Abb. quod hæc † electio caſſata fuit: quia ante publicationem ſcrutinii conſenſum præſtitit nominatim, non ex eo, quod protracta, vt in decr. publicato. nec ex eo, quod requiſitus fuerit ipſius cõſenſus, quia poteſt verba dicere, per quæ pateat ſua voluntas, vt vitetur eccleſię vacatio. Hoc vltimum fateor. ſed ꝙ ex conſenſu prius præſtito fuerit hic caſſata electio, videtur falſum per literam dumtaxat, quæ videtur excludere omne vitiũ electi. ex conſenſu prius tamen præſtito non eſt dubium in electo ambitionem notari. puto igitur, quod vera caſſationis cauſa fuerit protractio electionis poſt collationem. Dabant autẽ hic Petrus, & Abbas tale conſilium, quod quando poſt publicationem, & collationem de facto protracta eſt electio, quod ſi faues electioni, procures eam non fieri, vt poſtea fiat ſine vitio, ſuperiore cogente. Si vero non faues procura. quod fiat ſecundum eos [Dumtaxat] ergo non fuit vitium electi, vt prædixi. ſecundum hoc igitur poterit iterum eligi. ſ. eodem, ſuper eo [Caſ-
6 ſauimus] id eſt caſſam † nunciauimus. de hoc dixi in concilio, quia propter, ſuper verſi. non valeat, vbi Ho-
7 ſtien. hanc decre. allegat pro ſe. ¶ Prima † gl. circa inſtantiam ponit quattuor ſimilia. ¶ Secunda gloſſa obiicit, & ſoluit. ¶ Tertia glo. quærit, an requiſitio ſuffi-
8 ciat ad caſſationem, & ſoluit. ¶ In † prima gl. [ibi, leg. vna] inſtanter & ſæpius petuntur dimiſſoriæ. inſtantiã enim repetentis dimiſſorias, conſtitutiones deſiderãt. ¶ In gloſſa ſecunda [ibi, ſciendum] vide de officio delegat. prudentiam. ſuper glo. ſecunda [& ibi, hæredes palam] vide in c. quia propter, ſuper glo. id eſt incontinenti. ¶ In gloſſa tertia [ibi, Si quenquam] vide ſup.
9 eodem per inquiſitionem, ſuper. 4. glo. ¶ In † gloſſ. prima [ibi, Importunè] Item in morum correctione prælatus importune debet inſtare. 43. diſt. ſit rector, in fine, Goffr. ¶ In gloſſa ſecunda [ibi, di. 7. cap. 1.] & quia licet concilium, quia propter. dicat, quod poſt ſcruti-
b nium [b] mox fiat publicatio, † non dicit, quod poſt pu-
10 blicationem, & collationem mox fiat electio, ſed dicit, is collatione habita eligatur; Goffr. dixit Philipp. quod illud, mox, in collatione & electione debet intelligi repetitum, quia quæ in præfatio. nibus &c. ff. de verbo. oblig. ititio. l. Titia. Si tamen interponatur mora naturalis, & compendioſa, non obeſt. C. de teſtamentis,
c cum antiquitas. modicum [c] enim interuallum non impedit, quod magis intellectu, quam elocutione poterit exprimi. ff. de ſolutio. l. ratum. ff. rem ratam haberi, quo enim. §. Iulia. vnde dicit Hoſtien. quod magis ſuadet ratio poſt ſcrutinium publicatum, & factam collocationem ſtatim fieri electionem, quam poſt ſcrutinium ſtatim fieri publicationem. Ex multitudine enim ſcrutatorum poſſet congrua cauſa ſubeſſe tractandi publicationem, ſed non occurreret iuſta cauſa poſt collationem tractandi electionem. Dicit tamẽ, quod ſi poſt collationem diceretur miſſa de Sancto ſpiritu, vel tractaretur concordia, dummodo non diuertatur ad extraneos actus, non vitiabitur electio. ¶ In gloſſa. [ſed nunquid ibi, Non videtur] Idem Vincen. Iaco. Philippus, Goffr. & moderni [Et in fi.] habuit gloſſa hęc ab Innocenti. quia finis iſte fuit additio.
11 hoc dicebat Hoſti. corrigendum; quia † inuitus & fugiens eſt quærendus; conſentiens & ambiens reprobãdus per iura prꝶallegata. 1. quæſtio. 6. ſicut is. C. de epiſcopis & clericis, ſi quenquam. 8. quæſtion. prima, in ſcriptis, & cap. ſciendum, & c. qui epiſcopatum. vnde Hieronymus de Nepotiano in ſuo epitaphio. Eo dignior erat ſacerdotio, quo ſe clamabat indignum, & negando merebatur. quod eſſe nolebat. Puto, ꝙ Innocenti. & gloſſa ſic intellexerunt, quando ante electionem eligentes diſcernunt per vera indicia quod ille, de quo eligẽdo tractabant præciſe, et nullo modo vult epiſcopari; non impediant ſe & eccleſiam ſuam eligendo illum.

ADDITIONES.

a Concilio. In gl. ſuper ver. omnes, & uide Io. And. inf. eo in gene ß. in gl. no. ſecundum Inno.
b Scrutinium. Vide Io. And. in c. quia propter, ſuper gl. idem eſt.
c Modicum de modico interuallo uide late ſcripta per modẽ. per illum tex. in l. 1. ff. de uer. ob. in §. qui præſens.

SVMMARIVM.

1 *Monacus vnius monaſterii factus abbas alterius monaſterij non habet vocem in electione abbatis monaſterij prioris niſi concedatur, nu. 4. & 5.*
2 *Diuiſio decretal s.*
3 *Epilogus, Suffragium, Supplementum gloſſarum.*
5 *Vox monaco tanquam monaco poteſt concedi in alieno monaſterio, & an alijs poſſit in non ſuis eccleſiis.*

CAPVT XLVII.

1 Conſtitutis. Caſus. † Monacus vnius monaſterii alterius monaſterii factus Abbas, in electione Abbatis prioris monaſterii vocem non habet, etiam ſi tale ius ab Abbate, & Monacis prioris mo-
2 naſterii ſibi fuerit ſeruatum: Et prima † pars deciſa ponit petitionem actorum. Secunda expreſſionem cauſę. Tertia ſententiam contra actores propter cauſam ineptam [Procuratores] Goffr. exponebat. i. ſyndici, vel actores. ſecundum cano. de nominibus non curamus, de hoc de procu. pertitio [Iuſſi] alias niſi, alias
a viſi; prima melior. [a] [Monaſterii] quod erat immediate ſubiectum Romanæ eccleſiæ. & ideo non potuerunt in eius præiudicium hoc monaſterium tali ſubiicere ſeruituti, ſecundum Goffr. vel ſecundum eum, conceſſio, ꝙ habeant vocẽ in capitulo, non eſt extẽdenda ad electionem, quia odia reſtringi & c. de regulis iur. odia, libro 6. Neutrum horum placet Hoſtien. quia nec eſt ſeruitus, per quam præiudicetur papæ, nec eſt odioſum, imo fauorabile, quod religioſi interſint electioni etiam extranei. Fuit ergo vera ratio ſecundum eum, quam ponam ſuper prima gloſſ. & remittit etiam ad ſumm. de præſcriptio. ſub rubrica de præſcriptio.

rerum immobilium. §. quæ exigantur, ſub §. quartum,
3 verſ. circa hanc materiam, & verſic. ſeq. ¶ Prima † gl.
obijcit, & ſoluit. ¶ In prima gl. [ibi, cogi] vide de pro-
cura. ex inſinuatione, ſuper gl. fi. [& ibi. l. fina.] hāc &
duas ſequentes vide de iudi. dilecti, ſuper glo. 1. ¶ In
vlt. gl. [ibi, & an eadem] vide de libel. oblatio. c. 2. in
4 1. gl. ¶ In † gl. 1. [ibi, nomine eccleſiarū] dicit Compo.
ꝙ potuiſſent Abb. & cōuentus Fiſcancun. abbatibus,
illorum moñ hoc ius concedere, de conſenſu tamē diœ
ceſani, ſine quo nil poſſunt alienare. 12. q. 2. Abbatib.
5 [& ibi, Sed nomine ſuo] dicit Hoſt. quòd † bene po-
tuit vox ſua tantum valere, quantum alterius monaci:
quia ibi ſalus, vbi multa conſilia, prouer. 24. c. & quod
a pluribus quæritur & c. de offic. delegat. prudentiam.
& religioſi ſolent ad electiones vocari, vt no. ſup. cod.
ne pro defectu, ad finem: & tantum debet valere tale
b pactum, vel talis conceſſio, quantum conſuetudo,[b] ſe-
cundum quam extranei a collegio multoties vocem
habent ī. capit. tertio, de poſtulatio. bonæ. dicit ergo
hoc ideo non voluiſſe; quia per id agebatur, quod ab-
bates iſti remanerent fratres, & monaci prioris mona
ſterij. Fatetur aliquos dicere, quòd licet tale ius vo-
cis poſſit concedi ſecularibus canonicis. ſupra cod.
ſcriptum, & c. cum Vintonieñ. ī. c. 3. non tamen mona
cis, vel clericis alterius profeſſionis. ſup. co. officij, de
relig. do. c. finali, de laicis non eſt dubium ī. e. ſacro-
ſancta. de cōſtit. c. ſecundo. & ſi dicas in tribus primis
iuribus poteſtatem datā eccleſiijs, nō perſonis, reſpō.
Innoc. quòd perſonis videtur ſpecialiter conceſſum in
c. cum Vintonieñ. alleg. etiam 23. diſt. in nomine do-
mini. puto dictum Hoſt. verum quo ad hoc, vt mona-
ſterio vacāte poſſint monaci vni monaco communica
re ius eligendi, & vocem pro illo actu ſm ea, quæ nota.
ſup. eodem, cum Vintonieñ. in gloſſ. fi. Sed quod extra
neo monaco ſuo nomine poſſint hoc ius vocis conce-
dere in poſterum, nō credo. vnde dicebat hic Compo.
quòd vacante eccleſia poterat hoc ius concedi. ſed ſi
nō vacat, non valet conceſsio facta etiam ſeculari cle
rico ſuo proprio nomine, nō nomine eccleſiæ. alleg. de
cōceſ. præbēda, ex tenore & ca. finali, ne aperiatur via
conceſsioni, ſeu prouiſioni beneficij non vacantis per
prædicta iura. dicit tamē, quòd alij cōtra [& ibi, cau-
ſam] ad hoc ī. de libel. obla. c. fi. ¶ In gl. vlt. [ibi, multi
monaci] experieris, quòd ſępiſsimè monaci vocati ad
alia loca te cōſulent ſuper hoc caſu [& ibi. §. fi.] de præ-
ben. cum ſingula, lib. 6. [& ibi, Audiri] & quòd ibi di-
cit textus perpetuum ſilentium intelligere quò ad
prædictam cauſam expreſſam, ſecundum Hoſt.

ADDITIONES.

a Melior. Iſti coguntur hic in petitione titulum allegare, quia ius
commune, illis contradicit, ad hoc de præſcrip. capit. 1. lib. 6. &
not. hic Innoc.

b Conſuetudo. Vide gl. in rubr. C. de decr. decu.

SVMMARIVM.

1 *Electio fieri debet verbo, & de illo, in quem maior pars non reſpectu aliorum tantum, ſed etiam capituli, & num. 2.*
Diuiſio.
2 *Singularis electio habet locum in præſentationibus patronorum.*
Singularis ſententia an valeat, ſi multi ſint iudices, remiſ. ver. quid de iudici.
3 *Inuitus qui elegitur per deportationem, ſtatim fugiat dimiſſus.*
Electione priuati non dicuntur in formam peccantes, ſed priuandi, ver. quia peccantes.
4 *Epilogus, Suffragium, & Supplementum gloſſ. num. 5.*
In poſſeſſorio obtinet, qui litis cont. tempore poſſidet, ver. licet pro.
6 *Quandoque verbum plus, quam factum interdum æquale, & contra.*

CAPVT XLVIII.

1 Eccleſia veſtra. Electio. † debet fieri
verbo, & de illo, in
quem conſenſerit ma
ior pars, non reſpectu aliorum tantum, ſed etiam reſpe
ctu capituli. dicebat Hoſt. propoſitio, examinatio. & ſē
tentia [Diuiſis] pone, quod duodecim canonici eſſent:
quinque nominauerint Th. quatuor cancel. tres, alios
tres [Singulares] talis ſingularis electio non valeret. ī.
2 eodem, in geneſi [Capituli] non † habet locum in præ
ſentationibus patronorum, vbi ſufficit maior nume-
rus reſpectu aliorum. ī. de iure patronatus, quoniam.
rat. o ſecundum Vincentium, & Compoſt. Idem Egi-
dius, quia patroni non conſentiunt hoc caſu vt capitu-
a lum, ſed vt ſingulares.[a] ¶ Quid de iudicibus, an ſuffi-
ciat, quod plures concordent reſpectu aliorum, vide in
Spec. de ſententiæ prolatione, §. iuxta, circa principiū,
vbi inuenies, quod not. Vincent. ī. in geneſi [Habitus]
imo & ſi tardus habitus, non valuiſſet, ſupra eodem,
cum poſt, Goffre. & intelligas hæc facta conſentiente
Thoma, per ea: quæ ibi dixi in ſimili caſu, ſecundum
Hoſt. [Deportationis] ad ſedem ſcilicet, vel thronum
epiſcopalem [Quam] ſcilicet deportationem [expedi-
ret] cum per hoc annulletur, vt eſt dictum [Deceret]
quia videretur nondum electus dignitatem appete-
re, & locum non debitum ſummopere occupare: imo
3 conſulendum † eſt tali, ſi inuitus portaretur, vt fit quan
doque, vt dixi ſup. c. qualiter, quod ſtatim dimiſſus fu
giat, & locum relinquat: ad hoc de ſponſalibus, ad id
quod, & de deſponſatione impuberum, ex literis, ſe-
cundum Hoſtien. [Vnde] i. quia Tho. non habuit maio
rem partem totius capituli, quia non fuit verbo ele-
ctus, & quia ſi poſt appel. conſentientium, ſed non eli-
gētium, quia ſi elegiſſent præualuiſſet ipſorum electio,
cum ex delicto conſentientium in Thom. ius eligendi
fuiſſet deuolutum ad iſtos. ſup. de poſtu. bonæ. & c. gra
tum, ſup. c. bonæ, 1. & ca. cum in cunctis, Goff. hoc non
eſt verum: quia peccantes in formam non ſunt priua-
ti, ſed priuandi. ſup. c. quia propter. ī. c. Cumana, in fi.
& c. quamquam, li. 6. vnde caſſata fuit his rationibus,
b quibus reliqua, vt in gl.[b] fi. [Cancellarium] de alijs ſin
gularibus non dicit, quia non proſequebantur. ¶ Pri-
4 ma † gl. obijcit, & ſoluit. ¶ Secunda gl. reſpon. per ob-
iectionem, quod ipſo facto poſſeſſio apprehenditur, &
appellatur. ¶ In gloſſ. 2. [ibi. §. ſi venditorem [vide in
5 c. ex literis, ſuper 3. gl. ¶ In † glo. 1. [ibi, menſibus] dic
illud verum reſpectu aduerſarij, qui minus, vel nullis
diebus poſſedit, non reſpectu anni, & ſic concor. Nam
etiam iſte Tho. dicitur habuiſſe maiorem partem re-
ſpectu aliorum, non capituli, Goffr. la. & hæc eſt ſuffi-
ciens ſolutio, licet pro diuerſitatis ratione dixerit hic
Hoſtiē. l. loqui in interdicto, vti poſſidetis, vel vtrobi,
in quo obtinet, qui poſſidet tempore lit. conteſt. & qui
in poſſeſſione potior eſt, licet in re ius non habeat. ī.
c de probat. licet,[c] inſtitut. de interdictis. §. vtrobi, hic
quæritur de iure electionis vel prælationis, in quo iure
nō iuſtificatur poſſeſsio, nec de ea quæritur, ſed de iu-
re, de præben. dilecto, de inſtitut. ca. 3. dicebat Innoc.
hic inducunt verba conſtitutionis, quia propter, quæ
volunt, ꝙ a maiori, et ſaniori parte capituli totius no-
minatus eligatur. ¶ In gloſſ. 2. [ibi, electionis] quia
requiritur verbalis electio, et concor. ī. de ap. ab eo, li.
d 6. & ī. c. de baptiſ. c... et pe. et ī. c. nullus, li. 6.[d] [et ibi,
6 Noſtrum] et ſic † quandoq; plus eſt verbum, vt hic quãdo
que æquale, vt probant hæc iura. quandoq; plus eſt fa-
ctum,

ctum, quam verbum, de foro compe. ſi diligenti, de vita & hone. cle. c. ſi. de cleri. non reſi. relatum, Hoſtien. ¶ In gl. 3. in fine. hic poterat appellari, ne ſine cõſenſu maioris & ſanioris partis fieret electio, ſupra c. audi tis. ¶ In gloſ. vltima [in fine] vel fuit forte alia cauſa, quam hic ſcriptam non habemus. Innocen.

ADDITIONES.

a Singulares. Facit, quod no. ſup. de cõſt. cum omnes, & vide Io. And. in c. quoniam, hic alleg. in gl. dic.

b Glo. Vide Ioan. And. ſup. eo. quia propter, in gl. quando electio.

c Licet. Ibi vide plenius per gl. & Ioan. And.

d Libro 6. Vide Ioan. And. ſup. eodem, tranſmiſſam. In glo. poſtquam in uer. no. & in Spe. de inſti. ſuper rub.

SVMMARIVM.

1 *In Abbatem non poteſt aſſumi non profeſſus, ſed canonicus regularis poteſt, nu. 4.*

2 *Decretalis cum cauſam, & cum ad noſtram. ſup. eodem, de quo loquantur.*

3 *Ad monaſteriorum adminiſtrationes non poſſunt aſſumi non profeſſi.*

5 *Amoti à dignitatibus compelluntur facere, ſi per annum geſtauerunt habitum.*

A correctione non appellatur.

22 *Suffragium, additio gloſſ. nu. 7.*

Diſcipulus quis eſſe prius, quàm magiſter, & à peritiori diſcendum.

CAPVT XLIX.

b **Cum in magiſtrum.** Caſus † Nõ pfeſſus in Abbatem 1 a aſſumi non poteſt, decre. ſ. eo. cum † cauſam, loquitur in promouendo, hic autem in promoto. illa. ſ. eo. cum ad noſtram, loquitur in eo, qui nõdum erat monacus, & ſic nil ſupfluum, ſm Abb. [Per te] loquitur epiſcopo, quod placet ex eo, quod ſequitur [Regularibus] in ſecularibus. n. poſſent tales aſſumi. j. de voto. per tuas, in fi. Ho. [Diœceſano] large ponitur, de hoc de offi. ordi. dilectus [Abbates] dicit hic Egy. q † ad tempora-
3 les adminiſtrationes monaſteriorum poſſunt aſſumi non profeſſi, cũ illi ſint quaſi caſtaldi, & idem dicit de laicis. hoc hodie correctum, quia etiam in talibus requiritur expſſa pfeſſio per ↄcil. Vien. de ſtatu regu. ne in agro. §. ſane, ad finẽ [nõ profeſſi] et tacite ſm Guil. Na. & Comp. tu dic hodie ↄ, vt ſ. eo. nullus, lib. 6. [Ca-
4 nonici] regulares. no. ſm † Boa. canonicum regularẽ eligi poſſe in Abbatem, & facit ad ea, quæ dixi ſ. eo. cũ monaſterium, ſup gl. 2. hodie dic, vt in cle. eod. tic.
5 cum rõni. [Amotionem] & † amoti a dignitatibus nihilominus compelluntur profeſſionem facere, ſi per annum geſtauerunt habitum. j. de regula. ex parte, Goſtr. [Appellationis impedimento] quia non appel-
6 latur a correctione, de offi. ord. licet, Hoſt. ¶ In † gl. 2. ibi [ſi euenie t] vide in c. indecorũ, ſuper 1. gl. [& ibi, Filium habeo] vide de pur. cano. quoties, ſuper glo. pen. ¶ In 3. gl. [ibi, generaliter] cuius verba habẽtur in c. p
7 tuas. j. alle. ¶ In † gl. 1. [in fi.] & qui remum tenere nõ didicit. ſm locum in tabernaculo non aſſumat 40. di. ante oĩa: & multo tpe diſce, q̃ poſtmodum doceas. 16. q. 1. ſic viue. & diſcere dẽs a peritiori. 37. diſt. relatum, Gof. ¶ In gl. vlti. in fin. & j. de poſtu. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta a non maiori parte capituli, & omiſſa collatione, non valet.*

Diuiſio.

2 *Proteſtatioque et quib. caſibus proſit in electione pręſertim, & duobus concurrentibus vt admittantur ad electionem, proteſtatio quæ à capitulo facienda, n. 3. & nu. 10. & 11. aduerſus tam proteſtari oportet, ne noceat, nu. 11.*

Tempus electionis inſpicitur, non cõfirmationis, vt quis dicatur poſſe ſuffragari, ver. verumtamen.

Poſſeſſor bonæ fidei habet commodum ſuffragij, nõ dominus, malæ verò fidei niſi in caſu, eod. ver. vſque ad ſeq. et nu. 4.

Concurrentes ad electionem faciendam non comparandi concurrentibus in alijs negocijs, & ratio, ver. nec ſunt.

4 *Suffragium præſtare poteſt in electione etiã qui non poſſidet, & quando.*

5 *Scrutatores dare aliud eſt, & eligere aliud.*

6 *Conſuetudinis verbum ſimpliciter prolatum intelligitur de præſcripta.*

7 *Eligendi ius an præſcribi poſſit.*

Participium futuri temporis reſoluitur in præſentis participium.

9 *Epilogus, Suffragium, Supplementum gloſ. num. 10. 11.*

12 *Canonicis continebantur archidiaconus, & archipresbyter in electione huius decretalis.*

CAPVT L.

1 **Cumana.** Caſus. † electio facta non a maiori parte capituli, & omiſſa collatione, nõ valet. Et pars prima narrat factum electionum. Secunda, ibi, cum 18. illas irritans, cauſas exprimit, & electores punit [Congregatis] in ipſa eccleſia, ſi comodè fieri poteſt, Goſt. [Præfixa] an hoc ſit de ſubſtantia, dixi ſ. eod. quia propter [Pręſentes] vocati forte p campanã ſ. eo. in cauſis. [Canonicis] qui fuerunt 18. capellani 14. & clerici 20. numero, vt patet j. [Dicentes] nõ tamen probantes tũc, vel poſtea [Proteſtatione] ſunt qui dicunt proteſtatio-
2 nem † prodeſſe in hoc caſu. quando ſcilicet aliqui laici violenter ſe ingerunt electioni, nec canonici audent illos repellere; in tali violentia occulta, vel non ma-
2 gna, vtilis eſt proteſtatio, nam ſine proteſtatione [a] videntur conſentire canonici: & ideo electio non tenet, ſupra eod. Meſſana. j. quod metus cauſa, cap. 1. Si vero eſſet magna violentia, quæ caderet in conſtantem, tunc & ſine proteſtatione excuſarentur inf. de ſpon. veniens. 2. Sed Innoc. dixit, quia niſi fuerit magna violentia, quæ caderet in conſtantem, nec cum proteſtatione, nec ſine excuſaret canonicos, inf. de ſpõ. cum locum. & quod metus cauſa, non eſt veriſimile. Si autem violentia magna fuit, proteſtatio bene oſtendit animi diſſenſum. inf. quod metus cauſa. c. 1. & videbat rationem dictæ diſtinctionis. Sed & ſi nulla fiat proteſtatio, quamuis violenti & ſimiles, qui non habent ius in electione, vel ſi ſunt in quaſi poſſ. vel etiam ius habentes, ſunt tamen excommunicati, vel ſuſpenſi occulte interſunt electioni non præiudicat non proteſtãtibus, qui etiam ſi proteſtarentur, non prodeſt: quia quamdiu tolerãtur ſine denunciatione, vel ſunt in quaſi poſſeſſione, non poſſunt nec debent expelli. 8. q. 4. nonne. inf. de cauſa poſ. cum eccleſia, de ſent. excom. ſolet. §. 1. Si autem dubiũ eſt de quaſi poſſeſſione, vel an ſint publicè ſuſpenſi, vel excommunicati, vel etiam vbi certum eſt, ſed tamen timetur ſcandalum, vel ſi quæcunque alia cauſa ſubſit, propter quam periculoſum eſſet ipſum repellere, in tali caſu bona eſt proteſtatio, vt ſcilicet ſi ſunt in poſſeſſione, vel non ſunt excommunicati, ſiue ſuſpenſi, valeant voces eorum, vt no. ſup. eo. illa. proteſtatio vero, de qua hic loquitur decret. capitulo, & clericis periculoſa fuit. Nam ſi ſine proteſtatione admiſſi fuiſſent, & ſi non probantes ius, vel conſuetudinem: ſufficeret tamen eis probare quaſi poſſeſſionem, vt ſcilicet alias vna cũ canonicis elegiſſent infra de iure patron. cõſultationibus. nec obſtat inf. de cauſa poſſ. cum eccleſia, quia ibi, illi, qui erãt in poſſeſſione, neminem elegerunt; nec dr ibi eorum electio caſſata, ſed potius canonicorum ſibi aduerſantium. & ſm hoc habes hic arg. q ſi proteſtatio fiat cõtra aliquem, & ille non contradicat, conſentire videtur, qđ non eſt

verum ſecundum Innoc. Hoſt. & Comp. Nam ſi prote-
b ſtanti credatur [b] contra ſe, nõ tamen contra alium, ar-
gum. ff. de interroga. actio. de ætate. §. 1. nec obſtat,
quod hic dicitur; quia hic fuerunt concordes de pro-
teſtatione; & ideo propter mutuum conſenſum præiu-
dicat. Sed contra quia hoc factum contradicit prote-
ſtationi: & ideo videtur receſſum ab ea ĩ. de app. ſoli-
citudinem. §. ſi. ſup. de conſtit. cum omnes. §. 1. Et vi-
de quod ibi dixi. ſolu. hic fuit iuſta cauſa proteſtandi
propter dubium iuris quod ſe habere dicebant cappel
lani: & ideo valet, infra quod metus cauſa. cap. 1. ſecũ
dum Innocen. dicit Hoſt. vtique. & in contrario iuſta
cauſa fuit proteſtandi. Sed ille, qui fuit proteſtatus,
voluntariè venit contra, & ideo imputatur. hic autem
ſecus. Itẽ ibi fuit proteſtatio nuda: hic aũt conuentio-
nalis. & dicit Innocẽ. illum fatuum, qui comparẽs co-
ram iudice ordinario, delegato, vel ſubdelegato pro-
teſtatur, quòd non conſentit in eius iuriſdictionem:
quia iudex poteſt eum ex hoc pronunciare contuma-
cem. 11. quæſt. 3. certum, de iudic. cap. 1. de verbor. ſi-
gnific. ex parte 1. ibi, quia citatus noluit ſtare iuri, &
ſic poterit excommunicari, vt ibi; ſecus ſecundum
eum, ſi addit in proteſtatione, niſi inquantum de iu-
3 re debeo. ¶ Quid ſi † duo occurrant, quorum vnus
dicit ſe in quaſi poſſeſſione canonicatus, & præben-
dæ: alius vero aſſerit, quòd & ſi non poſſideat, ius
tamen habet in eiſdem canonicatu & præbenda, &
vterque petit ſe admitti ad eligendum: reſpon. cautè
faciet capitulum, ſi vtrunque admittat ſub hac prote-
ſtatione, ſcilicet vt vox eius præſtet ſuffragium tãtum,
de quo conſtabit, quòd ipſum præſtare debet, & non
alterius. Veruntamen quando petetur confirmatio co
ram ſuperiore, ſi conſtet hoc ita fuiſſe tempore electio-
nis, ſicut ſupra proxim. dictum eſt, etiam ſi aliter ſit
tempore, quo petitur confirmatio, non computabitur
vox domini veri, ſed potius bonę fidei poſſeſſoris: nam
ad ipſum iſtud commodum pertinet, ſupra eod. quere-
lam. infra de iurepat. conſultationibus, & non ad do-
minum, de cauſa poſ. cum eccleſia, vnde & ſi de hoc
tempore electionis capitulo conſtitiſſet, debuit admit
tere bonæ fidei poſſeſſorem, non dominum, quòd ſi
poſſeſſor malefidei ſit, non eſt ad electionem vocan-
dus: ſed & ſi non vocatus venit, non eſt eijciendus, ar
gum. inf. de reſtitu. ſpol. in literis, vbi videas in prin-
cipio magnæ gloſſ. veruntamen nec vox eius præſta-
bit ſuffragium: quia nec ſpectant huius commoda ad
malefidei poſſeſſorem, argum. C. de condi. ex l. malæ
fide. ff. de vſuris. neque. nec ſunt comparandi duobus
contraria mandata repræſentantibus, quorum neu-
tri parendum eſt. ſupra de reſcrip. cum contingat: vel
duobus vti poſſidetis agentibus, & æqualiter proban-
tibus, vbi iudex ſuperſedet ſententiæ ſecundum Inno-
cen. quod dic, vt not. de probat. licet. §. vlt. in gl. ante-
penult. circa medium. diuerſitatis ratio; quia in tali-
bus non poſſet vnus admitti, & alius repelli, vel ẽt am
bo, quin alicui fieret præiudicium; ſed in caſu noſtro ex
vi proteſtationis prædictæ, ſi fiat, nulli præiudicium
generatur, ſed nec comparantur deponenti, & domi-
no ſimul concurrentibus ad depoſitum repetendum,
vbi quidem fit reſtitutio vero domino. ff. depoſiti. bo-
na fides. §. incurrit. Nam ibi conſtat de domino, hic
4 autem non conſtat. ¶ Sed quæritur † quomodo po-
c teſt præſtare ſuffragium vox illius, qui non eſt [c] in
poſſeſſione; reſpondeo, quia in hoc caſu, quando nul-
lus alius poſſidet; vel poſſidet, ſed mala fide omne cõ-
modum, & omnes fructus ſpectant ad dominum, niſi
forſan ſit talis poſſeſſor malæfidei, cuius factum præ-
tor tuetur, quod dic, vt no. inf. de iure patro. conſulta-
tionibus, ſecundum Innoc. Hoſt. & Comp. [Intereſſe]
quomodo in hoc verbo ſubtilizauit Innoc. ad ſolutio-
nem contrarij decret. inf. eo. in geneſi, ibi dicam ſuper
gl. vnde ab electione [Formam] primam, Hoſt. [Con-
cilij] ſup. eodem, quia propter [Nouem clerici] & ſic
28. [Canonicis] & ſic. 22. [Nec probatũ] & ſic 55. ſed
ſoli 50. elegerunt. de archi. n. & archipresbytero, vno
Abbate, & duobus capellanis non apparet, quòd ele-
gerint. reſpectu verò omnium iſtorum archipresbyter
bene habebat maiorem partem. in dimidia enim vo-
cę excedebat & dimidiam cum haberet 28. voces, quę
excedunt dimidiam de 55. vel excedunt reliquas in
vna: & eſt idem, ſi dicas computatis electis iſtos fuiſſe
29. & reliquos 28. [Vel de iure] ſupra nec obſtat quod
dici poſſet, quòd ex vna parte erant 28. quia proba-
tum non fuerat &c. Vel de iure vel priuilegio, clerici
ergo nil probauerũt. probatio verò capellanorum in-
ſufficiens fuit quo ad proprietatem & poſſeſſionem,
nec inuaſſet, etiam ſi fuiſſet quò ad poſſeſſionem ſuf-
5 ficiens, vt ſequitur [Elegiſſe] ergo † aliud eſt ſcrutato-
res dare, aliud eligere, Innocen. vide de reſtit. in inte-
grum. cap. 2. in gloſſ. per monacos, vltra medium. no.
etiam ſecundum Hoſtië. quòd inquiſiti debent facere
electionem, & non inquiſitores. ſic ĩ. eo. in geneſi. & di
xi ſ. e. quia propter [Præſcripta] no. verbũ conſuetudi-
6 nis † ſimpliciter prolatum intelligi de præſcripta, quod
alibi melius non probatur. vides enim ꝙ in proteſta-
tione. ſup. circa principium de præſcrip. nil fuit expreſ-
ſum. facit de conſue. c. fi. & concordat C. de li. cauſa,
non iccirco. ſed op. Goff. & poſt eum Hoſt. ꝙ ius eligen
d di præſcribi [d] nõ poſſit quia † incorporale eſt, nec tra
7 ditionem recipit. ff. de acquiren. rerum domi. l. ſeruus.
§. incorporales. vnde nec ſeruitutes præſcribuntur,
ff. de ſerui. ſeruitutes, niſi habeant cõtinuam cauſam,
vel perpetuam, ſicut eſt ſeruitus tigni immittendi, ſtil-
licidii recipiendi. ff. de ſerui. vrb. præ. foramen. ſerui-
tus altius non tollendi. C. de ſeruitutibus. l. prima, &
ſeruitus aquæ ducendæ. ff. ſi ſerui. vendi. ſi quis diutur-
no. C. de ſeruitu. l. ſecunda. In his quattuor tantum
locum habet præſcriptio legitima. in alijs vero non,
niſi tanto tempore præſcribatur, quod non extet me-
moria. ff. de aqua plu. arcen. l. prima. §. fina. Sed ius eli-
gendi non habet perpetuam & continuam cauſam,
ergo non præſcribitur, niſi tanto tempore, quòd non
extet memoria, vt dictum eſt. nam & in ſeruitutibus,
quę alternis annis, vel temporib. conſtituuntur, video
tempora duplicari. ff. quemadmodum ſeruitu. amit.
ſi ſit conſtituta. C. de ſerui. l. fina. ſecundum lecturam
Ioannis. cum igitur talis electio alternis temporibus,
& caſualiter fieri habet, ergo &c. ſolutio, ſpeciale eſt,
vt hoc ius præſcribatur; quia nec propter hoc amit-
tit collegium ius ſuum; imo magis conſulitur ei, quã-
do plures ſunt; vel dic, ꝙ ſicut ſtillicidium dicitur ha-
bere perpetuam cauſam; quia naturalẽ & a cœlo eſt, &
aptum ad acquam recipiẽdã, ſi ſemper plueret, vt d. l.
foramen; ſic & electio naturalem habet cauſam. [e] Nã
frequentius per mortem vacat eccleſia, & continuam,
quia quotidie aperta eſt ad eligendum, ſi eccleſia va-
e caret. [e] dominus H. dixit, ꝙ nõ inducebatur ex hoc
præſcriptio, ſed præſumptio, vt ſcilicet ratione tempo-
ris hoc præſumatur conceſſum fuiſſe, vel ab initio con-
f ſtitutũ, ſicut alias [f] not. de hac materia. ff. de vſuris, cũ
de, in rem verſo. inf. de cenſibus, peruenit, ſecundum
Goffred. vel dic, ſeruitus nõ vſucapitur, neque præſcri-
bitur regulariter, vt in contrarijs, niſi in certis caſi-
bus exceptis a iure, vt ſupra notatur, & ſic reſtringi-
tur, quia odioſa. C. de annali exceptione. l. fi. ſed con-
ſuetudo præſcribitur, vbicunque vſus rationabilis eſt,
vt hic, quia fauorabilis & communis; vnde intellige,
ꝙ capellani tanquam corpus, uel nomine eccleſiarum
ſuarum hanc conſuetudinem allegabant, ſicut & inf.
de cauſa poſ. cum eccleſia, & c. cum olim, uel priuato

nomine

nomine proprio conſuetudinem allegare non poſſet,
g nec ipſa vti. ſecus in præſcriptione, 8 vel ſeruitute. Itẽ
licet ſeruitutes per ſe longo tẽpore regulariter non vſu
capiantur, vt dictum eſt, cum ædificijs tamen vſucapi
poſſunt. ff. de vſucapioni. ſi aliena. §. 1. ſecundum Hoſt.
[Omiſſa fuit] amico animo. de hoc ſ. eo. cum poſt, &
j. eo. publicato [Debuiſſet mox] ſ. eod. quia propter,
8 Goff. [Irritandos] i. irritas † nunciandas, Petr. & Abb.
[Priuantes] ſaltem propter hoc vltimum. ¶ Prima
9 † gl. arguit, & remittit. Tertia gl. arguit pro proteſta-
tione. alleg. 10. iura. in contrarium alleg. quattuor, &
ſoluit. ¶ Gl. ſic ſ. cõputando probat, ꝙ vox electi non
auget numerum. ¶ Vltima gl. ſignat cõtrarium: ponit
10 opinionem, quam reprobat, denium ſoluit. ¶ In † glo.
3. ibi. §. 1.] incipit, ſi in venditione. vide de lit. conteſt.
c. vno, ſuper 1. gl. [& ibi, Neſennius] mater impendẽs
in alimenta filij repetit, ſi fuerit proteſtata, ꝙ ab ipſo,
vel tutoribus repetere intendebat: alias non [& ibi,
quod quis ſciens] vide in c. cum M. ſuper glo. hic ergo.
¶ In gl. [ibi, nõ idcirco] vide hanc, & ſe. in principio.
11 c. dilecto, ſuper tertia gl. ¶ In tertia † gl. [ibi, eis prote
ſtatio nota] 27. diſt. c. 1. quòd proteſtatio facta præſen
te aduerſario valet, niſi aduerſarius contradicat. pro-
pter quod conſuluit hic Abbas, quòd is, contra quem
fit proteſtatio, faciat proteſtationem cõtrariam, vt in
caſu iſto proteſtari debebant clerici, quòd ex commo-
do poſſeſſionis intendebant eligere. Innoc. Compoſt.
9 Innocen. quòd ſi præſentes † aliqui ad ſcrutinium non vocentur: tamen tenet electio mero iure. ſufficit enim ſeruare ſubſtantialia formæ, ſicut ſcrutinium, & ſimilia, vt hic. hoc videtur falſum, vt dixi ſupra eo. quia propter, ſuper verſic. cunctorum. Eſt tamen neceſſe ſecundum eum ſcrutari duas partes de præſentibus, vel vocandis, qui volunt intereſſe, argumen. ff. quod cuiuſque vniuer. plane. ſupra eod. licet: alias irritum eſt ſcrutinium, & poſſunt variare ſcrutati, qui primò elegerunt, & alium eligere. ſic loquitur 63. diſtinct. quanto, vt ſicut duas partes oportet eſſe præſentes; ſic oportet duas partes ſcrutari, ſecundum Innocent. qui dicit, quòd hoc caſu omnes non poſſent illam electionem ratificare, quæ facta eſt ex ſcrutinio minus, quàm duarum partium, cum ſit nulla. vnde neceſſe eſt
e de nouo eligere, vt in cap. quanto. ſupra eo. auditis, [e] ſecundum Hoſtien. qui tenet, electionem factam contra formam concilij per ſententiam annullandam. idem di-
10 cit in † concilio verſari duplex ius, ſcilicet publicum & priuatum. primo renunciari non poteſt: ſecundo ſic; ad hoc de fo. compet. ſi diligenti. dicens ſubſtantialia & reſpicientia ius publicum omnia, quæ ibi ponuntur poſt verſic. ſtatuimus, excepto quod ibi dicitur, præſentibus omnibus &c. quod reſpicit ius priuatum, in quo is, cuius intereſt, iuri ſuo renunciare poteſt: vel eſt publicum, quod habet eccleſia in canonicum. priuatum, quod habet canonicus in eccleſia, quod in [illegible] requiratur. finaliter in hoc remittit ad id, quod not. de renuncia. ſuſi. §. propter malicia. concludit ex his, quod numerus eſt de iure priuato, cum vocatio non ſit de ſubſtantialibus formæ, per quod infertur, electionẽ a minori parte hic factã poſſe per contemptos ratificari, vt qua ratione conceditur de vno, ſupra eo. quod ſicut, concedatur & de pluribus, argum. ff. de rei ven. quæ de tota. nec ob. quod conſenſus ſuperuenientis poſt ſcrutinium numerum nõ augmentat. Nam & ſi non augmentet, roborat tamẽ, & ratificat, quod caſſari potuiſſet, vt ibi. dicebat autem Innoc. contemptum ratificare illo reſpectu, quo eligens eligit nomine eccleſiæ; & ſic accedere poſſunt omnes de eccleſia, dummodo ſubſtantialia fuerint obſeruata. ſecundum Hoſt. dicit, quòd ratificans facit hoc ſuo nomine, cum de ſuo iure priuato agat, vt dixi.
11 ¶ Sed † quomodo computabimus duas partes? dicit Innoc. in parte abſentium non computari non vocandos, vel intereſſe nolentes. contumacia enim repræſentat illos præſentes, ſupplente Dei præſentia. C. de iudi. properandum. §. cum autem. ne dolus proſit, de reſcript. ex tenore, quod probat ſecundum Hoſtienſ.
12 quod dicit concilium, qui volunt &c. ¶ Quid † ergo, ſi vocandi, qui nolunt intereſſe, ſunt maior pars, & ſic abeſt maior pars capituli: dicendum eſt ſecundum Innocent. quod minor pars tunc non poteſt eligere. ratio, quia ſicut per capitulum præfixus eſt terminus electioni, ſic per capitulum poteſt mutari, & quod maior pars facit, dicitur facere capitulum. ff. ad munici. quod maior. dicebat tamen, quod ſi alius, quam capitulum vocaret ad electionem, ad quem hoc ſpectaret. tunc fortè, licet minor pars tantum præſens eſſet, procederet ad electionem; & valeret, quod fieret per præſentes. de nim dicit ſe hoc non credere, niſi ſicut ſi vnus ſolus canonicus extaſſet, dicens tandem prædicta vera, quando terminus electionis præcedit terminum iuris: aliter locum habeat, quod notauit ſupra eo. cum nobis; vide remiſs. quas ibi dedi ſuper glo.
d nunquid. [d] Sed Hoſtien. dicit, quod ex quo vocati poſſunt intereſſe, & nolunt, præſentes eligunt, etiam vnus ſolus. ff. quod cuiuſque vniuer. ſicut: ſecus, ſi iuſtè ſunt impediti; quia tunc intereſſe non poſſunt. ſupra eod. bonæ, primo. aliter pro præſentibus facit ius commune quò ad poteſtatem eligendi, ſupra eod. cum nobis. quò ad locum; quia in eccleſia, de qua agitur, facienda eſt electio, ſupra eo. quòd ſicut. quò ad vtilitatem; quia expedit electionem accelerari, non differri ſupra eo. ne pro defectu. & hoc omnino verum putat, quando per capitulum ſtatutus eſt terminus ad eligẽ-
13 dum, nec mutatus. ¶ Sed † quid ſi pars maior abſens reuocando terminum aſſignatum præfigit alium terminum ad eligendum, inhibens parti minori, ne in primo termino procedat, in quo ſe dicit impeditam; hic eſt quæſtio ſecundum Hoſtienſ. certum eſt enim talia poſſe mutari. ff. de arbit. dicere autem. & maiori parti ſtatur, vt præalleg. l. quod maior. ipſe tamen
e diſtinguit, an fiat reuocatio intra tempus trimeſtre, [e] & ex iuſta cauſa; & tunc non valet: aut ſine cauſa, vel fit ad diem, quæ fit poſt tempus trimeſtre; & tunc non valet reclamante parte minori, quæ præſens eſt; quia, ex quo maior pars non habet iuſtam cauſam reuocandi, per conſequens habet iuſtam cauſam reſiſtendi. infra de his, quæ fiunt a maiori parte ca. cap. 1. Item poſſet eſſe, quod minor pars, vel aliqui ex illa non poſſent in ſecũdo termino intereſſe. vnde nec in ipſorum præiudicium mutandum eſt conſilium. infra de regul. iur. mutare, cum concord. libro 6. & dicit hic addendum, quod no. ſupra eo. cum nobis olim, & addendũ ad ſummam eod. tit. §. vtrum mutari. vide quod ſcripſi in Spec. eo. tit. iuxta princ. [Non valeat] hoc eſt cõtra Hoſt. ſed ipſe dicit, quod non valet in effectu, quia caſſatur. dic vt dixi ſup. eo. quia propter, ſuper eodem ver-
14 bo [Ponũtur ibidem] hic tractat † Goſ. quòd clauſula non reſpicit ſemper ſuperiora, ad quod allegat iura pro, & contra, quæ ponit gl. vlt. in fi. in decret. olim. §. de reſcrip. ſoluit, quod non reſpicit, vbi articuli ſunt di-
f uerſi. reſpicit autem, vbi ſunt connexi. [f] dat ſimilia in falſitate, & editione, inſtrumentorum; quia in capitu-
g lis diuiſis inſtrumenti in falſum [g] in vno, manet in a-
h lijs. C. de tranſact. ſi ex falſis. [h] in connexis, vel circa idem ſecus. de hoc. diſt. 9. ſi ad ſacras, & dicam. j. de hære. fraternitatis. ſic & editio inſtrumenti ſit ſolũ circa diuiſum capitulum, de quo agitur, quod dic vt inf. de fide inſtrum. contingit [Pontificem] lex ſi quando, vnde ſumpta fuerunt hæc verba, dicit, Principem; &
15 vt dicit Hoſt. non erat † neceſſe mutare, cum & Papa ſit princeps. de hoc. de maio. & obed. ſi quis. 96. diſtin.
16 Conſtantinus [Tuetur] no. Abbas † quod impugnare non debet, qui tueri tenetur, de reſti. ſpo. conquerẽte de natis ex li. vẽ. c. vno [Multis vigilijs] impropriè hoc dicit ſm Innoc. cum pauca ſint iura. ſ. ſ. e. quòd ſicut & c. ſe. quæ tractant de ratificatione contempti, & ſic dici non poſſunt multis vigilijs adinuenta. Sed Hoſti. dicit, quòd loquitur de iuribus etiam quæ ad id accedunt. ſ. quod quiſque renunciare poteſt iuri ſuo, de regula. ſtatuimus, cum ſuis concord. propter id ſecundum In-
17 noc. erat † mens litteræ, quòd ſi vocatio abſentium erat ſubſtantiale formæ; ergo idem ſi ſingulis ibi contentis; & eadem ratione nil erit addendum, vel detrahendum concilio, ex quo ſequetur abſurdum; quia vix occurreret aliqua electio, cui aliquid non addatur, vel detrahatur, & ſic omnis electio caſſabitur. vnde fruſtra laborarent ſummi pontifices in iuribus circa hoc edendis. Item ſi ex omni peccato in electione commiſſo irrita ſit electio, iam omnes aliæ pœnæ,

& alia iura ſuper his prodita euaneſcent : vel hoc di-
cit : quia multa ſunt honeſta, neceſſaria, vel vtilia in
electione, quæ non ſunt de forma ; ſicut quod fiat ele-
ctio de eadem eccleſia. Item quòd electus ſit ſine cri- l
mine, legitime natus, & ſufficentis ſcientiæ, ſecundum
Innocenti. intellexit Innocenti. quod hęc vltima non
ſint de ſubſtantia formæ electionis : ſunt tamen de
ſubſtantia materiæ. ſupra eodem cum in cunctis. mi-
hi placet prima lectura [Nos igitur] tertia principa-
lis, in qua diffinit ; & iſtud principium ſatis oſtendit,
quod præcedentia non fuerunt verba Papæ ſecundum
Hoſtien. [In ordinationibus eccleſiarum] i. in his, quæ
per eccleſias ordinantur [Cōcilii] ſup. eo. quia propter
18 [Et ſanior] vnde † dicebat Egy. non ſufficit, quod ſit
minor tantum, niſi etiam per priuationem iuris maio
ris partis recidat in minorem, & in caſu ſupra eodem
ſcriptum [Electionis vicio] & ſic non fuerunt probata,
quæ contra iſtum opponebantur. per hoc autem ſeruat
huic famam illæſam ; quod dic vt ſupra eodem ſuper
19 eo. [Irritandam] hoc † inducit Hoſti. pro ſe: ſed expo-
ne. i. irritam nunciandam. ſupra eodem in geneſi. ¶ Se
20 cunda † gl. quærit & dupliciter ſoluit. ¶ Gloſ. [iſte, di-
xit] quęrit, arguit negatiuè, & affirmatiuè, & ſoluit ne-
gatiuè ; iterum quærit & ſoluit. ¶ Gloſ. non credo] re-
ſpon. per q. an vocatio abſentium ſit de ſubſtantia. ¶
Glo. vlti. proſequitur, quæ in electionibus attēduntur,
demum format vnam principalē, & duas vel quattuor
21 incidentes quæſtiones, & illas ſoluit. ¶ † In gl. 1. [ibi,
nominationum] paucorum abſentia electionem fien-
dam non impedit. duæ enim partes ordinis in vrbe po
ſitæ totius curiæ inſtar obtinent. ¶ In glo. 2. [ibi, l. . . in
fin.] loquitur in ſciente rem, quam emebat, ſeruitutem
debere [& ibi, Cum falſo tutore l. 1. in fin.] loquitur in
eo, qui ſciebat falſum tutorem, cum quo contrahebat
[& ibi, cum donationis] non poteſt de dolo conqueri,
qui ſciens debitum adminiſtratæ tutelæ remiſit dona-
tionis, vel tranſactionis cauſa. ¶ In glo. iſte dixit [ibi,
ſi venditor] vide ſupra eodem in cauſis. ſuper. gl. ergo
ſi [& ibi, Tutor] al. as inciqit, q̄ ſi ſemel [& ibi, Quod iuſ
ſit] vide in c. cum ceſſante, ſuper 1. glo [& ibi, §. Scæuo-
la] vide de teſtit. ſpol. ex parte, ſuper 3. gl. ¶ In gl. C. de
i [ibi, ſi quando i] ſi princeps concedit alicui liberam te-
ſtamenti factionem, ſecundum conſuetam formam cō
ceſſiſſe videtur. ¶ In gloſſ. vlti. [ibi, maiorem] vide ſu-
pra eodem dudum. 1. ſuper 5. gloſſ. [& ibi, l. vlti. §. 2.]
ſtatuit maiori numero creditorum in pari quantitate
debiti ſuper ceſſione recipienda, vel dando quinquen
nio [& ibi, §. ſi cum omnes] vide de Iudæis, ca. 1. ſuper
3. glo. & ibi, l. vlti. in prin. vide infr. de iure patro. cum
22 autem, ſuper gloſſ. 2. ¶ In †. gloſſ. 1. [ibi, vel dic] hoc
quod ſequitur hic & in fine ſe. glo. & in gloſſ. iſte dixit,
poſt medium fuit additio a tempore Innoce. per quas
correxit gloſſ. quod prius dixerat ; & habet hoc æqui-
23 tatem. pone † enim, quòd tu ſtudens vocatus ad ſta-
tuendum diem noluiſti propter id perdere lectiones,
& ire non curaſti, certè propter hoc electioni non re-
k nuncias k. ¶ In glo. 1. [ibi, non credo] hoc tenent Vin.
& Phi. [& ibi, cum ſuper Abbatia] ad hoc infr. de dolo,
& cont. cum qui, li. 6. & vide quod ibi dicam ſuper gl.
videbatur, & infra de procu. auditis, in gloſſ. maximè
[& ibi, cum inter vniuerſas] & infra de regu. iur. cum
qui certus . . . br. 6. [& ibi, Cum donationis] & inf. de re-
gu. iu. ſcienti, li. 6. [& ibi, Ad terminum ſtatutum] hoc
24 verum ſecundum Innocē. Hoſtien. & Compoſt. ſi † ne-
ſciuit diem ſtatutum, forte ante ipſius aſſignationem
exiuit terram, vel ex alia iuſta cauſa : & hæc vera, niſi
ideo ſe abſentauerit a capitulo, vt ad eum non perue-
niret aſſignatio diei. tunc enim ſibi imputatur, ar. 37.
diſt. §. ſi. vt lit. non conteſ. quoniam, ibi, ſiue quia mali
cioſe &c. de clande. deſpon. c. ſi. de tempo. or. eos qui,
lib. 6. ſecus ſecundum Inno. & Hoſt. ſi pro aliqua neceſ
ſitate exiuiſſet, etiam in fraudem, dummodo non in-
fraudem citationis. ff. ex quibus cauſ. in poſ. ea. Fulci-
nius. §. quid ſit latitare. l ſed opponitur, dato, quod in
fraudem citationis receſſerit, & ſic appareat malicia
ſua, nonne & modo apparet malicia capituli non ci-
tantis, ergo vltima malitia, ſicut & vltima mora no-
cet. ff. de peri. & commo. rei vend. l. illud. ſolutio capi
tulum a dolo, vel negligentia excuſatur propter mali-
ciam abſentis, de qua conſtat, & quæ ſemper durare p̄
ſumitur, donec veniat, quare non eſt de ea conjectura-
dum ad maliciam capituli. ff. de re iudic. contumac. a.
Si vero veniret, & non admitteretur, niſi per ſententiā
priuaretur, tunc de vltima malicia capituli appareret
& locum haberet, quod opponitur. de l. illud. is autē,
qui interfuit aſſignationi diei, ſi ſe abſentauerit, citari
nō cogitur per ea, quæ ſupra allegat gloſ per hoc vide
tur, quod canonicus, qui ſcit aſſignationem diei, non
tamen interfuit, nec fuit ad illum aſsignandum voca-
tus, debet vocari; ſecus, ſi interfuit, vel fuit vocatus.
Si vero fuit ad hoc vocatus, ſed non interfuit, nec ſcit
diem, tunc videtur vocandus, vt dixi poſt Compoſt. ſ.
e. cum inter vniuerſas, ſuper 5. gl. quod verum dicas,
niſi fuiſſet ſic vocatus, quod veniret tali die ad ſtatuē-
dum diem electionis, & ad eligendum die, qua fuerit
ordinatum, vnde & ſolet addi diem talem cum conti
nuatione dierum ſequentium duximus ſtatuendum
&c. aliquibus videtur illud intelligi, dato quod non
exprimatur. ſuper quo vide quod dicam inf. de offi. de
lega. conſuluit, in gloſſ. ex hoc, in fi. Item ſcias, quod in
multis eccleſiis, Vltramontanis maxime, non eligun-
tur abſentes remoti, ſed ſtatuitur per præſentes & vocā
dos dies electionis, quem diem poſtmodum amici no
tificant abſentibus etiam valde remotis. ¶ In gl. iſte,
dixit [ibi, ceſsit] Gen. 25. [& ibi, proſequi contemptū]
Idem Bo. contrarium huius glo. & ſequentis fuit hic
terminatum in diſpu. per dominum Stephanum, ſcili-
25 cet quod contemptus † contra vnum ex duobus tunc
electis poteſt proſequi contemptum, licet alteri con-
m ſentiat, induxit m auctoritates l. diuinæ. ſ. Iacob dile-
xi. Malachiæ primo, in principio. ad Ro. 10. & ſimiles,
& l. ff. de nego. geſtis, ſi autem. §. Iulianus [& ibi, Et an
te electionem] quaſi ſecus, ſi poſt. tunc enim proſequa-
tur contemptus ius ſuum coram iudice, ſecundum In-
nocenti. & Hoſtienſ. [& ibi, Et proſequi] de hoc dixi
ſ. c. proxi. in 12. q. & concordant hic Innoc. & Hoſtiē.
cum glo. hoc tamen addit Hoſt. quod cauendum, ne
quid confingatur, vel fiat in fraudem conſtitutionis
infra proximæ. ad hoc de diuor. quanto. §. penulti. ff.
de tranſac. cum hi. §. ſed cum lis, & ne concedatur vna
via &c. contra id. ſ. de procura. tuæ. per quod dicit no
minatum in priori ſcrutinio, ſi per ſecundum ſcruti-
nium alius eligatur, admittendum: ſi velit probare il-
lum ſuperuenientem non fuiſſe contemptum. ad hoc
quod no. ſ. c. proximo, & ſ. e. cum poſt [& ibi, Siue ſcru
tinium] dicebat Innoc. & Hoſtien. quod hoc caſu ad-
n mitteretur ad electionem, & reliqua, quæ occurrent. n
Et aduerte, quia gl. videtur ſibi contraria. ponendo
enim, quod venit electione nondum facta, ponit eum
tempore, quo incoharunt electionem, fuiſſe vicinum,
per quod forte intendit gl. id quod no. Specul. eo. tit.
circa principium, ſ. quod ſufficit electo, quod abſens
altero duorum temporum. ſ. citationis, vel electionis
non fuerit in loco congruo, vel vult glo. q̄ ſi credeba-
tur in loco remoto, licite procedebant ſine illo. vel po-
nē quod habeat conſuetudo etiam vicinos non voca-
ri, & vide quod dixi ſup. eod. quia propter. §. illud,
26 in gloſ. abſens. An † vero etiam non inſtallati ſint vo-
candi, vide quod dixi poſt Compoſtel. ſupra de con-
o ſtitu. cum M. ſuper gloſſ. hic poteſt o [& ibi, Impugna-
re] di-

te] dicunt etiam hic Innoc. & Hoſtië. quod ſi per præ-
27 ſentes † compromiſſum eſſet in aliquem, talis, qui vo-
cari non debuerat, ſuperueniens antequam pronuncie-
tur electio, non poterit reuocare compromiſſum, dicit
Innoc. niſi re integra ſuperueniat. dixit Hoſti. licet ſu-
p perueniat re integra, non audiretur. p ambo allegant
28 7. q. 1. factus, & 3. eo. in cauſis. & quando † dicatur res
integra, ibi not. [& ibi, Maiorem partem] ad hoc ſup.
eod. cum dilecti, ibi, examinationis tempore. ¶ In gl.
q & ſi etiam [in fine] Goffred. hic contra: q quia ra-
tihabitio &c. ¶ In gloſſ. vlt. [in principio] ſcias, quod
huius glo. materiam tractant Inno. & Hoſti. & Comp.
ſ. eo. dudum. 1. & quod vltra gl. ibi dicunt, hic dicam.
29 dicunt † autem de his non poſſe dari certam doctrinã:
ſed ad inſtructionem iudicum hæc tractantur, quibus
hæc tractãda, alias arbitranda relinquuntur. Idem
Vin. qui allegat ſimile ff. de diuer. & tempo. præſcrip.
de acceſſionibus, in princ. [& ibi, *Et numerus*] addunt
Compoſt. & Abb. meritum, & ſanitas [& ibi, Auctori- r
30 tas] quæ † proprie reſpicit eligentes. & hæc conſiſtit
etiam in ordinationibus maioribus, prouectiori æta-
te, antiquiori inſtitutione, & ordinatione, vt hic, & 74.
di. epiſcoporum, & c. conſuluit, de maio. & obe. c. 1. &
in religione. 23. di. in nomine domini. Ex his ergo præ-
ponderabitur vox vnius. Plin. lib. 2. epiſtola 12. ſic lo-
quitur, dicimus pluribus viſum eſt. Numerantur enim
ſententiæ, non ponderantur, nec aliud in publico con-
ſilio fieri poteſt, in quo nil eſt tam inæquale, quam æ-
qualitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia, par om-
nium ius eſt. & in animo, & ideo oportet de hoc per cõ-
iecturas iudicari, ſcilicet ex carnalitate, de qua ſequi-
tur. vel nimia familiaritate, de ætate & qualitate, tuã,
de præbendis, graue. & ex odio ad eum, in quem non
conſentit, argum. ſ. de ſimo. ſicut nobis, præſumitur
31 † tamen maior pars habere bonum zelum, vt hic, &
ſup. e. dudum. 1. ad fi. ceſſante indignitate electi per ip-
ſam, vt ibi. præſumerentur enim indignitatem ſcire, ſi
eſſet indignus, niſi probarent ignorãtiam ſup. eo. inno-
s tuit, quod dic, s vt ibi, niſi per aliam præſumptionem
hæc præſumptio tollatur. ſ. de præſumptionibus, quia.
32 dicit Hoſt. quod non eſt magna † vis, an bono, vel me-
liori zelo ducantur, ſufficit, quod non ducantur malo, pu-
ta carnalitate, corruptione, vel mala affectione. 1. qu.
1. ſunt nonnulli, & c. ſe. ſicut dici ſolet hoc ſufficere quod
non eligatur malus. 16. qu. 6. monaſteriũ. Licet au-
33 tem zelus cõſiſtat in intẽtione. ſanitas † tamen ipſo-
rum eligẽtium conſiſtit etiam in opere, & effectu, vt
ſcilicet dicatur illa pars ſanior, quæ digniorẽ elegit, vt
hic 8. queſt. 1. licet, & ca. ſi ergo. dicunt autem prædi-
cti, quod parum valet hæc ſanitas in electione facta
ex interuallo, ſed multum valet in illa, quæ fit cum a-
lia vno contextu, ſiue vterq; electus ſit dignus, ſed al-
ter dignior. Nam illius pars dicetur ſanior, niſi nume-
rus, vel dignitas eligentium nimis præponderet, vt
ſequitur in glo. ſiue alter electorum ſit indignus. tunc
enim quæ elegit dignum, eſt ſanior, ſecundum Innoc.
imo ſola illa ſana, ſecundum Hoſtie. qui dicit deficiẽ-
te poſitiuo deficere comparatiuũ, & procedunt hæc,
etiam ſi illi elegerint indignum ignoranter, niſi ſint
duplo maior pars ſecundum Innocẽ. & Compoſte.
ſed ſecundum Hoſtien. idem, ſi ſint duplo maior. I-
ſtorum dicta ſcripſi ſupr. eo. congregato. nec placent,
34 vt ibi dixi. & facit quod infra dicam. meritum † pro-
prie reſpicit electum: ſed & reſpicere poteſt eligen-
tes, & conſiſtit in ſcientia, moribus, & vita, & his, quæ
habentur ſup. eod. cum in cunctis. & quo ad electum
repete etiam quæ dixi de auctoritate eligentium
[& ibi, vt hic habes] non eſt verum, quod hoc probe-
tur hic, quia non apparet hic, quod electio cardinalis
fuerit confirmata. vnde eadem ratione debuit caſ-
ſari: quia licet haberet ſaniorem partem, non ha-
bebat maiorem, ſecundum Pet. Abb. Hoſtien. & Egy.
hoc idem dixit Vincen. hic in vltima ſua glo. dicens,
35 quòd ſi † vna electio eſt maior numero: alia ſanior
vtraque caſſabitur. vna, quia non ſanior. alia, quia
minor, tamen non videtur huic dicto ſtare. Hoſtienſ.
vero præciſè ſtat, dicens quòd ſi ex duobus diſcordi-
ter electis neuter eſt indignus. (& quare hoc dicat te-
tigi, ſupra eadem gloſſ.) pro vno tali facit numerus,
pro alio zelus, & meritum; adinuicem ſe impedient, ſi-
cut duo vſufructuarii. ff. de vſufruct. quoties. habens
enim maiorem partem non confirmabitur, quia non
habet ſaniorem; nec habens ſaniorem, quia non ha-
bet maiorem; & iſta duo requiruntur coniunctim, vt
hic, & ſupra eodem coram. & falſata altera parte copu-
latiuæ, tota copulatiua falſificatur. remittit de reſcrip.
inter cæteras, & c. ex parte. & dicit ſic intelligendum,
quod no. in ſumma, eodem ti. §. qualiter, ver. maior, &
ver. ſanior. Omiſſis multis antiquitatib. r ibi notatis;
& hoc dictum placet. Sed Compoſt. ſequitur gloſſ. di- a
cens, ſupra eodem dudum. 1. quod Papa ſibi reſpõdit
quòd cardinalis electio fuiſſet hic confirmata, ſi vo- b
luiſſet propter epiſcopatum dimittere cardinalatum;
quod non credo verum [& ibi, Non multum excedat]
quod dic ut infra eodem, ſi quando, libr. ſexto [*& ibi,*
36 ſufficiens] Dicebat igitur hic Philip. quod † vbi duæ
electiones fuerint de eadem eccleſia, ſemper maior
cenſetur ſanior, dummodo electus ſit idoneus [& ibi, c
Vbi hoc] alias eſt gloſſ. in §. ibi præce. & de hoc etiam
19. diſtinctio. in canonicis [& ibi, Superior] Papa, ſcili-
37 cet, quia non † poſſet hoc inferior contra formam con-
cilii, ſupra eodem, quia propter. quod intellige per
viam confirmationis: ſed per viam prouiſionis, ſi ad
eum deuoluta eſſet, bene poſſet alterum præficere, ſu-
pra eodem, bonæ. 1. in fin. & ſi alter canoniſta, alter
t theologus, quem præferat, t dicam de conſanguini. &
affinit. capitulo primo; ſuper ver. diſcretos [& in fine]
ex gloſſ. igitur, & his, quæ addita ſunt, collige, quod
38 ſi † eodem contextu maior pars minoris auctoritatis
eligit dignum, & minor pars auctoritatis maioris ele-
git digniorem, aut numerus multum excedit: & tunc
non habetur reſpectus ad auctoritatem, zelum, vel d
meritum partis alterius, aut modicum excedit, &
tunc etiam ſi modicum exceditur auctoritate, vel me-
rito partis alterius, & ſui electi, idem, ſcilicet quia
confirmabitur electus partis maioris. modica enim
prærogatiua non mouebit iudicem: ſicut nec mo-
dica quantitas illius, qui bonis ceſſit. ff. de ceſ. bono.
ſi debitoris, & infra, de ſimo. & ſi quæſtiones. Si
verò, vt dixi, numerus in modicum excedit: aucto-
ritas verò, & meritum partis minoris multum præcel-
lunt: tunc indiſtinctè pars minor eſt ſanior. & ſic non
valet electio partis maioris, cum non ſit ſanior, vt
hic. ¶ Sed quid de electione partis maioris, ſecun-
dum Gloſſ. & Compoſt. videtur hoc caſu confirmanda:
ſecundum alios, quos ſequor, etiam illa caſſabi-
tur, vt prædixi. Si verò cum maioritate numeri con-
currit maioritas auctoritatis, vel meriti, tunc indi-
ſtinctè præponimus numerum & auctoritatem meri-
to, numerum & meritum auctoritati; ſi ſit paritas, vi-
diſti in gloſſ. quid iuris.

ADDITIONES.

a ¶ *Poſtulationis.* Vide Io. An. ſup. eod. in cauſis, in gl. poſtulatio.
b ¶ Pend. ret. Vide Ioan. And. ſupra eodem in generali, in glo. abſen.
c ¶ Auditis. Vide ſupra cap. proximo in gloſſ. ab eo, & ſuper gl. conſenſus, ad fi. & ſup. eod. congregato. & c. ſcriptum, ſuper gloſſ. ſi.
d ¶ Nunquid. Et in cap. sequenti infra in gloſſ. ſi citati, & ſuper illa, ſupra eodem titul. per Ioan. Andr.

e Tri-

e Trimeſtre. Non tenetur etiam minor pars, vbi reſtat modicum de termino iuris, parere maiori parti, imo illa non citata poteſt eligere. vide Io. An. in cap. cum nobis. ſupra in gl. nunquid, verſic quod n dominus.

f Connexi. Vide de ap. ſecundo requiris, & in capi. inquiſitionis

g Falſum. Vide Bal. in conſ. 264. in antiquis. 2. lib. & conſ. 27. termo li incipiente, in quodam inſtrumēto, & vide etiam Alex. cõſ. 43. in col. 2. vol. 4. & per Barba. conſ. 43. col. 3. volu. primo.

h Falſis. Ibi vide gl. Bar. & Bald. & Bar. de Saly.

i Si quando. Vide vltra alle. per Moder. in d. l. ſi quando, Panor. in c. in noſtra. 3. no. de ſepul.

k Renuncias. Et quia contumax in vno actu in aliis nõ dicitur cõtumax, de teſt. c. cum olim, & no. gl. vide Bar. de dol. & contu. cõ 2. lib. 6. quæ infra allega.

l Latitare. Facit l. 2. § qui homines ff. vi bo. rap.

m Induxit. Pro hoc, quia ſunt duæ electiones, etiam ſi fiant vno cõtextu, ad hoc ſup. e. auditis, & quod ibi no. in gl. fi. & ſup illa.

n Occurrent. Imo de nouo fit ſcrutinium, vt ſupra notauit gl.

o Hic poteſt. Et vide ſupra eo. tranſmiſſam, per Io. And. in gloſſ. poſtquam.

p Audiretur. Pro hoc, quod no. Io. And. ſupra eo. quia propter, in gl. ſi vnus, in prin.

q Contra. vide Io. An. ſupra gl. proxi.

r Quod dic. In gl. diligentiam, & ſuper illa, & in cap. cum tota, in gl. n. & uide gl. in c. præſumitur, de reg. iur. lib. 6.

ſ Antiquitatibus. An numerus præferatur dignitati in electione, teſtimonio, & aliis, uide etiam gl. 4. q. 3. in teſtibus, & quod not. in c. in noſtra. de teſti. & c. ſi quando, de elec. li. 6. Bal.

t Præferat. Vide late Aret. Barba. & Moder. in ca. clerici. de iudic. & d. Feli. in rubrica infra de maior. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio.*

2 *Publicatio ſcrutinij, & electionis quibus fiat, & ſi protrahatur, an vitietur electio. nu. 6.*

3 *Scrutinium denotat actum perfectum.*

4 *Variationes a iure ſuſpectæ, & quomodo fiat in electione, & an liceat, & nu. 17. 22. & 25. 26.*

5 *Electores ex actu inchoato non dicuntur.*

7 *Electio qualis eſſe debeat.*

8 *Celebrationis verbum proprie quibus competat.*

9 *Singulare relatiuum reſoluitur in plurale.*

10 *Si, conditionem denotat.*

11 *Compulſio huius decretalis quando locum habeat, & quomodo fiat, nu. 12. & quo nu. 27. & 29. & quo petente. nu. 28.*

13 *Epilogus, Suffragium, & Supplementum gloſſ. §. fi. et n. 14.*

Probatum ſemel non reprobo. § fin. an id ſit perpetuum. nu. 17. 18. 19. & 20.

Rem non integram etiam profeſſus ad tractatum facit.

15 *Nouum quid induxit hæc conſtitutio.*

16 *Matrimonij ſpiritualis, & electionis quæ partes.*

17 *Variatio an liceat in poſtulatione poſt eius publicationem, et nu. 18. 19. & 20.*

18 *Argumento a contrario [illegible]*

18 *Opinio plurium, & maiorum [illegible]*

20 *Expenſarum receptio fit, ſi [illegible] ſunt ante variationē.*

21 *Amicos habuiſſe interdum [illegible]*

23 *Ratio quæ fuit huius conſtitutionis [illegible] dendo.*

24 *Subſtantialia formę electionis [illegible]*

25 *Poſtulatio non præfata [illegible] nominatio facta in ſcrutinio non publicato [illegible]*

27 *Superior quis ſit in [illegible]*

Præparatoriorū idē iudex, [illegible] §. ſed quid.

CAPVT XIII.

Publicato. Breue [illegible] declarās, q[illegible] antiqui. 63. di. quā [illegible] icos. & regula, mutare, de re iu. [illegible] caſis. & iſte

1 caſus exēplum ipſius regulæ [illegible] facit. Primo dictū ponit. Scdo [illegible] reddit. Tertio rōnis neceſſitatē exprimit. ſecūdo [illegible] tertia ibi, d quod. Et quia Hoſt. contendit [illegible] decr. in ſumma huius ti. §. vtrum mutari, cum ad decidēdā ſummā nõ intēda, q ibi dicit, prætermittā, aut ſuccincte trāſibo[Publicato]

2 in cõi. c. eligētiū. nõ. n. huius † ſcrutinii publicatio fit clero & populo, ſicut publicatio electionis, de quo dic vt ſ. e. quia pp. & per quem fiat hmõi publicatio, ibi dixi ſuper ver. publicēt[Scrutinio] hoc verbo † denotat

3 actū perfectum & ꝯſumatū, nõ ceptum tm̄. ad hoc de ver. ſig. in his. p qđ vī, q nõ perfecta publicatione ſcrutinii licet iā inchoata, poſſit variari, & de hoc dicā ĩ.

4 [Variare]ois † variatio a iure ſuſpecta, & ideo ꝯ variātes iudicatur niſi releuetur ſuſpicio ex cauſa. 4. q. 3. qui falſo. ĩ. vt eccleſia. bñ. vt noſtrū, ff. de q̃ſtio. ex libero, & ĩ. de min. §. tormēta, ſm Hoſ. & adde qđ no. de iure pa. cū laici, in 1. gl. & dic variare aliū noiando, vel alias a noiatione primi recedendo. & an vel qñ ſcrutatores reuocari poſſint. dixi ſ. e. qa pp ſup. ver. aſſumātur, nequeūt in præiudiciū noiati, ne ſit ꝯ. ſ. e quia pp, vel dic q tūc variāt poſt collationem, nõ ante ſm Go.

5 & de hoc ēt dicā ĩ. [Electores]vocat † electores ex actu inchoato, licet nōdū perfecto, quaſi dicat electuri [Cum]ſup. ex quo publicatū eſt ſcrutinium, ſit faciēda ſm hāc rationē etiā ante publicationē nõ licebit variare: quia poſt ſcrutiniū faciēda eſt publicatio, q dic vt

6 dicam ĩ. dicebat † tñ hic Inn. q nõ vitiabitur electio pp protractionem publicationis ſcrutinii, ēt ſi fiat p multos dies hæc protractio. Hoſ. ꝯ, quod credo, vt dixi ſ. e. quia propter, ſup gl. 1. incõtinenti[Collatio]tri-

7 na & plena, quod dic vt ſ. e. in geneſi[Electio] † verbalis. ſup. e. eccleſia. 1. & cõis. ſup. e. in geneſi, pronūcianda p vnū, & p verba ſingularia. ĩ. de re iud. c. pe. lib. 6.

8 [Celebrāda]licet verbū † celebrationis ꝑprie ꝯpetat miniſteriis habētibus in ſe veneratione diuini cultus. ſ. e. qđ ſicut. §. ſup eo, de tēp. ord. c. 1. de cele. miſ. in rubro. & c. 3. & fere oībus ſequētib. attribuitur tñ hoc verbū ꝯtui matrimonii ſpiritualis, vt hic. ſ. c. proxi. ſup. eo. in geneſi, vel quaſi ꝯtui, q fit per poſtulationem. ſ. ti. prox. c. pe. & carnalis, de ſpõ. tua, de eo, qui cog. cõſan. veniēs. 2. & ipſius ſeparationi, de cognat. ſpir. veniēs, de do. inter vi. & vx. c. 2. ſed ēt qñq; attribuitur alijs ꝯtibus, de fi. inſtr. cū Io. & actibus, de ſtatu mona,

9 in ſingulis[Ad quod]i. † quæ, ſimile, de ſacra. nõ ite. c. 1. vel i. quorum quodlibet[ſuperiorem]proximū, vel ſaltē Papā, de iure pa. nullus. in electione igitur Papæ hoc locū nõ hēt, cū nõ ſit ſuperior, ad quē poſſit recur

10 ri. ſ. e. licet, in fi. ſm Hoſt.[Si]ꝯditione † a denotat. de

a hoc de cõdi. appoſitis, verū. & habetur idem verbum

b de off. or. ca. 1. ibi, ſi opus b fuerit[Oportuerit]hoc dictū eſt, quia primo debet moneri. Cõp. dicebat Hoſti.

11 q ſi † intēdūt illudere electioni omittēdo collationē, vel trāſponēdo, vel ſemiplene faciendo, vel omittendo electionem, & ter moniti nolunt expedire negociū locū habēt compulſio, ar. de ſup. neg. prala. c. 1. de ꝯſti. ex literis, de iudi. nouit[Compellātur]diſtrictione

12 † & cēſura eccleſiaſtica, qđ dic, vt de ver. ſig. quærēti.

13 ¶ [Expedito † tex. venio ad gl. quæ principaliter cõſiſtūt in trina ꝯriorum ſolutione, & vna opi. ¶ Scđa gl. obiicit & ſoluit. finis iterum obiicit, & ſoluit. ¶ Vltima gl. primo fortificat tex. ſecūda pars rñdet per quæſtionē. finis p ꝯriū, & ſolutionē. ¶ In vlti. gl. ibi. §. ſicut, in cõmodato loqur, dicēs q decret. vnica. ĩ. alleg. tñ. & ibi. §. Quid[mādatum] vide de teſt. Io. ſuper. 3. gl.[& ibi, Põponius]geſtionē ſemel probatam nõ reprobo. c

c 14 ¶ In gl.[ibi, ideo nõ pñt]iſta ſolutio cõpetere poſſet ēt ſcrutinio nõ publicato, cū ēt proceſſus ad tractatū

15 facit rem nõ integrā. ſ. eo. in cauſis, quare † põt dici q hic nouum inducere voluit hęc ꝯſtõ, q publicatio ſcrutinii impediat variationē votorum, vt ĩ. dicam in 1. q. [& ibi, Nemo]e. ti. mutare, li. 6.[& in fi.]dic q nõ ſoluit, ſed potius ipſum quare repetit. vñ potes dicere, q

16 mřimoniū ſpūale hēt partes ſuas, cuius 1. eſt electio,

ſecun-

Secunda confirmatio, tertia conſecratio, vt in contra-
rio, ſed & ipſa prima pars quæ dr̃ electio habet partes
multas quo ad formam, & tres ſaltem quo ad conſen-
ſum, ſcilicet votum, depoſitum, ipſius publicationẽ,
& electionem. cum ergo tranſitus factus eſt ad mediũ,
vel ad duas partes huius partis, clauſa eſt poteſtas va-
riandi, vt iam dicam in gl. vlti. [ibi qui mandatum] &
infr. de teſta. c. pe. [& ibi Pomponius] & inf. de reg. iu.
17 quod ſemel, lib. 6. [& ibi, idem credo] item † no. in iu-
ribus ſtatim alle. & ſup. eo. in cauſis, & ſupra tit. proxi.
bonæ. 2. cui dicto conco. Bonag. licet inepte ſup. ti. pro
xi. c. pe. & G. Naſo videtur huic opinioni pro tanto cõ-
cordare, q dicit per poſtulationem ius acquiri. Non
obſtat ſecundum eum decr. bonę. ſupr. tit. proxi. in ver.
nec nocebat, quia allegatio eſt, nec ex illa ratione fer- g
tur ſententia, ſed ex alia; vt dicit ibi patere ver. intel-
leximus, & ex antiqua videtur, quòd ſit allegatio tan-
tum Papæ, non partis, contrarium not. Io. 48. di. de
Syracuſanæ. & ipſe, & Philip. ſup. tit. proxi. bonę. capi. h
pen. ſupr. eo. in cauſis, Goff. ſup. tit. proxi. bonæ. 1. & in
ſumma ipſius tit. §. reſtat videre, Inn. ſ. tit. prox. bonæ
1. & 2. Compoſt. ſup. tit. proxi. c. vlti. Et Hoſt. licet vta-
tur quadam diſtinctione in ſumma, de poſtula. in fine.
& ſup. eod. ſcriptum, & c. monaſterium, videtur hoc te- i
nere ſup. tit. proxi. bonæ. 2. ad fi. & in ſumma huius ti.
prædicto §. verſ. ſed nunquid poſtulatores, & miratur
de gl. quomodo dicit non poſſe variari, cum fateatur K
ius non acquiri poſtulato. ipſe tamen in prædicta di-
ſtinctione tenet, quòd certis caſibus acquiritur ius po-
ſtulantibus, ſed non poſtulato, facit pro hac parte, qđ
not. Ber. ſupra eodem, bonæ. 1. in gloſſ. pen. Fuit & ter-
tia opinio, quæ habuit, quod etiam poſt præſentatio- l
nem Papæ factam liceret variare re integra. i. antequã
Papa dixerit ſe velle deliberare, vel dixerit ſe velle po
ſtulationem admittere, & reſpondent ad decr. bonæ.
vt ibi recitant Io. & Vin. quod altero illorum modorũ
erat ibi res non integra. & dictum ſuum probant ex eo
quòd qui teſtamentum fecit in præſentia principis, il-
lud mutare poteſt. C. de teſta. omnium. Item libertus
pęnitet, qui dedit libellum contra patronum, ff. de in
ius vocan. l. quamuis. Item pęnitet dans libellum ac-
cuſatorium principi priuſquam inſcribat, infra de ac-
cuſa. licet. ff. ad turpil. quæſitum, & his reſpondet Vin.
d quod ſunt caſus [d] in quibus admittitur variatio. & fa-
cit quod no. de regu. iur. quod ſemel, lib. 6. pro opinio-
e ne gloſſ. [e] facit ſimilitudo caſus, & identitas rationis.
Nam ſi inſpicimus rationem textus, eadem ratio vide
tur in poſtulatione, quæ in electione. Item ſi pondera-
mus conſtantiam ex parte agentium, & facit quod ſcri
pſi ſuper ver. variare. Idem, ſi ponderamus famam no
minati, de qua inf. dicam, ſit ergo idem ius in vtraque
inf. tit. proxi. c. 2. ff. de legi. non poſſunt. Item facit de-
cret. in cauſis. ſupr. eodem nam electus, vel poſtulatus
per compromiſſarium electus, vel poſtulatus videtur
per compromittentes, non enim refert, & c. ff. quod cu
iuſque vniuer. l. item eorum, §. 1. de re. iu. qui per aliũ,
lib. 6. ergo pars ius acquiritur poſtulato per compro-
miſſarium, ac ſi ſtipulatus fuiſſet a compromittenti-
bus. par dico, quia maius non poteſt acquiri iuxta re-
gulam, nemo plus, cum concor. de regu. iur. libr. 6. mi-
nus poſſet certo reſpectu, vt infra eodem, ſi compro-
f miſſarius, lib. 6. Sed illa decr. in cauſis [f] probat, quod
a poſtulatione compromiſſariorum non poſſunt com-
promittentes recedere etiam ante præſentationem fa
ctam ſuperiori. ergo patet, quod multo minus a poſtu-
latione facta per ſeipſos. ſatis etiam facit pro hac par
te ſupra eodem ſcriptum, & c. bonæ. 1. & ſup. tit. proxi.
bonæ. 1. in quibus poſtulati admittuntur ad litigandũ
cum electis. Item poſtulatio recipit examinationem,
ſicut electio. infr. tit. proxi. c. a. fi. Item ſępe æquiparan-
tur hæc in iure ſupr. tit. proxi. bonæ 1. eo. tit. c. 1. & 2. &
c. ſi forte, & c. vt circa, cum ſim. lib. 6. Item cum decre.
cupientes, eo. ti. §. pe. li. 6. arctet ad eundum perſonali-
ter poſtulantes, & eos, qui poſtulantur a Papa ad regu-
lares, vel cathedrales eccleſias; abſurdum eſſet eos ſic
arctari, ſi ante pñtationem Papæ factam licet variari.
Item video, q electus & poſtulatus eo caſu, quo in du-
bio hoc fieri põt, ẽt ante pñtationem ſuperiori factam
altera via rpe ſui conſenſus electa parat ſibi præiudi-
cium ad alterã, nec pt variare, inf. de poſtu. c. vno, li. 6.
in fi. eadẽ rõne poſtulantes variare non poterunt, parũ
facit ꝯ gloſſatorũ prædictorum antiquorum opinio, q
non viderunt hanc decre. quam ſi forte vidiſſent, cum
glo. tenuiſſent. ſcdm opi. coadiuuat tertia opi. licet fal-
g ſi. Na ſi poſt pñtationem licet variare, ß multo magis
ante pñtationem, & poſt publicationem. probatur au-
tem per ꝯrium literæ dec. bonæ. ſup. tit. proxi. v. r. nec
nocebat, & tale argumentũ fortiſſimum eſt. 15. q. 3. ex
h eo. inf. de his, quæ fi. a præla. cum apoſtolica, in fin. [h], &
ibi concor. & ff. de officio eius, cui man. eſt iur. l. 1. Et ſi
18 dicatur † non ſemper eſt locus huic argumẽto ſm no.
1. q. 1. ſi qui a ſimoniacis, rñ. q argumẽtũ a ꝯrio ſenſu
ſemper eſt verum, vbi illius argumenti ꝯrium non re-
i peritur expreſſum in iure [i], ſecus, vbi ꝯrium reperitur,
ſicut patet in illo canone c. q. quos conſtiterit, cũ ſuis
concor. de æta. & qualita. cum decorem. ff. de ſo. cõpe.
K ca. 1. C. de epiſ. & cle. conuenticula [k], cum ſim. vel ali-
ter ſoluitur, q fortiſſimum eſt tale argumentũ, vbi ver-
ba canonis, uel legis ponuntur cauſatiue: ſecus ſi narra-
tiue, vel modaliter. & de hoc in Spe. de diſpu. & alleg.
aduo. §. poſt hæc, ver. vel non obſtat ſenſus, & per Azo.
l in brocardis charta. [l] 8. ſub rubrica, cõtrarius ſenſus
legis & c. Sed ſm vtranque ſolutionẽ patet argumẽtũ
procedere, ergo & c. Hoc declarando dico, q certũ eſt
in iure non expreſſum poſtulantes ante pñtatam poſtu-
lationem non poſſe variare poſt publicationẽ. nec ob.
hæc decr. quæ in electione loquitur, quod patet ex ver
bis decr. & ex tit. ſtetur igitur argumento. Idem proce
dit iuxta ſecundam ſolutionem. Nam ſatis patent ver
ba illius literæ, ex qua ſumitur, argumentum poni cau-
ſatiuẽ, & hanc partem credo veram tum ratione prędi
cta, tum per allegata quæ inf. in contrariorum ſolutio-
19 ne patebunt: tum † quia plures & maiores eam ſequũ-
tur; ad hoc 19. di. in canonicis. Ad ꝯtra rñdetur. pri-
mò, q ratio huius decr. non hẽt locũ cum nec ſit faciẽ-
da collatio, nec pronuncianda poſtulatio. no enim eſt
reperiri iure ſtatutã formã poſtulationis. de elec. enim
loquitur ſup. c. quia pp. quod ẽt tenet. Hoſt. in ſumma,
præal. ver. ſed nunquid poſtulatores, de poſtula. §. qua-
liter. tamen Inn. ſup. eo. in cauſis, Comp. ſup. tit. proxi.
c. 1. tenent, q in ſolẽni poſtulatione ſeruanda ſit forma
concilii, quia pp. in no ſolẽni non, dicentes ſolẽnem il-
lam, qua admiſſa prouiſum eſt eccleſiæ: ſolẽnem, qua
admiſſa oportet electionem fieri. Sed Goff. ...
2. ſup. tit. proxi. c. 1. ſuper gl. fi. Prædicti ...
in optione eſt poſtulantium facere ſolẽnem, vel non ſo-
lẽnem poſtulationem, nec vẽ æquum tantam ſolenni-
tatem requiri in actu, per quem ius nõ acquiritur, ſicut
in eo, per quem acquiritur. nec obſtat, q dr̃ de conſtan-
tia ex parte agentium: quia non eſt reperiri conſen-
ſum, nec etiam certum actum ante poſtulationem ſu-
periori porrectã, quod ẽt verbum ſonat. & facit quod
dixi ſu. eo. bonæ. 1. ſup. 1. gl. pe. Nec obſtat, quod dr̃ de
fama nominati: quia cum in poſtulatione non ſit con-
ſenſus matrimonialis, ergo nec locus eſt infamiæ. nec
dr̃ proprie variatio, quę eſt hoc caſu per diſſenſum ad
conſenſum, vbi no ſemper ponimus cõſenſum, q in po-
ſtulatione añ pñtationẽ non interuenit, nec ob. decre.
in cauſis. vt ibi dixi ſuper vlt. glo. ſcdm Comp. vel ali-
ter ibi totum capitulum non variabat a poſtulatione,
imino

immo illi tres cum quibuſdam complicibus ſuis inſi-
ſtebant poſtulationi, & ibi patet. Item nec ibi variaue
runt recedēdo à poſtulatione: ſed ante poſtulationem
poteſtatem compromiſſariorum reuocando: nec ob-
ſtat, quòd ad litigandum admittuntur: quia illud ve-
rum, cum poſtulantes non variant, vel poſt poſtulatio
nem præſentatam. nec ſequitur, ſi litigare poteſt, ergo
non poteſt reuocari. vide inſtantiam in generali procu
ra. negociorum, vel etiam iudiciorum ante litem con
teſta. vel poſt ex cauſa. de procura. c. 2. & c. qui genera-
liter. li. 6. non obſtat, quòd poſtulatio recipit examina
tionem, nam & præſentatio laici patroni recipit exa-
minationem, de iur. patr. c. 3. & tamen licet ei variare,
vel accumulare, ea. tit. cum autem. & c. paſtoralis. non
obſtat, q in aliquibus æquiparantur, quia non ideo in
omnibus, quod patet in decr. cupientes. §. penultimo,
& ex his quæ dixi ſupra eodem in cauſis. non obſtat de
cret. cupientes. §. penultimo, quia quod ibi arctatur po
ſtulatus ad veniendum, ſpecialiter eſt inductum ad
prouiſionem eccleſiarum expediendam, ob quam e-
tiam arctat poſtulantes. & hæc ſolutio patet ex fina. §.
nec ſequitur, ſi tenetur venire, ergo non licet variare.
vide inſtantiam in appellante, qui licet teneatur proſe
m qui poteſt penitere.[m] 2. quæſt. 6. ſi quis libellos. non ta
20 men ſibi denego repetitionem † expenſarum, ſi quas
fecit ante variationem, de appellat. interpoſita. §. 2.
& facit quod dixi ſup. eo. cum inter vniuerſas, ſuper pē
ult. gloſſ. non obſtat decret. vnica, de poſtulat. non e-
nim impeditur ibi variatio illo reſpectu, quo non li-
ceat pœnitere, ſed illo, quo in præiudicialibus per ele-
ctionem vnius paratur alteri præiudicium, de hoc
infra eod. vt quis duas. libr. 6. is, cui placeret opinio
gloſſ. poſſet dicere eam veram in ſolenni poſtulatio-
ne, & quæ ſit ſeruata forma. capitulum, bonæ, loquitur
de non ſolenni. & ſic de prima intelligeretur decreta.
in cauſis, vel diſtingue inter poſtulationem, quæ ſit ſo-
lum propter impedimentum vinculi, & illam, quę ſit
propter defectum nominati, vt plus iuris acquiratur
n ex prima,[n] quam ex ſecunda. & licet hoc ſatis videa-
tur æquum, tamen illa decreta. bonæ. non patitur hanc
diſtinctionem, cum de poſtulatione, quę ſit propter vin
culum loquatur: & tamen ibidem ſumitur argu. a con-
trario, de quo prædixi & ibi [Dolus illorum] dic inten-
dentium forte à nominato extorquere pecuniam,
promiſſiones, vel aliud ſimile. vnde non debet ipſo-
rum malitijs indulgeri, de reſcriptis, plerunque, cum
ſimilibus. ¶ In eadem gloſſ. in fine, & eſt ſimile, de
ſimo. nobis. & capit. ſicut tuis. per hæc iura probatur,
21 quòd nocet interdum † amicos[o] habuiſſe. hoc multi
o experiuntur, per diuerſa, & maxime per fideiuſſio-
22 nis officium, de fideiuſſo. cap. 2. & 3. Multa † contra-
ria de certis caſibus, quibus licet variare ſignari poſ-
ſent: ſed ſufficiat remiſiſſe ad regulam, quòd ſemel, de
regul. iuris, libr. 6. ¶ Expeditis gloſſis multa ſunt quæ-
renda circa materiam decretal. quæ proprie conſi-
ſtit in prima & tertia parte, ſecunda enim, quæ eſt
ratio dicti, alibi plenius expeditur: ſed tertia, quæ
neceſſitatem rationis exprimit, alibi ſic expreſſe non
habetur, & ideo circa illas duas inſtando. ¶ Primo
23 quæro † quæ fuit ratio huius iuris? & moueor pro tan-
to, quia ex antiquis tractantibus in locis, de quibus
dixi in principio, nullus hoc tenebat, quod hic dici-
tur. Sed alij dicebant variari poſſe vſque ad ſubſcri-
ptionem. Alij vſque ad confirmationem. Alij quòd
vſque ad conſenſum electi. Alij quod vſque ad pro-
nunciationem electionis. & rationes horum vide in
præalleg. capitulo quanto, & in ſumma Hoſtienſ. præ-
dicto §. Et forſan inſtabis, quod ſuperflua eſt quæ-
ſtio, cum ſecunda partem rationem reddat, vt etiam po-
tuit ex diuiſione. ſed inſtantiæ reſpon. per id quod di
24 xi ſuper verſic. ſit facienda. ſol. multa † ſunt ſubſtan-
tialia formæ electionis, quæ not. ſupra eod. quia pro-
pter, ſuper verſicu. conſentit. Sed non omnia illa ſunt
ſubſtantialia conſenſus alias ſequeretur, quod conſen-
ſus nondum præſtitus, haberet ſubſtantialia, quod eſt
falſum. quæ ergo præcedunt publicationem, habent
fieri ex ſubſtantia formæ, ſed quæ ſequuntur ſcrutiniū
publicatum, habent fieri ex ſubſtantia formæ, & con-
ſenſus. veruntamen eſt dicere, quod hoc conſiſtit in
iure poſitiuo, & principis voluntate, qui ſic potuiſſet
ſtatuere, qđ poſt votū depoſitum in ſcrutinio, non eſ-
ſet locus variationi, ſicut ſola voti depoſitio punitur,
infra eodem capitulo ſecundo, libro ſexto. Atque ta-
men videtur diffiniuiſſe ad euitandam infamiam, &
iniuriam nominati, ex quo facta eſt publicatio. & ne
prius ex cauſa impediatur vtilis variatio, & ſic eli-
git hoc tempus quaſi medium inter votum depoſi-
tum, & electionis actum, ſicut alias publicatio atteſta
tionum impedit productionem teſtium, ſupra eodem
capitulo, de teſtibus, cum veniſſet, & capit. cauſam; ſi-
cut alias edictum publicatum arctat. ſupra ti. proxim.
capit. 1. ſic non ſufficit mihi inſtitorem reuocaſſe, niſi
publice hoc deſcripſerint. ff. de inſtito. ſi pupillus. §. 1.
25 ¶ Secundo † quæro, an facto ſcrutinio ante publica-
tionem ipſius poſſunt electores variare? Vincent. &
Goffr. a contrario huius literæ quod eſt fortiſſimum,
vt ſupra dixi, dicūt etiam quod ſic. vnde dicebat Phi.
iſta equiparari, poſtulationem non preſentatam ſupe-
riori, & nominationem factam in ſcrutinio non publi-
cato. hanc ſolutionem veram putant Innocē. & Com-
p poſt. antequam ſcrutatores de loco recedant,[p] poſtea
non, cum iam ſcrutatores ceſſauerint ab officio, & res
non ſit integra, argum. ſupra eod. in cauſis, de teſtib.
cogendis, preterea. & per hoc ſoluitur, quod dixi ſu-
pra, an inchoata; ſed non perfecta publicatione ſcru-
26 tinij poſſit variari. ¶ Tertio quero, nunquid † poſt
completum ſcrutinium, & poſt receſſum a loco ſcruti-
nij de conſenſu totius capituli vel maioris partis po-
teſt deſtrui ſcrutinium? Dicunt quidam quod ſic, cum
ex hoc nulla fiat iniuria nominato, & nulla contra
eum oriatur infamia, ex quo clauſa ſunt vota, quod
poteſt concedi ſecundum Compoſt. vbi hoc fieret ex
iuſta cauſa, puta ſi ante publicationem perueniret ad
eos aliquis defectus nominati. C. de fur. ſi autem ne-
q ſcius,[q] ſecus, ſi fieret malitioſe, ſicut fertur factum in
eccleſia Eboracenſ. vbi vnus ex ſcrutatoribus videns
quendam a maiori parte nominatum, procurauit per-
turbationem in capitulo, vt non fieret votorum pu bli-
catio, tunc enim non concederetur variatio in dubio.
ſ. cum dubitatur de variationis cauſa. eſt vna opinio,
differentes publicationem debere probare iuſtam cau
ſam, cum ius ſit contra eos. ℣. eo. quia propter. 100. diſ.
contra morem. alia, q ex quo conceditur eis ante pu-
blicationem variare, qui contra eos allegat dolum, il-
lum probare debet. C. de dolo, dolum. Hoſ. dicit, quod
ſi ad ſuperiorem appelletur, tunc eſt probatio, vel re- p
batio iuſtę cauſę, de appell. vt debitus. ¶ Quarto, que-
ro, quid ſi certificatus de nominatione is, q eſt in ſcru-
tinio nominatus, renūciet expreſſe, vel tacite iuri ſuo.
dicit Hoſ. quod variari poteſt ante & poſt publicatio-
nem. Nam & electione ſibi præſentata poſſet diſſenti-
re, & tunc capitulum alium eligeret. ſup. eo. cum inter
canonicos. ¶ Quinto quero, quid ſi nominatio eſſet oc
culta? Dicit Hoſtiē. quod de facto tenet variatio, cum
nec eccleſia iudicet de occultis. 6. queſtio. 1. ſi omnia.
Sexto queritur, quid ſi non eſt publicatum ſcrutinium,
ſed ipſius mens, puta finito ſcrutinio, ſcriptor dimiſſis
ſcrutatoribus in angulo dixit capitulo tot conſenſerūt
in Ti-

in Titium & tot in Sempronium, vel omnes in Titium,
non puto decre. locum habere, ſed tunc ſolum, cum de
ſcripto fuerit ſcrutinium publicatum, vt fieri debet ad
inſtar diffinitiuæ, quæ debet legi de ſcripto. ȷ. de re iu
di. c. fi. li. 6. Nam & ſcriptor potuiſſet erraſſe, forte fal-
ſum retulit, & facit quod dicam de teſte, qui dictum
r ſuum publicat. ȷ. de teſtim. vltra tertiam. ¶ [r] Septimo
quæro, quid ſi publicato ſcrutinio aliquid apparet, qđ
electionem nullam redderet, tunc non faciant electio
nem ſecundum Inn. quia & ſi facta eſſet aliam fieri o-
porteret. ſup. eo. cum terra. & hoc verum, quando pro-
cedit vitium ex parte eligentium, vel electi, propter
quod proceſſus electionis eſt inutilis, vel nullus, vt ſi e-
ligentes ſuſpenſi erant, vel interdicti, ſecundum Com-
po. & vide quod poſt Inn. dixi ſup. eo. cum terra, ſuper
vlt. gl. in prin. ¶ Octauo quæro, quid ſi ſcrutinio publi
cato apparet eum, in quem totum capitulum, vel ma-
ior pars ipſius conſenſit ineligibilem propter defectũ,
puta ætatis, ordinis, natalium, vel aliquid ſimile? Nun
quid tenentur publicare? puto quod non, ſi nominaue
runt, vel cõſenſerũt in eligẽdum. aduerſantur enim ſi-
bi inuicem poſtulatio, & electio, de poſtula. c. vno. lib.
6. & facit quod ibi dixi. s. titu. proxi. c. 1. & vl. ¶ Nono
quæro quid ſi probabiliter dubitetur, an ſit eligẽdus,
vel poſtulandus, puto ratione dubitationis, ꝙ tũc non
liceat variare, ar. de ſepul. ſacris, & eius, quod ibi not.
& 13. q. 2. nõ extimemus. vtantur ergo illa forma eli-
go, & poſtulo &c. de poſtula. c. vno, libr. 6. & imputent
ſibi, qui prius diligentius non inquiſierũt. ¶ Decimo
q̃ro, quid ſi defectus eſt in forma, vel omiſſa collatio,
vel communis electio. nunquid uariare poſſunt alium
eligendo, an uero tenentur eundem eligere. dicit Cõ-
poſtellanus, quod Papa in publico conſiſtorio ſuſtinuit
ꝙ licet caſſanda ſit electio, quando poſt ſcrutinium pu
blicatum peccatur in forma, tamẽ remanet electo ſal
uum ſibi ius quęſitum ex votis publicatis, etiam ſi ſit fa
cta caſſatio, ſecundum Archidia. in ſua diſputatione.
non obſtat, ꝙ in nominatione ius non quæritur, quia il
lud habet locum in ſimplici, & quæ non fit animo obli
gandi. non ob. quod præfertur electio minoris partis,
quando nulla eſt electio facta a maiori eodem contex-
tu, per quod videtur ex votis nullum ius quæſitum ele-
cto a maiori parte, quia id locum habet, cum proce-
dit nullitas ex vitio electi vel ex peccato, quod proceſ-
ſit ante publicationem ſcrutinii vt quia vota non fue-
rũt in ſcriptis redacta. nec ob. peccantes in forma eſſe
priuandos, & ſic nõ eligent, vt in c. quia propter, quia
s antequam priuẽtur, eligere poſſunt, ut ibi dixi: [s] vel ſi
priuẽtur, prouidebit ſuperior de eodem. Alii contradi
cẽtes, ꝙ iſtę tres partes electionis ſcilicet ſcrutinium,
ipſius publicatio, & electio ſint unus actus, id quo ni-
hil habet facere electus. unde, quamuis fiat præiudi-
ciũ electo: tamẽ propter peccatum eligentium com-
miſſum in altero eorum totum caſſabitur, quia peccãs
in uno, peccaſſe uidetur in omnibus. ȷ. de reg. iu. de-
fleat. ¶ Vndecimo quæro, nunquid ex uotis compro-
miſſariorum ius quæratur, ſi faciant electionem, quæ
non teneat? Inno. & Compo. dicunt ꝙ non, quia nõ ex
uocatis ſed ex ſola prouiſione quæritur ius electo per
eos, quia de prouiſione compromiſſum eſt, facit con-
t tra hoc, qđ no. de re iudi. c. pe. in fi. gl. [t] pe. lib. 6. ¶ Duo
decimo quæro nunquid ſi publicato ſcrutinio apparet
id propter quod electio eſt annullanda, puta aliquem
contemptum? dic ſecũdum Inn. quod fiet electio, quia
forte conſentiet contemptus, uel ſupplebit ſuperior.
nec talia caſſantur, niſi ad petitionem aduerſariorum.
ȷ. de præbendis, cum in eccleſiis, libro ſexto. Sed ſi id
petit contemptus, poterit reincipi ſcrutinium, ſi non
u eſt facta electio, vt no. s. c. proximo. [u] ¶ Tertiodecimo
quæro, quid ſi publicato ſcrutinio aliquis dicit ſe pa-
ratum probare impedimentum? dic quod differri po-
terit electio, ne eccleſia vexetur ſuperfluis expenſis,
de reſtit. ſpoliat. litteras, iuxta finem, ſecundum Inno.
& Abb. nec citabitur tunc nominatus, nec procedetur
in modum inquiſitionis ſecundum Innoc. hæc non pla
cent Hoſtien. quia nec ad capitulum ſpectat has pro-
bationes recipere. eligant ergo; & opponens, ſi vult
ius ſuum proſequatur coram ſuperiore. ȷ. eod. capitu-
lo primo. libro ſexto. puto, quod ſi opponens dicat il-
lum excommunicatum, & velit ad cameram mittere
pro inſtrumento excommunicationis, hoc caſu & ſi-
milibus vera ſit opinio prima; & ſi amicus eligendi di
cat illum abſolutum, & velit mittere pro abſolutione
x audietur. [x] ¶ Quartodecimo quæro, quid ſi publica-
to ſcrutinio caſu moriuntur omnes canonici, puta cor
ruente tecto? dic quod ſubſtituti tenentur eundem e-
ligere: quia iam quæſitum eſt ius nominato per pu-
blicationem, quod propter caſum non perdidit, ſecun
dum Vinc. Inn. Compoſt. Et ſic non eſt dubia domini
calis 83. quærens de iam electo per mortuos. ¶ Quin-
todecimo quæro, quid ſi publicato ſcrutinio excom-
municẽtur canonici ab homine, vel a iure, pone quod
in collatione percuſſerũt clericum? putant Inn. & Vin.
quod non poſſunt eligere. ipſi tamen abſoluti, vel ſupe
rior, ad quem deuoluetur, eliget nominatum. ſecũdũ
dictum credo. primum diſputaui, vide in quæſtione,
Canonici Florentini, quam vide de regu. iu. factum,
lib. 6. ¶ Decimo ſexto quæro, quid ſi poſt publicatio-
nem excommunicetur electus ab homine, vel a iure?
puto, ꝙ ſi a iure, indiſtincte nõ ſit eligendus, cum pœ-
nã illam non incurrat niſi ex culpa ſua. ſi ab homine,
tunc credo idem, ſi ſententia fuit iuſta. Si vero fuit in-
iuſta, nõ credo auferri ius acquiſitum per publicatio-
nem ſcrutinii; alias facile daretur via fraudibus, & fa-
cit, quod dixi in decima quæſtione. ¶ Decimoſepti-
mo quæro, quid ſi publicato ſcrutinio numerus, & alia
apparent æqualia? dic quod tunc canonici variabunt,
& iterum ſcrutinium facient, quia ſi eligerent, nõ va-
leret electio, & quia ius non eſt quæſitum nominato ſe-
cundum Inn. Hoſt. & Compo. & no. ſup. ca. proxi. in fi-
y ne, [y] & hoc eſt, quod in tex. dixi ſecundum Goff. quod
variari nõ poteſt in præiudicium nominati, & facit qđ
notatur ȷ. eo. perpetuo, lib. 6. publicato ergo ſcrutinio
minor pars bene põt accedere ad maiorem, & hoc in-
tẽdit cõcilium, quia propter, ſicut ſm Vin. & Compoſ.
qui conſentit in alium, variare põt conſentiendo ele-
ctioni de ſe factæ, quod intelligas, vt no. ſup. eo. cũ in-
iure. ¶ Decimooctauo quæro, quid ſi publicato ſcruti-
nio aliqui ex canonicis dicunt ſe non conſenſiſſe in il-
lum, de quo in ſcrutinio cauetur? dic ꝙ eis non credi-
tur, cum ſint ſingulares, ſed ſtatur ſcripturæ, & fidei ſcru
tatorum. ſup. eo. cum dilecti: alias eſſet facile hanc con-
ſtitutionem eludere. & facit quod dicam de teſte. inf.
de præſcrip. ad audientiam. an vero ipſis ſcrutatoribus
credatur contra ſcripturam, dixi ſup. eo. quia propter, ſu-
z per ver. redacta. [z] ¶ Decimonono quæro, quid ſi capi-
tulum ad electionem canonici proceſſit per formam
ſcrutinii, quod iam publicatum eſt, nunquid licebit va-
riare? videtur ꝙ ſic, cum iſti nõ arctentur ad formam,
& ſic neceſſitate non debet ſequi collatio, & ſic cũ ceſ-
ſet intẽtio, variare poterũt, facit s. eod. cum dilecti, &
aa quod dixi ſup. c. cũ inter vniuerſas, [aa] & circa hoc vi-
de quod dixi in 1. q. ¶ Vigeſimo quæro, quid de pa-
tronis, nunquid publicato ſcrutinio poſſint variare?
puto ꝙ ſic; tum quia non arctãtur ad formã, vt ſupra
dixi, tum quia actus ipſorum eſt pñtare, nõ eligere, qđ
dic vt dixi de iure patro. nobis, & c. fi. in fi. igitur vſq;
ad pñtationẽ variãt clerici, & laici; poſt pñtationem

vero

vero laici tantum, eo. tit. cum autem. ¶ Vigeſimoprimo quęro, quid de ciuibus eligentibus ſibi poteſtatē, nunquid poſt publicationē ſcrutinii, variare poſſunt? diſputatum fuit nuper in ſcholis legiſtarum hoc de peruſinis, & terminatum, quod etiam poſt electionē publicatam variare poterant, cum ipſorum electio proprie nō ſit auctorizabilis. i. eis nō delata a canone. fuit quæſtio Iaco. de Bel. quam videas in auc. de collatori
bb bus colla.[bb] 9. ¶ Circa † tertiam partē quæro primo,
aa quis ibi dicatur ſuperior? & circa compellendos monacos, vel canonicos plebis ad eligēdum Abbatem, vel plebanum planum eſt, q episcopus, cum ſit ipſorum ſuperior immediatus. ¶ Sed quid de archiepiſcopo, qui licet ſit immediatus epiſcopi, non tamen ſubditorum ipſius, nec iſte eſt de caſibus numeratis inf. de of. ord. paſtoralis. puto archiepiſcopum vel patriarcham ad quem confirmatio ſpectat, canonicos cathedralis eccleſiæ ad hoc cogere poſſe, vt ſicut confirmationis, ſic
cc & iſtorū præparatoriorum [cc] ſit iudex. ff. de procu. ad legatum, & l. ad rem mobilem. ſatis facit 12. q. 1. non liceat. 2. & infra de his, quę fiunt a prelatis. c. fi. & infra de ſup. neg. prel. c. fi. in 6. Et per primam rationem credo idem in omni cōfirmatore non ordinario. pone in amicis meis de ordine ſeruorum ſanctæ Marię habent priuilegium, quod generalem ipſorum confirmet ille epiſcopus, in cuius diœceſi eligitur. puto, q ſi publicato ſcrutinio nollent eligere, ipſe diœceſanus ad hoc ipſos compelleret. ad idem de offi. dele. pręterea, cū ſuis
28 concor. ¶ Secundo quæro, quis † petat hanc compulſionem fieri, de qua loquitur finis? dic quod nominatus, ſi voluerit, ſupra eo. dudum, de ſimo. ſicut, maxime per modum denuntiationis, de iureiur. quemadmodum, circa fi. Nā qui epatum deſiderat &c. 8. q. 1. qui epiſcopatum. nec dicitur ambitus, ex quo non oritur a ſeipſo. ſup. eod. cum in iure, ſm Hoſt. vnde dicit Abb, quod ſic prouidet famę ſuæ dicēdo ſuperiori, ne aliqui credant hoc omiſſum propter meum vitium, imploro veſtrum officium. ſunt qui dicunt, quod aliqui de canonicis debent hoc proſequi, & non nominatus, cum per nominationem ius non acquiratur. dicebat Hoſti. id verū de nuda: ſecus de veſtita, vt ſupra dixi. dabat Phi. ſimile de poſtul. quod ſupra dixi in q. 2. ¶ Tertio
29 quæro, quid † ſi nolunt eligere, licet compulſi, vel negligunt poſt ſcrutinium publicatum: tenent Vin. Compo. Petr. & Abb. q ſuperior, ad quem deuoluitur, tenetur prouidere de illo, quia cū per publicationem limitata eſſet poteſtas capituli, ergo & ſuperioris, qui ſuccedit in ius illorum. ff. de iure fiſci, non intelligitur. §. ſi poſteriori. facit cle. de ſup. neg. prel. c. vno. & ne vna via concedatur &c. de procu. tuę: & res tranſit cum onere, de pig. ex literis. & habet locum hic ſecūdū Vin. etiam cum nominatus in ſcrutinio erat de extra eccleſiam. nec ob. ſup. eo. ne pro defectu: quia iam non inuenit dignum in eccleſia. ex quo capitulum conſenſerat in extraneū. vel illud, cum poteſtas trāſit libera, quod hic non eſt propter ius nominato quęſitum. non ergo eligit ex ſuo voto, ſed percipit ab illis inchoatū. Si vero ſcrutinium publicatum non eſſet, licet perfectum, non putat Vin. quod eo caſu ſuperior, ad quem deuoluta eſt poteſtas, teneatur eligere illum nominatum.

ADDITIONES.

a Si conditionem. Vide late per d. Ale. & Moder. in l. 1. ff. de libe. & poſt hu.
b Opus. Et ſupra eo. quia propter §. ill. d. & ibi vide Ioan. An.
c Repro[illegible]. Io. An. in [illegible] gl. [illegible] ſcrutinium, prout hic ſumuntur aliæ ſignificationes, [illegible] de ca. mo. cit. in 1. gl. & inf. eo. ca. 2. in gl. 2. lib. 6.
d Caſus. Vide & recurre ad Bar. in l. ſerui electione. §. 1. ff. de le. 1. & vide etiā aliquid per Are. in l. qui ex pluribus. ff. de verb. obli.
e Gl. Facit etiam, quia aliquando ex nominatione ſola quæritur ius nominato, nec ab illa poteſt recedi, vt not. 63. diſt. c. quanto, & vide Io. An. de poſtu. bonæ, in gl. ſi ergo. fortius ex poſtulatis. facit etiam pro iſta opi. quod no. Io. An. in c. cauſis, ſuper glo. fi.
f Cauſis. Vide ibi. Io. An. in gl. poſtulatio ergo, & depoſt. c. in ſuper. gl. fi.
g Variare. Vide Panor. in c. cum autem. infra de iure patron.
h In fine. Et ibi plene ſcripſi, & ad hoc c. cum virum. de reg. & ibi facit quod contrarius ſenſus debet intelligi ſecundum declarationem aliorum iurium. facit quod dixit Io. An. in c. cum monaſterium. in ver. informatorio, de ſta. regu. Arch.
i Iure. Hoc dixit gl. in c. ſignificaſti, de fo. comp. Bal.
K Conuenticulam. Ibi vide Cy. & Bal. & Bart. in l. 1. ff. de off. eius cui man. eſt iur. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.
l Charta. Vide Bal. in l. apud antiquos. C. de fur.
m Penitere. Vide ea, quæ habentur plene in c. oblatæ. infra de appel. per illum textum.
n Priuna. Vide Io. An. de poſtul. præla. c. 2. ſuper gl. fi.
o Amicos. Vide ēt pulchre per d. Io. de Lig. in ſuo tractatu de amicitia, & in amicitia; qd in multis tamen aliquando proſit, vide gl. & Panor. & ibidē diffuſe Barb. in c. niſi ſpecialis, inf. de of. le.
p Recedant. Intellige completo iam ſcrutinio, alias ſecus, vt not. Io. An. in c. quia propter, in gl. dixit Inn. ad fi. & vide gl. i. incontinenti, & ſuper illa in illo. c. per Io. An.
q Neſcius. Facit, quod no. Io. An. in gl. ergo, ſic etiam ſupra decr. quia propter.
r Tertiam. Et vide. e. tit. conſtitutus, el. 2. in gl. & ſuper illa.
ſ Dixi. Pro iſta parte facit, quod ſententia nulla tunc in præiudicium partis retractatur a proferente. l. ſi præſes. C. quomodo & quando iudex, de pur. vul. c. 2.
t Gl. Et ibi per Io. An. ſuper illa.
u Proximo. Super iſto dixit.
x Audietur. Facit c. interpoſita, in prin. de ap. cum ſi.
y In fine. Et facit, quod no. ſupra q. 7.
z Redacta. Et vide gl. pe. in c. pe. de re iud. li. 6. & l. Theopompus, & quod ibi no. ff. de do. prele.
aa Vniuerſas. Super gl. pe. & in q. mercuriali, de qua infra ſit mētio in c. exceptis de. reg. iur. li. 6. & ad materiam ēt vide l. poſt mortē. §. fi. ff. de bo. poſ. contra tab. & in l. pe. & C. de in inte. reſti. pe.
bb Collatio. Vide hanc q. ple. per Bar. in l. abſen. i. ff. de dona.
cc Præparatoriorū. Adde, qd qui eſt iudex cauſę preparantis, eſt & iudex cauſæ ꝑparatæ. l. ordinarii. C. de rei vē. & ibi ſing. Bal. & late multa alle. d. Iaſ. in l. quoties, in 2. col. C. de iud. ibi omo vide.

SVMMARIVM.

1 *Cum ſimoniaco quis diſpenſet, & quando epiſcopus, et in quibus beneficijs, & nu. 2. 3. & 4. & quæ requirantur, n. 8.*
3 *Libera renunciatio, ſiue reſignatio excludit omne pactum, et ſpem expreſſam.*
4 *Tolerantia conceſſionis eſt, non permiſſionis tantum.*
5 *Epilogus, Suffragium gloſſarum.*
6 *Et in ciuitate conſortium trahitur. §. 16.*
7 *Supplementum gloſſæ.*

CAPVT LIX.

1 SI ALICUIUS. Caſus. Caſſata † electione pp ſimoniam ēt ſine culpa electi, nō diſpenſat ea vice epiſcopus cum caſſato: ſecus ſi electus libere reſignauit. hoc dicit ſm lec. gl. tu dic, q ſe ſummat, & duę ſunt partes. ſecunda
2 ibi quamuis [Electionem] ad † dignitatē prelationem, vel rectoriam, quæ non bene computatur inter ſimplicia, de præb. c. fi. ſecundum Hoſt. [Commiſſam] amico animo per cōſanguineos, vel amicos. ī. de ſimo. ſicut, ſm Gof. [Taliter.] ſ. ſimoniace [Illa vice] i. in illa vocatione in odiū ſimonię, Inn. & Cōp. ſcdm quos ſi ad archiepiſcopum deuoluitur illa vice, non poterit de illo prouidere: ſ. d in alia vocatione poſſet. [Simplex] p ta
3 † ſine cura, quod per electionē nō cōfertur, quod d. c, vt no. ī. de pb. ſuper inordinata. & c. fi. ſcdm Ho. [Poſt liberam] excludit omne pactum, & ſpem expreſſam,
a de hoc ī. de of. dele. ex parte. i. de occulta [a] enim intētione iudicabit deus, de ſi. c. fi. ſecundum Ho. [Epiſcopi] qui nō fuit particeps illius ſimonię. 1. q. 5. preſentiū, & c. quūq; ad hoc de cle. cōiu. diuerſis, ſm Inn. & Cōp. [Diſpēſatio] cōe igitur eſt ambobus. ſ. dignitati, & bñficio ſic obtentis, q neceſſaria eſt diſpenſatio, vt poſſit

4 poſſit ad illa reaſſumi[Toleretur] tolerantia † conceſ-
ſionis eſt, non permiſſionis tñ, ſecundũ Goſ. a ɔ̃rio hu
ius litteræ; quod eſt forte, vt dixi ĩ. c. proxi. videtur e-
piſcopum non poſſe diſpenſare cum ſimoniaco ſciẽter
etiam quoad ſimplex beneficium. circa beneficiũ ſic
obtẽtum dicebat hic Comp. ꝙ epiſcopus cum ſimonia
co in beneficio diſpenſat, vt in alia eccleſia obtineat
beneficium etiam in ordinibus ſuſceptis. Item vt in ea
dem eccleſia hẽat beneficium, & in minoribus mini-
ſtret, ſed vt ad maiores aſcendat, non põt diſpenſare.
1. q. 1. quicunq;. & ſic ſecundum cum magis punitur re
manens in eccleſia, vbi ſimoniã commiſit, quam ſi ad
aliam transferatur. non obſtat. ĩ. de ſimo. de regulari-
bus. Nam, vt dicit, licet ibi dicatur, quid de iure fieri
debeat, nõ negatur quin poſſit, ſi expedire viderit epi-
b ſcopus,[b] diſpenſare. ¶ Secunda gl. in † prin. dat ſimile
5 & ſoluit ɔ̃rium, ꝙ ſine culpa & c. ſecundo ſignat contra
rium de ca. pręſentiũ, & tripliciter ſoluit, tertio ſignat
contrarium de c. nobis. & remittit. quarto format v-
6 num quare & dupliciter ſoluit. ¶ In † 1. gl. [ibi. §. quo-
ties] vide hũc & ſequentem. § item q̃ritur, in præalle.
c. ſicut tuis, ſuper gl. nam ſi, ¶ In gl. 2. [ibi, lecta eſt] vi
de in præalle. c. officii, ſuper 1. gl. [& ibi Inſula] quæ in-
ſula in flumine nata, ſi alteri ripæ proximior eſt, illorũ
eſt, qui ab illa parte prope ripam prædia poſſident[&
7 ibi. l. 1. §. 2.] vide de iura. cal. c. 2. ſuper gl. 1. ¶ In † gl.
1. [ibi, votum, in fi.] & de reg. iu. ratihabitionẽ, li. 6. [&
ibi, Lugdunen.] quod dic vt no. de reg. iu. ratum quis,
li. 6. [Et in fi.] & de ordina. ab epiſcopo, qui renunc. c.
1. & 2. ¶ In gl. 2. [ibi, ſed ex continuo] ĩ. de priuil. ſup
ſpecula[& ibi, ſed iſte] dicit Hoſti. ꝙ hæc eſt generalis
conſtitutio, non decr. epiſtola, & ideo non poteſt dici,
ꝙ ſententiam expectauerit, cũ de nullius facto ſpecia-
liter loquatur: hoc non placet[& ibi, inuitus] exponit
ibi gl. 1. coactos a parentibus, vel inuitus poſtquam ſci
8 uit[& ibi, Diſpenſare] niſi euidens † vtilitas eccleſiæ
hoc requirat ſecundum Hoſt. & ſic poteſt ſolui contra-
rium de. c præſentium, ſecundum Hoſt. [& ibi. §. 2.] ĩ.
e. vbi periculum, libro ſexto[& ibi, Primum locum] in-
telligit Comp. i. præcipuum, vnde non poterit eſſe ibi
archidiaconus, decanus, vel his ſimilis[& ibi, Diſpen-
ſare] ex euidenti vtilitate eccleſiæ ſecundum Hoſt. ſe-
cũdum quem alias erit neceſſaria perſona intermedia
in duplici officio, in ſimplici non. & dicit aliis opinio-
nibus cancellatis hoc c. ſic intelligendum. Idem dicit
de decre. ſuper eo, ſup. eodem, et de aliis iurib. de ma-
teria loquentibus, alleg. prima, quæſtione ſeptima. §,
niſi, et §. neceſſitatis, et §. vtilitati, et c. tali. dicebat
Boati. hæc tria neceſſaria, ꝙ nec ſciuerit, nec ratum ha
buerit, ꝙ beneficium ſit ſimplex, et ꝙ ſpõte renunciet.

ADDITIONES.

a Occulta. Vide pulchre Pan. & omnes in c. nouit. inf. de iudi. vbi plene de hoc.

b Epiſcopus. Vide in c. poſt tranſlationem. in gl. quia ergo, de re-nun. & in Spe. ti. 2. §. nunc oſtendendum, ver. 23. & ſe.

S V M M A R I V M.

1 *Electio multis modis interdicitur, & quibus.*
Tempus eligendi quando non currit electorib. ver. hæc enim, & nu. 2.
2 *Interdictum, refert, ſimplex ne ſit an non.*
3 *In mora eligendi quando dicantur electores, & nu. 4.*
Interpretatio amara, nec calumnioſa facienda non eſt.
5 *Epilogus, Suffragium, Supplementum gl. nu. 6. & 7.*
Proteſtatio ſi fiat, quod copia iudicis haberi non poſſit, conſulte ſit, ver. Dicit hic.
8 *Patriarchę quatuor patriarchalium ſedium eligi non poſſunt a canonicis abſq; licentia Papæ.*

C A P V T LX.

1 Eis, quibus. Breue eſt. Et alias, his quibus
[interdicitur] forte † per pri-
uilegium, quale habent plures
reges ſcdm Hoſt. & Comp. vel ex conſue. ſpeciali man
dato, vel vi pacti ſup. eo. cum terra, & c. cum in veteri,
& cap. ſacroſancta, hæc enim impedimenta, cum ſint
præter ius quaſi inexcogitata, ius non potuit præuide-
re. & ideo, quamdiu durant, non currit canonicis non
a negligentibus tempus concilii: [a] ſecus ſecundum Ho-
ſtien. de interdicto iuris, vel hominis ex culpa ipſorum
proueniente. remittit ĩ. de conceſ. præben. quia, ver.
ſic tamen. Item ſecus eſt de tempore, quod expendi-
tur in canonicis vocandis: quia illud bene prouidit cõ
ditor canonis, & propter hęc & alia impedimenta ſi-
milia ſtatutum eſt tempus concilii ſcdm Ion. Hoſtienſ. &
2 Abb. [Licentia] non loquitur ergo † in his, quibus eſt
ſimpliciter interdictum ſecundum Boati. [Mora] in
3 qua † dicuntur eſſe, ſi quam cito potuerunt, licentiam
non petierunt. ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim. ſed & ſi fa-
ciant aliquantulam moram propter recentem mortẽ
prælati, vel propter aliquam iuſtam cauſam, non impu
tabitur, arg. ff. de in ius vocan. l. 3. & 4. ſi quis cau. l. 2.
ff. de conſt. pec. promiſſor. §. 1 nec enim facienda eſt
b amara interpretatio,[b] nec calumnioſa. ff. de dona. in-
ter vi. & vxo. ſi id quod. §. ſi quis operas. ff. ad exhibẽ.
l. pe. de priuil. in his, & hoc arbitrabitur bonus iudex.
4 ff. de iur. delibe. l. 1. ¶ Quid ſi ab † aliquibus impedian
tur malitioſè, ne poſſint petere? dicit Hoſt. ꝙ ſubueni-
tur eis, quia non ſunt in mora. ĩ. de conceſ. præb. poſtu
c laſtis, niſi[c] & ipſi hoc procurarent, de offic. paſtoralis.
§. fi. & in cle. de pęnis, multorũ. §. illis. ¶ Quid ſi Papa
mandat canonicis, ꝙ eligant infra menſem de cõſilio
alicuius epiſcopi, alias ipſe epiſcopus prouideat, & epi
ſcopus latitat, vel latens impedimentum apponit, per
quod tempus labitur, quod incipit a tempore receptio
nis literarum, vel de iure communi, vel de forma mã-
dati? de ap. ſuper eo. 2. Dicit Hoſt. quod ex quo poſitũ
eſt tempus ab homine, omnino currit a contrario hu-
ius litteræ, quæ dicit, a canone. Nam mitius agitur cũ
lege & c. ff. de arbi. Celſus; ad hoc de off. deleg. *paſtora*
lis. §. fi. per cuius mentem dicit Hoſt. ꝙ ſi de fraude cõ
d ſtiterit, ſubueniendum[d] eſt, ſed per Papam non per in
feriorem, cum de facto ſui delegati quæratur, vt præal
le. c. paſtoralis. §. pe. de iudi. cum veniſſent; alias con-
tra, de conceſ. præben. poſtulaſtis. ſed ibi loquitur de
tempore canonis, & ſic concor. ſecundum Hoſt. ¶ Se-
5 cunda † gl. obiicit, & ſoluit, ſolutioni obiicit, & reſpon.
6 in fi. ponit duos intellectus capituli. ¶ In † glo. 3. [ibi,
non enim] hanc & ſe. vide de fid. inſtru. imputari, ſu-
per 1. gl. [& ibi, & ſi poſt tres] vide de re iudi. cum Ber
7 toldus, in 5. gl. ¶ In gl. 2. [ibi, proteſtatus] an hoc † ca-
ſu neceſſaria ſit proteſtatio, no. ſ. eo. ne pro defectu, in
3. gl. dicit hic Hoſt. ꝙ conſulte faciunt, ſi proteſtatio-
nem faciunt de hoc, ꝙ non poſſunt habere copiam iu-
dicis. ſ. de offi. ordi. paſtoralis. §. fina. cum concor. [&
ibi, nec poteſt purgari] de hoc infra, de conceſ. pręb. c.
2. in 4. gl. [& ibi, alicuius loci] ſicut dicebatur olim de
Rauennati. ſ. de poſtulatione, bonæ, primo; quod ho-
die eſt deciſum, Goſ. [& ibi, Papa] vt 63. diſtin. porro;
8 per quod pone † caſum, & per Extrauag. Bonifa. ſancta
Romana, quę prohibet canonicos quatuor patriarcha
lium ſedium ſine licentia Papæ Patriarchas eligere,
quamdiu ciuitates ipſę per infideles, vel ſciſmaticos
tenebuntur[& in fi.] quod dic vt ĩ. de offi. leg. ca. 3. &
4. lib. 6.

ADDI-

ADDITIONES.

a Concilij. Verũ ergo interdicitur hic poſitum, & intelligitur de
iure & de facto, & ſic vtroque caſu habet peti licentia, ad hoc
c. eiſcitaſti, de relcri. & no. ex iſto c. quod illa, quæ ſunt in con
ditione poteſtatiua, cenſentur etiam in actu.
b Interpretatio. Vide multa allegata per do. Iaſ. in l. quãuis. ff. de
in ius voc. per illum tex alias, in l. generaliter.
c Niſi. Et contra illas, ſi non poteſt his ſubueniri: quia res iſta æſti
matione n non recipit, vide de reſtit. in integ. c. 2. in gl. pen.
d Subueniendum. Videtur, quod poſſint illo non volente conſu-
lere, & facere electionem, vt in c. 2 ne ſe. vac. lib. 6. vbi vide, &
de arbi. cum olim, & per Bart. in l. 1. §. ſi plures. ff. de elect. in l. ſi.
e Communia de ſuccel.

SVMMARIVM.

*1 Transferens ad ſedem epiſcopalem archiepiſcopum patriar-
cha, ſuſpenditur ab epiſcoporum confirmatione.*
2 Papæ priuilegium, & poteſtas vnde, & quæ, & num. 9.
*3 Prælato conceſſum priuilegium intelligitur eccleſiæ conceſ-
ſum.*
*4 Archiepiſcopatum cedenti nunquid poterit de aliquo epiſco
patu vacante prouideri?*
5 Fraudem probet eam allegans.
*6 Confirmatio epiſcoporũ qua priuatur archiepiſcopus, ad Pa-
pam pertinet.*
*7 Epilogus, ſuffragium, & ſupplementũ gloſſarum. num. 8.
& ſequenti.*
8 Imperatori poteſtas vnde, et num. 9.
9 Poteſtas omnis a Deo.
*10 Epiſcopus etiam expulſus a ſua ciuitate, ſi eligitur ad aliam,
non poteſt recipere ſine licentia papæ.*
*11 De cauſa criminali non poteſt cognoſcere principaliter con-
firmatus.*
12 Inſtantiam dare videtur reſpondenti ſufficere, in fin.

De tranſlatione epiſcoporum, Rubrica.

¶ Viſo de quibuſdam modis, quibus prouidetur eccle
ſijs, videndum eſt de tranſlatione, per quam etiam eis
prouidetur interdum. vel aliter. ſ. dictum eſt de poſtu-
latione: ſed quia poſtulantur alijs eccleſijs alligati. ſu-
pra de poſtula. bonæ, & c. vlt. quos oportet transferri,
ideo &c. Goff. de materia Rubricæ. 7. q. 1. per totum,
& 21. q. 2. per totum, & coaptatur Rubricæ de offi. leg.
niſi ſpecialis. & capit. ſequentibus.

CAPVT I.

1 Cum ex illo. Caſus, Patriarcha, qui † cõ
firmatũ in archiepiſcopũ
transfert ad ſedẽ epalẽ, ab
epiſcoporum confirmatione ſuſpenditur. & ſunt qua-
tuor partes. Prima probat tranſlationes epiſcoporum
ſoli Papæ competere. Secunda narrat reprehenſibi-
le factum patriarchæ ibi, miramur. Tertia ibi, licet, re-
ſpondet tacitæ quæſtioni. Quarta ibi, ne autem, pœ-
2 nam imponit priuilegio quo † dixit Matthæi 16. Tu
es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam. vel quod ſequitur, quodcunque ligaueris &c.
vel quod dicitur Ioan. vlt. Paſce oues meas. hic autem
vult hæc litera ſecundum Innoc. quia ex priuilegio præ
lationis poteſtatem habeat condendi canones, per
quos ſtatuit maioris eccleſiæ cauſas ad ſe referen-
das. Idem Compo. dicit autem Abb. quòd licet pote-
ſtas ex illo priuilegio proceſſerit, materia ipſorum ca-
nonum fuit ex auctoritate noui & veteris teſtamenti,
& ſic non ob. de accu. qualiter, 2. in princ. [Per eum] ar.
3 Petr. q † priuilegium conceſſum prælato intelligitur
conceſſum eccleſiæ. & quod prælatus, quod acqui-
rit, acquirit eccleſiæ. [Dominus noſter] Ieſus Chriſtus
Deus & homo. ĩ. de hære. cum Chriſtus, Hoſt. [Poſtmo
dum] ſ. poſt indultum dictum priuilegium [Inſtituta]
alias ſtatuta. 12. diſt. præceptis [Antiſtitem] quaſi ante
ſtantem epiſcopum ab epi, quod eſt ſupra. 8. quæſt. 1.
qui epiſcopatum [de iure] & de conſuetudine. ĩ. eod.
quãto [Super his] ſ. tranſlationib. [Eius] ſ. Papæ [archi-
epiſcopum] futurum, vel animi deſtinatione, Vincẽ. &
Inn. [Dearchiepiſcopare] quõ illum dearchiepiſcopa
rit, cũ nec epiſcopus, nec archiepiſcopus eſſet, ſm Ho.
loquitur largè, & inſpecto finali effectu: quia ab eccle-
ſia, ad quam erat in archiepiſcopum conſecrandus, ad
epiſcopalem eccleſiam eſt tranſlatus. Quid ſi † archi-
4 epiſcopus ex iuſta cauſa ceſſit, nũquid poterit ei de ali
quo epiſcopatu vacãte prouideri? dicunt quidã q nõ:
quia non licet deſcendere. 23. diſt. legimus, in fi. nec
debet fieri epiſcopus, vt hic, & ex ɔ̃rio darẽtur via am
bitioni, vt ſi habens archiepiſcopatum tenuẽ procuret
ceſſionẽ vt ſic poſſit ad archiepiſcopatũ locupletẽ pro-
moueri; & hoc eſt vitandum, ſi. de diuor. quanto, cum
ſuis concor. ne vna via ſequatur, quod alia denegatur.
dicit Hoſt. ɔ̃rium fuiſſe iudicatum per Clem. 4. quãdo
Nelfrancius archiepiſcopus Salesburgeñ. ceſſit, & dux
Poloniæ ad eundem archiepiſcopatum promotus ex-
titit, & dicto archiepiſcopo de epiſcopatu Seſionieñ.
eccleſiæ etiam eidem Salesburgeñ. ſubditæ fuit proui-
ſum. Nec ob. quod hic dicitur: quia in prouiſione non
de archiepiſcopatu, ſed in ceſſione, & remãſit epiſco-
pus, cui licitè de epiſcopatu prouidetur. Hinc etiã eſt,
q talis poteſt in archiepiſcopum poſtulari. ĩ. ti. 2. poſt
tranſlationem. Sic ẽt non obſtat quod dicitur deſcen-
a dere: [a] quia eo tempore, quo ſibi prouidetur, non de-
ſcendit, ſed aſcendit de nullo ad aliquem epiſcopatũ,
de ordina. ab epiſcopo. c. 1. nec etiam in prouiſione in-
ſpicitur aſcenſus, ſed potius ſuſtentationi neceſſariæ
ſubuenitur. vnde & prouidetur de eccleſia parochiali.
ĩ. tit. 2. ad ſupplicationem. & adde quod ibi dicam ſu
per vlt. glo. fortius ergo de epiſcopatu. 7. q. 1. paſtora-
lis. nec ob. q hic poſſet in fraudem fieri. Cauebit enim
ſibi Papa, ſine quo non poſſunt talia fieri, de qua ſi con
5 ſtet, nõ admittit ceſſionem: qui † tñ fraudem allegat,
illã probet. ff. de proba. quoties. §. qui dolo, ſecundum
Hoſtienſ. [Licet] antipophorizat ſecundum Hoſtien.
[Qui] ſ. trãſlatus, dũ ante tranſlationẽ archiepiſcopa-
li præeſſet eccleſiæ [Confirmatione] quos ſm Vinc. &
6 Egi. tũc † confirmabit Papa, non capitulum. ĩ. de con-
ceſ. præb. quia diuerſitatem. & pro expẽſis agere poſ-
ſunt contra iſtum, cuius culpa faciunt expẽſas, ſi habet
proprium: alias non. ĩ. de iura. calũ. in pertractandis.
16. q. 6. illud. cõtra 18. diſt. qm quidem, Vinc. ¶ Prima
7 † gloſſ. ponit differentiam [b] inter imperium, & papa-
b tũ. ¶ Antep. gl. ponit verſus de caſibus reſeruatis. ¶ Pe
nult. gl. ponit opi. quæ ſoluit contrarium, cõtra quam
tex. coadiuuãs. ſ. contrarium ponit duas opi. quorum
prima repetit, demum ſoluit. ¶ Vlt. gl. arg. duo. ¶ In
8 † 1. gl. ibi. §. [ſed quod Principi] ſequitur, placuit, legis
habet vigorẽ, cum l. regia, quæ de imperio eius lata
eſt, populus in eum omne ſuum imperium, & poteſta-
tem conceſſit [& ibi, Cũ enim] ſequitur l. antiqua, quæ
regia vocabatur, omne ius, omniſque poteſtas populi
Romani in imperatoriam tranſlata ſint poteſtatẽ &c.
9 ¶ In gl. 1. ibi [principio] dicit Hoſtien. omnis poteſtas
a Deo, vt patet ad Rom. 13. a quo largo reſpectu pote-
ſtas principis eſt a Deo, de maioritate vero Papæ re-
mittit. ĩ. qui filij ſint legi. p venerabilẽ. §. rationibus.
¶ In gloſſ. 3. [In fi.] & per c. ea. q. paſtoralis, & ca. eos.
10 dixit hinc Vincẽ. q epiſcopus † etiam expulſus a pro-
pria ciuitate, ſi eligitur ad aliam, non poteſt eam re-
cipere ſine licentia Papæ. alleg. etiam infra tit. 2. niſi
cum pridem. ¶ In gloſſ. quæ ſint [in fi] & 12. diſt. capit.
3. & infra de offic. leg. q tranſlationem. ¶ In gl. pe. ibi

quoniam, vbi de hoc [& ibi, non tenent] intellige hanc opin. vt dixi in decret. ſuffraganeis [& ibi mandare] argumen. ꝫ. 100. diſt. c. 1, dic vt ibi dixi. Dixit hic Vin.
1 ꝙ confirmatus de cauſa criminali cognoſcere [c] nõ pt,
c niſi cũ crimen incideret, vt cũ præſentatur canonicandus, vel præficiendus eccleſiæ, & obijceretur ei crimẽ, arg. 23. diſt. illud. nec ob. 30. diſt. ſtudeat, vbi corepiſcopus cognoſcit: quia illud fuit de mandato Papæ ſecundum eum [Et in fi.] & videtur ſufficere reſponden-
d ti dare inſtantiam. [d] 1. quæſt. 1. ſicut vrgeri.

ADDITIONES.

a Deſcendere. Imò videtur aſcendere, quia non poteſt vti pallio, inf. de renũ. ad ſupplicationẽ, & ſupra de poſtulat. prælator. bonæ, el 2. ad fi. ſed poteſt dici, quod nec modo ante promotionẽ illo vti poterat. & ſic non deſcendit, vt in prællegat. iuribus.

b Differentiam. Vide latè in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica d. Augu. de Ancona.

c Cognoſcere. Vide plenius de hoc, ſupra de electio. ca. tranſmiſſam. per Io. And.

d Inſtantiam. Vide multa allegata per do. Iaſ. in l. creditori. ff. de oper. noui nunciatio.

S V M M A R I V M.

1 *Transferre ſolus poteſt Papa electos in epiſcopos & confirmatos.*
Diuiſio.
2 *Corporalia facilius tranſeunt, quam incorporalia, & facilius deſtruuntur, quam construuntur. num. 3.*
3 *Spirituale fortius, quàm corporale coniugium, & eorum differentiæ etiam, num. 25.*
4 *Solus, dictio non excludit ſuos.*
5 *Honorem non poteſt ſolus epiſcopus auferre, per depoſitionẽ, per ſuſpenſionem perpetuam, iuncto contextu.*
6 *Condemnari, pro deponi ſumitur.*
A metropolitano epiſcopi ſubditi puniri alias põt, nõ deponi.
Coniugium ſpirituale contrahitur inter epiſcopum, & eccleſiam generalem, quod nũquam, niſi Dei iudicio, diſſoluitur: inter ſpecialem verò contractum per Papam. num. 9.
7 *Iudicium pro conſtitutione, iuncto contextu.*
8 *Matrimonium carnale homo non ſeparat, cum iudex eccleſiaſticus per conſtitutiones Papæ diſſoluit, ſed ipſe Deus, & num. 12. ver. idem iuris.*
Homo pro inferiori à Papa accipitur hoc loco, ver. Homo.
10 *Eccleſia pro adminiſtratione eccleſiæ.*
Epiſcopus conſecratus, et electus confirmatus, hic æquiparantur.
11 *Dignitas pro ordine.*
Epiſcopus qui nullius eſt eccleſiæ, eſt epiſcopus tamen eccleſiæ generalis.
12 *Maximè, pro tantum, & aliò reijcit de huius aduerbij ſignificatione.*
13 *Ex mente legis quod eſt, ex lege eſt.*
Subtilitas commendatur.
14 *Negligentia ſola facit quem inel gibilem.*
15 *Ad communem modum in dubio recurrendum.*
Prouerbia vulgaria poſſumus allegare.
16 *Turonen. Archiepiſcopus eſt metropolitanus Andegauen.*
Pœna maior in plures, qui maturius deliberare debuerant, quam in vnum, ver. vel quia.
17 *Verbum reſoluitur in alia duo, ſc. affirmatiuum in præſumptionem indicantia.*
Confeſſio ſpontanea proficit.
18 *Rectitudo, & ſimplicitas virtutes cognatæ, neque abinuicẽ ſeparari poſſunt.*
19 *Venia facile datur recognoſcenti peccatum ſuum.*
20 *Epiſcopus nullius ſpecialis eccleſiæ ſi conſecratur, conſecratur ad generalem eccleſiam.*
21 *Epiſcopatum qui recipit videtur potius onerari, quam honorari.*
22 *Epilogus, Suffragium, & ſuppletio gloſſarum, n. 23. & 24.*
Corporalia deſtruunt facilius, quam conſtituantur non ita ſemper procedit. num. 24.
Non probat hoc eſſe, quod contingit abeſſe. §. 1.
Ad ſponſam porrigitur, quod dicitur de vxore. §. 4. num. 25. §. vlt.
Conceſſum quod non eſt, intelligitur prohibitum. §. in gl. ar. quod non.
An id ſit vſquequaque verum, ibi, & num. 29. §. 1. numer. 30. 31. & 32.
26 *Similibus ſtandum eſt, niſi diſſimilitudinis ratio reddatur.*
27 *Anni cœpti pro completis aliquando allegantur.*
28 *Pro eccleſiæ iure inuito epiſcopo & canonicis, prohibentaſe inuito commilitone agere poſſum.*
29 *Vitioſa cautio, auctoritas, cæteraque vitioſa, nec cautio, nec auctoritas eſt, ſic item cætera.*
Per priuilegia detrahitur alieno iuri, & diuerſum ius eſt inter ea, & beneficia, num. 30.
31 *Homicidium omne prohibitum.*
Metropolitanis quæ prohibita.
Prohibitum quod non eſt, intelligitur conceſſum, quomodo intelligatur, & vnde proficiſcatur, ſecundũ omnes leges, ver. Dicebat autem Hoſt. & num. 32.
32 *Gratiæ tempore declarata lex vetus, & patefacta veritas.*
Lex ciuilis per canonicam regendam et intelligenda.

C A P V T. II.

1 Inter corporalia. Caſus. Electos † in epiſcopos & confirmatos trãsferre po-
a teſt [a] ſolus Papa. & diuidebat Pet. hãc decret. in 6. partes. tu diuidas in duas. In prima exordiũ. In ſecũda facti narratio, ibi, ſanè. Et prima ſubdiuiditur in tres. prima probat coniugium ſpirituale diſſolui non poſſe niſi per Papam. ſecunda ibi, ſicut autem, probat vinculum ſpiritualis coniugij eſſe inter electum confirmatum, licet conſecratus non ſit, & eius eccleſiam. tertia ibi, ſed neque, ſoluit cuiuſdam canonis contrarietatem. [Diffe-
2 rentiam] facilius † tranſeunt corporalia, quam incorporalia, vnde facta ſocietate omnium bonorũ ſtatim omnia corporalia ſunt cõia, nõ ſic in iuribus, & actio-
b nibus. ff. pro ſoc. l. 3. & adita hæreditate tranſeunt legata, & fideicommiſſa corporalia. ff. de fur. a Titio; ſe-
c cus in legato nominis, [c] C. de le. l. ex legato nominis,
3 Vinc. Goff. & Hoſt. [Deſtruuntur] vide † exemplum in libro, quem tanto labore conſtructum de facili deſtrueres. Item ſm Abb. ſimul deſtruere poſſes duos libros, ſed non ſimul facere. illud verò non exẽplificauit Papa hic quaſi patens [Conſtruantur] ſed nonne carnale matrimoniũ, quod ſolus conſenſus verbis expreſſis inducit. j. de ſpon. cum locum. & c. tuæ, facilius cõſtruitur, q̃ ſpũale, qđ multæ ſolẽnitates pcedũt, de quibus s. tit. 1. in geneſi. dicit Hoſt. ꝙ nõ ſit hæc ꝯparatio de ꝯctu vnius ad ꝯctũ alterius, p ſe. ſed de ꝯctu, & deſtructione vnius ad ꝯctum & deſtructionem alterius, q̃uis & corporale ſpũale dici poſſit. vt patet, de frig. c. fi. dr̃ etiam fortius ſpũale ſm eũ: quia fortius imprimitur, & operatur, cũ per conſecrationẽ imprimitur character in anima, & qui nũquã delebitur, ſed multiplicatur gratia, qđ nõ eſt in corporali. de hoc, de ſa. vn. cap. vno. Itẽ quia fortiora copulat nõ ſolũ corpora, ſed animas, non ſolũ duos, ſed plures. 12. q. 2. præcipimus. Itẽ fortior & efficacior eſt ſua generatio. potius enim obeſſet prima, quam prodeſſet, niſi ſequeretur ſecunda, de cõſec. diſt. 4. fortiſſimè. Item quia fortius aſtringit, cum ſoluat effectum corporalis. vnde ſi infidelis diſcedit &c. ergo dignior & fortior ſpiritualis coniunctio, quam carnalis, ſm Hoſt. [Deſtruantur] de exteriori deſtructione loquitur, quæ fit per depoſitionem, non de interiori, quæ fit per peccatum, ſecundum glo. [vnde] i. pp quã cauſam, & alias cauſas huius iuris, quare, no.
4 15. q. 7. cap. 1. [Solus] non † excludit clericos ſuos, ſed alios epiſcopos, & ſic ſoluitur contrarium de canone 24. diſt. epiſcopus, vt ibi no. & concor. 15. q. 7. §. ſolus.

Lucæ 9.

Lucæ 9. & factum eſt, cum eſſet ſolus orans, erant cum illo & Diſcipuli illius: ſolas turbas excludit.[Auferre]
5 per † depoſitionem, per ſuſpenſionem perpetuam; ſic & in primo caſu non diſpenſat. 2. quæſt. 6. ideò. ſed ſuſpenſionem reuocat. poteſt tamē epiſcopus eſſe iudex in cauſa, cum agitur, vt deponatur à beneficio. inf. de his, quæ fiunt à prælatis, nouit, ſecundū Vincent.[Epiſcopi quoque] ſecundum exemplum[metropolitanis] adiunctis ſibi duobus epiſcopis, de tempor. ordin. nec
6 epiſcopi [Condemnari] † ideſt deponi: aliàs autem à metropolitano puniri poſſunt. infra. de offic. ord. cap. paſtoralis, & eod. titu. Romana, lib. 6. [Fortius] in deſtruendo[vinculum]aliàs coniugium [Eccleſia]generalem, quæ vnica eſt, vt 7. quæſt. 1. Nouatianus, & §. Item epiſcopatus [Etiam carnalis] q.d. ſi id, de quo minus videtur ineſſe, &c. de hoc ſupra. tit. 1. cum in cū
7 ctis[Suo].i. ſuis † conſtitutionibus, vel vicarij ſui, Inn.
8 [Præcipiens] Matth. 19. [Homo ſua aucto.] non † autem ſeparat homo carnale matrimonium, cum eccleſiaſticus iudex illud per conſtitutiones Papæ diſſoluit, ſed ipſe Deus, cuius auctoritate conſtitutiones factæ ſunt, Innoc. & ſecundum Hoſt. aucto. ſic poteſt exponi, quos Deus coniunxit. i. coniungeret, niſi conſtitutio canonica prohiberet, vel quos coniunxit, non prohibentur conſtitutione canonica, quam ipſe, dummodò non ſit contra fidem, facere intelligitur, & ideo contra illā contrahentes non ſunt à Deo coniuncti. & ſic non ob. auctoritas, vt dicam j. de conſan. & affin. de infidelib. [Homo]. ſ. inferior à Papa [non ſeparet]. i. non præſumat conſtitutionem, interpretationem, vel gloſſ. facere, per quam ſeparentur, vel coniungi non poſsint: ad hoc de teſti. licet ex quadam, de conſang. & affin. non debet, Hoſt. [Non enim] dixit Hoſt. quod hucuſq. locutus eſt de matrimonio eccleſiæ generalis, deinceps loquitur de matrimonio eccleſiæ ſpecialis, puta Me-
9 diolanen. Lugdunen. vel his ſimilibus, dicens † quod illud nunquam diſſoluitur niſi Dei iudicio, qui quemlibet ſecundum ſua opera iudicabit. Iſtud verò diſſoluitur per Papam, ſed auctoritate Dei, & quomodo in eccleſia primitiua erat vnitus epiſcopatus, vide quod dicam j. de app. conſtitutus. 2. ad fin. in gloſſ. no. ſecū dum Innoc. in fin. [Vicarium] j. de homic. pro huma-
10 ni, lib. 6. [Ab eccleſia]. i. † adminiſtratione eccleſiæ [Tria hæc] ceſſiones, tranſlationes, & depoſitiones, Vinc. [Reſeruata] continua ſupra dicta intelligenda ſunt de epiſcopo conſecrato, ſed idem de electo cōfirmato, & hoc ſequitur, derelinquere. 7. q. 1. mutationes, de reg. licet. §. illa[eligentium]& mediantibus ipſis eligentibus inter electum, & eccleſiam, ſiue populum ſibi ſubiectum, Innoc. [Contractum] & ratum, & data adminiſtrandi auctoritas. s. titul. 1. nolli, &c. trāſmiſ-
11 ſum [Dignitate]. i. † ordine, de conſecr. eccl. vel alta. aqua [Nullius]. ſ. ſpecialis, & ſtatim exēplificabit: eſt
d tamen epiſcopus eccleſiæ [d] generalis non adminiſtratione, ſed numero, ordine, & honore, Hoſt. [Quemadmodum] exemplificat proximum dictum[Maximè] i.
12 † tantum. nam & ſi ante confirmationem ſit coniugium mutuo conſenſu. 7. q. 1. ſicut: tamen ante confirmationem diſſoluitur oppoſita exceptione criminis, & probata ſecūdum Ioan. ſed ſecundum Goſf. & Hoſt. Idem eſt poſt confirmationem, & ante conſecrationē. infr. de acc. ſuper his, & ſic benedicit, maximè de hoc aduerbio dicam, de fil. presbyt. ad abolendam, ſuper 3. glo. [Idem iuris]. i. ſicut matrimonium non poteſt diſſolui niſi aucto. Dei, vel eius vicarij, ideſt per conſtitutionem ſuam, ſic non poteſt matrimonium ſpirituale ſeparari niſi aucto. Papæ, & in caſibus per ſuas conſtitutiones expreſsis, Innocen. [Sicut ergo] concludit ex præmiſsis [tempora iſta] non iſtius decre. ſed auctoris ſui, qui facit hanc interpretationem. s. cap. prox. Hoſt.

13 (Expreſſum) quò ad verba † tamen erat ex mente, & ſic ex lege. j. de verbor. ſignificat. intelligentia, & de fide inſtrumen. c. paſtoralis, Vinc. (Subtiliter) commēdatur ſubtilitas, concor. de fer. capelanus, vbi de hoc
14 (viduatam) hinc prima obiectio. (Nec alibi) no. ſola † negligentia facit quem ineligibilem, Abb. (Cedat) hinc ſecunda, & ſi cedere noluerit, deijcitur, vt ſequitur, Abb. (Aliter). i. contra id, quod ſuprà diximus, vel ideſt peruerſe (Deſtituta) eſt idem videre in matrimonio carnali, viro facto impotente, vel ſecto. 32. q. 7. ca. antepen. ſecundum Hoſtien. (Communem modū) ad
15 hunc in † dubio recurrēdum eſt, de ſponſal. ex litteris. 1. Et not. quod poſſumus allegare prouerbia vulgaria, de Iudęis, & ſi Iudęos, vbi de hoc(Perhibetur) argum. contra. 1. q. 1. quod quidam, vbi dicitur, quod aliud eſt non habere, aliud pernitioſè habere, & ibi concor. de hoc, quod ſupra dicitur, iuxta communem modum loquendi, ſoluit contrarium (Subſequitur) in illo canone (ad pęnam) electorum non offerentium ſe conſecrationi, Vincen. (Ad gratiam) per quam liceat Metropolitanis transferre electos, & confirmatos, Vinc. (Præſertim] ſecunda ſolutio quò ad ceſsionem. [Qui) Romanus Pontifex(Expreſsiſſe) infra. de decimis, ca. ad audientiam, Goffr. (Sanè) hinc collige, & incipe ca
16 ſum (Turonen.) metropolitanus † Andegau. eccleſiæ veſtræ(Metropolitanum) ſcilicet Rothomagen. (Tranſeundi] ad eccleſiam veſtram (Suſpendit) plus puniti fuerunt iſti Archiepiſcopi, quàm Patriarcha. ſupra. ca. proximo, quia hic fuit translatio, & conſecratio, ibi ſola translatio, vel quia plures hic erant, debuerant maturius deliberaſſe ſecundum Boa. (Exceſſerint) ideſt
17 † præſumuntur exceſsiſſe, Vincent. (Illorum) ſcilicet Archiepiſcoporum, quibus tamen non debuit conſentire, de tempor. ordinan. cap. dilectus, Hoſtien. (Spontanea) propter quam fuit mitius agendum. ſupr. tit. 1. innotuit (Simplicitate) Hieronymus ſuper parabolis.
18 cap. ſecundo. cognatæ ſibi ſunt virtutes † rectitudo. & ſimplicitas, neque abinuicem ſeparari poſſunt, vnde Sapientia vnam earum ſine altera non quærit, ſed in quibuſcunque ambæ conueniunt, hos cuſtodit, & protegit, & vide etiam ſuper Pſal. centeſimo (Recogno-
19 ſcens) poterat dicere † cum Ouidio. 2. de triſtibus. Si non peccaſſem, tu quid concedere poſſes. Materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit. Et Seneca de conſolatione ad Martiam. Nec quicquam pulchrius æſtimo faſtigio collocatis, quàm multarum rerum veniam da-
20 re, nullius petere [Conſecrari.] Fatetur Hoſtienſ. quod iſte † ad nullam ſpecialiter fuit conſecratus: fuit tamen conſecratus ad generalem, ad quam, & quilibet conſecratur, cum vnica ſit eccleſia, vt ſupra dixi. ſic interdum profeſſus certam religionem non eſt obligatus illi religioni, ſed religioni in genere, ſecundum Hoſtien. quod dic vt infra. de regula. non ſolum, & capit. ſe. libro 6. [Priore conſenſu] multipliciter poteſt intelligi, ſcilicet ſi canonici de nouo conſentiunt, ad hoc de poſtulatio. bonæ, de eo, qui cogno. conſang. veniens. vel, ideſt, ſi in priori conſenſu perſiſtunt. & ſecundum hoc iſta pendent in voluntate canonicorum. per quod plus placet Hoſtienſ. quòd hic intelligatur de conſenſu ipſius epiſcopi, cui Papa intendit facere gratiam, & non canonicis. fuit autem vera gratia pro eo, quòd ſiue canonici elegerint, ſiue poſtulauerint, prior conſenſus fuit nullus, cum eligi non potuerit, nec poſtulari ab alio, quàm à Papa. ſupra. de poſtulatio. capit. fina. & ſic ille conſenſus non fuit initialis matrimonij, nec eſſe potuit. approbat autem illum Pa-
e pa, cui nec licet dicere, cur ita facis. [e] nona diſtinct.
21 in memoriam [Gubernare] ecce in † quo releuatur qui ſup. fuerat in pęna grauatus, ſecundum Hoſtienſ.

qui tamen dicit, ꝙ ſi bene conſideras, onus ſubijt. 40.
22 di:i, ante omnia, 8. q. 1. qui epiſcopatum. ¶ Prima †
glo. ponit duo exempla. ¶ Secunda gl. obijcit, & ſol-
uit. ¶ Glo. 1. reſpon. per obiectionem, & ſoluit. ¶ Glo.
[arg. quòd de] arguit in contrarium: alle. duo iura.
¶ Glo. [arg. quod non eſt] arg. alle. 8. iura. in ɔ̃rium al
le. 7. & vnam ſolutionē interſerit: in fi. ſoluit diſtinguē-
do. ¶ Penult. gl. quæ in ordine cōiter eſt vlt. alle. 4. cō-
23 cor. & vnum ɔ̃rium. ¶ † In gl. 1. [ibi, non ſtatim] con-
ſtituitur peculium verbo, & re, definit verbo tantùm.
¶ In gloſſ. 3. [ibi, quam coniunctio] & hoc facit fauor
liberorum, vt ibi. ¶ In glo. ergo non probat [ibi, neque
natales] non valet ad probandum ingenuitatem filiæ,
probare patrem ingenuum, vel honores geſſiſſe: quia
nil impedit ingenuum eſſe, & filiam ancillam fore [&
ibi, non hoc] vide de præſumpt. illud, ſuper 4. glo. ¶ In
glo, quia de [ibi. l. vlt.] vide in c. cum dilectæ, ſuper 3.
gloſ. quod dictum, [ibi, ſi ſponſa] vide de ſentent. ex-
communic. canonica, ſuper 3. gloſſ. [& ibi. l. Iulia.] vi-
de de iureiur. cum contingat, ſuper glo. 2. [& ibi, nō ſi-
ne] id quod vir & vxor ſibi inuicem reliquerint, patri;
in quorum poteſtate ſunt, non acquiritur, & idē in ſpō-
ſis [& ibi. l. vlt. in fi.] priuilegium datū mulieri in per-
ſonalibus, ꝙ præferatur prioribus, intenditur ad hypo
thecas. ¶ In gloſſ. in alijs etiam [ibi, inhabilis] actor,
vel ſyndicus [& ibi. l. 4.] incipit, ſi deceſſerit. vide de
offic. deleg. licet, ſuper gl. 2. [& ibi. l. vlt.] vide de app.
ad hoc. 2. ſuper 1. glo. [& ibi, ſi couenerit] vide de cler.
non reſid. tuæ, ſuper glo. 1. ¶ In glo. argu. ff. [ibi, euidē-
ter] vide de diuortijs, ex literis, ſuper vlt. glo. [& ibi. §.
vlt. & l. ſeq.] vide de decimis, ex tranſmiſſa, ſuper 1. gl.
[& ibi, qd fauore] vide de mutuis pet. c. 2. ſuper 2. glo.
¶ In glo. arg. ꝙ non eſt [ibi, l. 1. in princ.] vide de pro-
cur. quia in cauſis, ſuper gl. 1. [& ibi, filius] vide de ele-
ctio. cum nobis olim, ſuper glo. fin. [& ibi. Nulli] vide
de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. ſuper gl. pen. [& ibi, ait
prætor. 2.] ſequitur qui lege, plebiſcito, ſenatuſconſul-
to, edicto, decreto, Principum placito, niſi pro certis
perſonis poſtulare prohibentur, hi pro alio, quàm pro
quo licebit, in iure apud me non poſtulēt [& ibi. §. ple-
num] id ſolum venit in compromiſſum, de quo actum
eſt, vt veniat [& ibi, Quid tamen, in fin.] de pena
non pronunciat arbiter; quia de illa non eſt compro-
f miſſum [f] [& ibi, Lucius] in bonæfidei iudicijs, quan-
tum ad vſuras attinet, tantum iudicis officium, quan-
tum ſtipulatio [& ibi, mutus. §. 1.] edictum procura-
torum, & teſtium prohibitorium, & hoc l. 1. de teſti.
¶ In gloſſ. 40. diſtinct. [ibi. §. qui manus] 1. §. eſt, & vi-
de de iuram. calumn. 1. cap. in gloſſ. 2. ¶ In gloſſ. pen.
[ibi, multum intereſt] vide hanc, & duas ſeq. in cap.
cum ſuper, vlt. gloſſ. [& ibi, ſi teſtamentum] vide inf. in
24 ſupletionibus. ¶ † In gl. 1. [ibi, non ſtatim] & j. de pre-
ben. dudum, in fin. lib. 6. vbi de hoc in glo. penult. [&
g in fin.] de hoc j. de reg. iur. omnis g res, ad fin. gloſſ.
¶ In gloſſ. 2. [ibi, intelligas] ſecundum Laur. & Vinc.
¶ In glo. 1. dignus [ibi, fortius] Ho. contra, & legit pla
25 ne; tum quia † ſpirituale coniugium aduocat ad ſe
coniuges de communi conſenſu etiam poſt carnalem
copulam. infra. de conuerſio. coniugat. coniugatus.
non ſic è contra. Item quia in caſu carnale diſſoluitur
altero ſolo volente, de eo, qui duxit in matrimonium.
cap. 1. Item altero ex infidelibus veniente ad religio-
nem, de diuort. cap. quanto. Sed non inſtruitur, niſi
vtriuſque conſenſu. Item quia carnale ſemper diſſol-
uitur per mortem, in auct. de nupt. §. deinceps, col-
lat. 4. ſed ſpirituale inter epiſcopum & eccleſiam; quæ
vnica eſt, cuius pars hic inferius militat; pars verò ſu-
perius triumphat, per mortem non ſoluitur. imò, ſi hic
dignè militauerit, ſuperius triumphabit. 40. diſt. ante
omnia. & adde quod ſecundum eum dixi in text. in
prin. gloſſ. ſed nonne [& in fin.] dicit Abb. quod po-
teſt dici propriè fortius; quia illud, ſcilicet coniugium
epiſcopale diſſoluitur à ſolo Papa: illud verò ab epi-
ſcopis. ¶ In gloſſ. & ſic [in fin.] adde quod no. de vo-
to & voti redemptio. non eſt, in gloſſ. 2. & quod dicam
ſuper ea. ¶ In gloſſ. & tamen [in fin.] & infra. de ſacr.
vnc. cap. vno, ver. per frōtis. ¶ In gloſſ. ergo [ibi, quod
eſt verum] Idem Io. Vinc. & Innoc. Petr. de. & Abb. &
Aeg. Goffr. & Hoſt. contra per ver. 1. ſupra. eod. licet,
ipſe tamen Ho. dicit, quod cōtraria opinio habet equi-
tatem, ſed non ſui, ſed Papæ eſt hoc interpretan. de
h hoc infra. de elect. [h] ſi electio, libr. 6. in 3. gloſſ. ¶ In
gl. quod dictum [ibi, ſponſam] adde quod not. de po-
ſtulat. cap. 1. in glo. vlt. ¶ In gloſſ. argum. quod [in fin.
26 ver. perinde] vtrobique † nō reperitur omnimoda ſi-
militudo, vt ibi patet, Goffr. & vt dixit Hoſt. ſtandum
i eſt ſimilibus, [i] niſi diſsimilitudinis [k] ratio reddatur.
K de hoc ȝ. de reſcript. ſi quando. ¶ In gloſſa, melius [in
27 fine] vel dic inceptos, & ſi non † completos. & eſt ſi-
mile, quod dicam infra de temporibus ordinan. litte-
ras, ſecundum Hoſt. ſecundum quem eſt ſimile, quod
l dicitur, Chriſtum paſſum, dum eſſet 32. annorum, [l] &
ſex menſium, ſex enim menſes à natiuitate vſque ad
paraſceuę cępti poterant eſſe, non completi. vel dic ſe-
cundum eum, quod hæc decret. voluit determinare
opinionem Hugo. qui dixerat hic poſſe purgari mo-
ram, pro purgatione moræ addendo menſem. & addo
quod dixi ſecundum Hoſtien. ſupra titulo primo, cum
in cunctis, verſiculo, cum verò, ſuper tertia gloſſ. ¶ In
gloſſ. in alijs [ibi, ſcindite] melius diceret §. hoc idē;
verſiculo, Item à mortuo [& ibi, Nullus] per quod ar-
28 gumen. Vincent. quod inuitis † canonicis, & epiſco-
po poſſum agere pro iure eccleſiæ, ſi ipſi ſint inutiles,
& nolunt agere. Nam & inuito commilitone meo
poſſum agere pro eius libertate. ff. de liber. cauſ. l. 1.
& 2. & ad id 12. quæſtio. 2. cap. non liceat, nec habet
actionem, qui habet inanem. ff. de dolo, nam is [& in
29 fine] quæ iura † probant, quòd vitioſa cautio non eſt
cautio, nec vitioſa auctoritas eſt auctoritas. ff. de au-
m ctoritate tuto. l. nulla differentia, nec reproba [m] ſolu-
tio eſt. ff. de pignor. action. ſi pignore. §. qui reprobos.
& malus ſacerdos non dicitur ſacerdos. 40. diſtinctio-
ne, multi, & malus epiſcopus non dicitur epiſcopus
ſecunda quæſtione. ſeptima, non omnes. Hoſtienſ.
n ¶ In gloſſ. argumen. quòd, ibi [priuilegijs] [n] per quæ
iuri alieno detrahitur, & adde quod dicam infra. cap.
fina. [& ibi, argum. contra] ad primam partem gloſſ.
non ad proximam, vel reſpicit textum [& ibi, in Bene-
30 ficijs] not. quòd hęc gloſſ. diſtinguit, & diuerſum † iure
dicitur inter priuilegia, & beneficia, & facit ad ea, quę
dicam infra [& ibi, Affirmatiuè] vt quòd quis poſsit
matrimonium contrahere, in ſuo ædificare. licebit
ergo tertiò & plurie. ædificare, & contrahere [& ibi,
31 Negatiuè] vt non occides. & ſic omne † homicidium
prohibitum. vigeſimatertia quæſt. quinta. ſi non licet.
Item prohibitum eſt metropolitanis, ne ſe intromit-
tant de ceſsionibus epiſcoporum. ergo nec electorum
confirmatorum, quod eſt ſequela. Item prohibren-
tur ſe intromittere de ſubditis ſuffraganeorū Archie-
piſcopi, quod eſt perpetuum, niſi vbi reperiretur per-
miſſum, de offic. ordin. cap. paſtoralis [& ibi, Conceſ-
ſum] vt in clemen. de verbor. ſignificationib. exiui;
circa me. §. portò [& in fine] de hoc 94. diſtinct. cap.
peruenit. 2. & 2. quæſt. quinta. conſuluiſti: dicebat
autem Hoſtienſ. quod per prædicta generalia modica
doctrina dabatur, & in quibuſdam ex præmiſsis ha-
bet ſe veritas in contrarium. dicit autem, quod tem-
pore ante l. & antequam inductum eſſet ius gentium.
de lege, ſcilicet naturali primæua omnia fuerunt conce-
ceſſa, duobus exceptis. primum, quia quis non ſay:

ceret alteri, quod ſibi nollet fieri, vt in principio de creto. ſecundum quod non facerent contra prohibitionem ſuperioris, quod patet in prohibitione pomi. & ſecundum illud tempus locum habet regula, quod non eſt prohibitum & cætera. Superueniente vero iure gentium, de facto deſtructum fuit illud prohibitorium, & fuerunt omnia conceſſa dummodo poſſet de facto quis conceptum ad implere. 1. diſt. ius gentium, ſaluis pactionibus, & legatorum religione, quæ non licebat violare, vt ibi, & ff. de pact. conuentionum, & l. ſequent. quia vero tunc multa peccata committebantur, ſuperuenit ſecundum tempus, quo data fuit lex monte ſynai, in qua continentur præcepta, & prohibitiones decalogi, Exo. 20. quo tempore, & qua lege etiã habet locum prędicta regula, quod non eſt prohibitũ, vel ſequela prohibiti, eſt conceſſum, ſupra de conſtit. nam concupiſcentiam, ſic ſecundario confirmatur regula: quia qui duplicat, firmat. C. de plus peti. vna, in fine. Semper enim competit hęc regula ex libertate naturali, & hoc eſt, ꝙ dicit lex. Libertas eſt, ex qua liberi vocantur, naturalis facultas eius, ꝙ cuiq; facere licet, quaſi dicat naturaliter omnia ſunt conceſſa, niſi quod vi, ſup. de iure gẽtium. Aut iure ſcilicet legis naturalis ſcriptæ in corde hominis, & legis obedientiæ Adæ datæ: & cuiuslibet iuſtæ legis [prohibetur] ſic intellige, & expone. Inſtitutio. de iure perſonarum. §. 1. ideo et dicit apoſtolus prima ad Corin. 10. Omnia mihi licẽt, ſed non omnia mihi expediunt. eodem tempore ſuper uenit lex ciuilis, in qua quædam prohibita; quædam
d Parochialis licentia. Adde etiam in materia, quod dicit gl. quā totus mundus allegat pro ſingulari, in cle. 1. in ver. ſpeciali, in fi. de priuil. quæ vult, quod ſi ſacerdos parochialis, dat licētiam parochiano, vt poſſit confiteri alibi peccata, tamen non poteſt confiteri coram alio ſacerdote, qui non ſit eiuſdem qualitatis, & ſic qui non habeat curam animarum actu, & vide omnino pulchre per Iaſo. in l. ſi per errorem, in 2. col. ff. de iuriſdi. om. iud.
e Dudum. In gl. ſuper ver. liberam. vide ad materiam huius c. l. e. ſi quādo, & ibi Bal & Sal. C. de inof. teſt. & c. ſi papa, de priuil. li. 6.
f Principe. Secus, ſi habet iuriſdictionem ab inferiore: quia dicit cum voluntariam iuriſdictionem non exercere extra locum ſuum, quod facit, quia notarius ab inferiore a principe creatus alibi non conficit inſtrumenta, quam vbi creatus eſt, ita not. Bar. in l. 1. ff. de offi. proconſul. & leg.

S V M M A R I V M.

1 *Pallio vti poteſt in qualibet eccleſia permiſſis diebus miſſas celebrans archiepiſcopus.*
2 *Epilogus & Supplētio gloſſarum.*
3 *Vbicunque, particula ad quatuor hic reſtringitur.*
4 *De indulgemus, verbo proprie & improprie ſumpto opinio reprobata.*

C A P. VI.

Cum ſis. Pars huius de conſecrati. eccleſiæ vel alta. cum ſis. forte interpretabantur aliqui per eccleſias prouinciæ intelligi ſolum cathedrales. hoc potuit eſſe dubitabile:
1 quod remouet hæc decre. dicēs quod † in qualibet eccleſia prouinciæ permiſſis diebus archiepiſcopus miſſam
celebrans, vti poteſt pallio [Solemnibus] ſ. eo. ad honorem [Pōtificij] i. pōtificalis officii. ſ. eo. niſi [Liberius]
2 i. libere. ¶ In † gl. obiicit, & dupliciter ſoluit. ¶ In gl.
1. [ibi, de officio proconſulis. l. 1.] vide quod dixi ſup.
c. prox. ſuper 3. gl. [& ibi, Deſtringere] dicebat Hoſtiē.
3 hoc verbum † generale, vbicūque, ad quattuor reſtringēdum, ad prouinciam, ad eccleſiam, ad miſſarum ſolennia, & ad certos dies, & ſic videtur, quod ſi ſub papilione, vel in caſtris, in aliqua priuata domo extra eccleſiam ſecundum c. de conſe. diſt. 1. concedimus, quamuis ſ. ſuam prouinciam archiepiſcopus celebret, pallio non vtetur [& ibi, ſi habet priuilegium] de hoc Ioa.
4 & Vincen. quorum fuit hæc gl. non poſuerunt hoc † verbum, & male. Phi. etiam id ſequēdo dicebat ſup. c. proximo. quod verbum, indulgemus, ibi ponebatur proprie
& improprie. nam, vt dicit, de iure communi archiepiſcopus inuitatus utitur pallio in miſſa extra prouinciā,
vt hic, dummodo diœceſanus conſentiat, & ibi. proprie
autem ponitur quo ad ordines, vel conſecrationes faciendas etiā de ſubditis in aliena prouincia: ſed, vt ibi
dixi ſuper ver. pertinet, hoc ſecundum eſt falſum, &
primum falſiſſimum, vt modo dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Sine Pallio, & ſandalijs celebrare poteſt archiepiſcopus vide nu. 3.*
2 *Sandalia, Compagæ, & Mapulæ quid ſint.*
3 *Supplētio gloſſarum.*
Celebrare poſſint ne epiſcopi ſolemniter in alterius parochiis ſine parochi licentia. An cum pallio pro defunctis, numero 4.
Indulgentias an dare.

C A P V T VII.

1 Quia nos. Alias, tua nos. Caſus. Sine † pallio, & ſandaliis poteſt archiepiſcopus celebrare [Tuæ] iſte archiepiſcopus forte non libēter ueſtiebat pallium [Sandaliis]
2 quid ſint † ſandalia cōpagæ, & mappalæ, notatur 93.
di. §. compagis. dicit Pe. quod ſandalia ſunt calciamenta
purpurea, vel depicta, quib. vtuntur epiſcopi. quartam
2. & 3. nō habemus, ſed remāſerūt in antiqua, Pe. ¶ In
3 † gl. 1. [ibi, non licet] dicit Hoſti. quod intelligit, quando
vult ordinare, vel epiſcopalia exercere, alias, dummodo ſint noti, putat quod poſſint etiam ſolenniter celebrare. dixit Innoc. quod de licētia diœceſani, vel etiam parochialis ſacerdotis celebrare poterunt, dummodo ſine
pontificalibus celebrent. illis enim non poſſunt vti,
niſi ſuper hoc eſſent priuilegiati. ſ. titul. 1. ad ſupplicationem. ſed ſecundum Hoſtien. reſpondent ibi, qui
dicit, quod & cum pontificalibus, & ſine licentia poterunt

runt celebrare, ſicut obſeruat generalis conſuetudo, & etiam prædicare, niſi ſpecialiter prohibeantur, quod dic vt plenè not. infra de hæreti. excommunicamus, &
a in clemen. de priui. ca. 2. in glo. pontificalibus.[a] Indulgentias verò, quæ iuriſdictionis ſunt, nec proſunt niſi ſubditis, dare non poſſunt, de pœniten. & remiſſio. c. 4. 9. q. 2. c. 1. & ſeq. [& ibi, Tuæ] de priuile. c. fi. li. 6. ¶ In
4 glo. vlti. [ibi, reſpicit] & hoc plus † placet Hoſti. quam id, quod dixit Inno. qui dixit, ꝙ ex quo non poteſt vti pallio niſi in ſolennitatibus; ergo non poterit vti, cum pro defunctis celebrat, cum nō ſit ſolennitas. dicit Hoſtien. ꝙ de ſolennitatibus non præmiſit, ſed de diebus. tenet ergo, quod glo. & fatetur, ꝙ conſuetudo non habet hunc caſum in priuilegijs exprimi [Et in fi.] melius diceret de capitulo ibi ſequenti, quod incipit, porrò.

A D D I T I O.

a ¶ Pontificalibus. Ibi glo. concordat Innocent. cum Hoſtien.

De renunciatione, Rubrica.

1 *Continuatio; ſeu œconomia rubricę cum ſuperioribus.*
2 *De Rubricę materia vbi nam alibi tractetur ſub hoc titulo, & extra eum. num. 3. & ſequentibus.*
Beneficium, cui quis renunciauit, impetrari poteſt, ibidem ver. item impetrari.
Infirmus prælatus renunciare non cogit, ibi. ver. item præla.
Per reuerentiam & obedientiam alteri vt prælato, iuri ſuo quis renunciat, quod habebat in ea prælatura. ver. item qui.
4 *Renunciare vtique licitum eſt iuri ſuo.*
Mors, & renunciatio ſunt diuerſa, ibid.
5 *Appellationi poteſt renunciari interiectæ ad Papam in cauſis electionum.*
Per electionem vnius præiudicialiū renunciatur alteri, ibid.
6 *Electus ſi renunciat, eligentes habent nouum integrū tēpus.*
7 *Renunciationis beneficij receptionem, & collationem ipſius non poteſt committere legatus.*
Gratiæ quis renunciat, recipiendo aliud beneficium, & quod ibid.
8 *Appellationi quis renunciat propter apoſtolos non petitos.*
Beneficij renunciatio non valet in caſu c. multorum. §. ſanè, de pœnis.

1 ¶ † Quia ea, quæ poſtulatione, vel translatione acquiruntur, plerunque renunciatione perduntur, ideò &c.
2 Goffr. de materia † rubricæ. 7. q. 1. & 2. 17. q. 2. repetitur autem in ſexto, & in Clementinis. ad rubricam
3 † faciunt de reſcriptis ad audientiam. 2. quod metus cauſa, Abbas, cum duobus ſe. de fer. ca. fi. de app. quia nos. de voto, per tuas. de ſimo. ex inſinuatione, vt patet ex earum ſummationibus. Item impetrari poteſt contra poſſeſſionem beneficij qui & renunciauerat, de reſcriptis. c. 2. Item prælatus infirmus etiam incurabiliter renunciare non cogitur, de clerico ægro. ex parte. Item qui reueretur, & obedit alteri vt prælato, iuri, ſi quod habebat in prælatura illa, renunciat, de his
4 quæ fiunt a maio. parte ca. ex ore. & licitum † eſt cuiq; renunciare iuri ſuo, de cri. falſi. ca. fi. Item mors, & renunciatio ſunt diuerſa, de reſcriptis, ſuſceptum, lib. 6.
5 Renunciari † poteſt appellationi interiectæ ad Papam in cauſis electionum epiſcoporum, quod dic vt de electione, quamuis. §. cęterum. per electionem vnius præiudicialium renunciatur alteri, vt eo. tit. vt quis duas,
6 in fin. Si renunciat † electus, eligentes habent nouum integrum tempus eod. tit. ſi electio non poteſt legatus
7 † committere receptionem renunciationis beneficij, & collationem ipſius, de off. dele. cap. penul. Item renunciat impetrans gratiam recipiendo beneficium quod ſe non compatitur cum gratia, vt in Cle. de re-
8 ſcriptis, gratiæ. Renūciat quis † appellationi propter apoſtolos non petitos, de appellati. quamuis, §. 1. & 2. non valet renunciatio beneficii in caſu de pœnis, multorum, §. ſanè.

S V M M A R I V M.

1 *Cedendi non datur licentia epiſcopo propter ſenectutem, & quando.*
2 *Capituli diuiſio.*
3 *Aut, pro ideſt.*
4 *Emeritum, quid ſignificet.*
5 *Relaxari pro licentiari, vel abſolui.*
Licentiam recedendi belli tempore qui dare clericis, vel militibus, non debet.
Nomen alicuius multum timetur, & propter quæ, eo. num. ver. nominis.
6 *Vigor corporis quandoque etiam ſenibus centenarijs adeſt, & affert exempla.*
7 *Gratiam ſedis apoſtolicæ quem habere, quibus hic ſignificet verbis.*
Corpore ad mortem tendente, anima erigitur ad ſuperna, ibi. ver. deorſum.
8 *Stipendia uel ſalarium habebit, licet quis uincere nequeat.*
9 *Epilogus, & Additio gloſſarum, num. 10.*
Iudex mutatur ob longum impedimentum, ibid.
11 *In tranquillitate nauem dimittere proretam pernitioſum, tanto magis in fluctibus.*
Capiſſe multorum eſt; ad culmen perueniſſe paucorum, eo. n.
Imperfectum opus non nouit Deus, ibid.

C A P. I.

1 **Literas.** Caſus. Non † datur licentia cedendi epiſcopo, qui propter ſenectutē vult cedere, ſi neceſſarius, vel vtilis ſit ec-
2 cleſiæ ſuæ. Et † in prima deciſa ſupplicatio. In ſecunda ibi, ſi tuam, ipſius repulſio. In tertia ibi, monemus,
3 concluſio [Aut] pro † ideſt, & ſic loquitur de inſufficiētia proueniente ex debilitate ſenectutis, vel ꝓpriè, ſed prima plus conſonat litterę [Inſufficientiam] vel aliqđ ex his, propter quæ licitè renunciatur, infr. eo. niſi cum
4 pridem. Goff. Emeritum] poteſt † exponi. i. nō meritū, ſ. tanto regimine: vel i. valde meritum, ſ. licētia, quam petis, & ſic ponitur 61. di. nec emeritis, & c. ſtatuimus; & Lucanus. Quę ſedes erit emeritis, quæ iura dabūtur, q̄ noſter veteranus aret, &c. In Hieronymo. de Ebra. quæſtio. Paralipome. Romani eos emeritos vocāt qui iam militare deſierunt. Sed in l. pro ſtipendio ponitur. ff. de re militari. deſertorem. §. qui militię tempus in deſertione impleuit, emerito priuatur [Relaxari] ideſt
5 † licentiari, vel abſolui [Hoc tempore] forte bellicoſo: & peccat prælatus, qui tali tempore dat licentiam. C. de commeatu. l. 1. li. 12. Vin. vbi capite punitur tribunus, vel ꝓpoſitus, qui tempore belli dat militibus licētiam recedendi, ſecundum Aegi. loquitur de tempore ſciſmatis, quod fuerat tempore Alexandri 3. [Nominis] erat forte nobilis, diſcretus, & potens. propter quę multum timebatur nomen ipſius. P. [vigor] quando-
6 que † etiam ſenibus centenariis adeſt vigor corporis,
a vt valde pulchre dicit Hieronymus ad Paulum[a] ſenē monacum. B. Valerius li. 8. de ſenectute, multorum talium ponit exempla. Inter alia de Gorgia, qui cū 107. annorum eſſet, ait ſe nil habere, propter quod ſenectutem accuſaret. Et Xenophilus 105. annorū omnis humani incommodi fuit expers [Deuotionis, & fidei] in-
7 nuit † ꝙ hēbat gratiam apoſtolicæ ſedis. ỹ. de off. ord. ꝙ ſedem. ſ. de electio. c. 5. in fi. Hoſ. [deorſum] ad mortem tēdente corpore, anima erigitur ad ſuperna, quia

cū infimo &c. Go. [Super hoc] i. ſuper renunciatione.
8 [Victori] & licet vincere † non poſſit, habebit ſtipen-
b dia; [b] ſicut procu. ff. mandati, ſalarium, §. ſumptus.
9 Vinc. ¶ Prima † gloſſ. determinat textum, & remittit.
¶ Secunda gl. textum fortificat. ¶ Penult. & vlti. dant
10 ſimilia. ¶ † glo. 3. ibi differre aliquantulum. mutare
c tur enim iudex [c] propter longum impedimentum, ff.
de iudic. ſi longius. 1. reſpō. ad hoc inf. de voto, quod
ſuper his. ¶ In gloſ. vlt. ibi [ſciſcitaris] ibi pernitioſum
11 † eſt proretam in tranquillitate nauem dimittere, quā
to magis in fluctib. [& ibi deficit] Hieronymus ad Lu-
cinum B. Cepiſſe multorum eſt: ad culmen perueniſ-
ſe paucorum [& ibi, collatione 8.] ad idem inf. de apo-
ſta. quidam [Et in fin.] & cordi nobis eſt omnia cepta
d ad finem perducere. [d] C. de emenda. Iuſti. cod. le. vna
in prin. & Deus opus imperfectum non nouit, infra de
baptiſ. maiores, ver. ſed adhuc, Hoſti.

ADDITIONES.

a ¶ Paulum, Imò non infertur ſenex eſt, ergo inſanus, niſi contra probetur; vide l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ.
b ¶ Stipendia. Vide late d. Iaſ. i. l. diem functo. ff. de offi. aſſe.
c ¶ Iudex. Vide tex. no. in l. pen. in fi. ff. de vaca. & excuſat. mun.
d ¶ Perducere. Et alibi dicit Tullius, quòd nihil eſt in humano genere difficilius, quam inuenire perfectionem.

SVMMARIVM.

1 *Caſus duo referuntur, prior ita.*
Beneficium, quod quis abiurat, licitè petit, ſi denuò eligatur.
2 *Diuiſio cap.*
Spirituale pro canonicali, ibid.
Ad canonicale beneficium quæ pertineant, ibid.
3 *Stalli etymologia.*
4 *Alterum probare non ſufficit, ſiquis ſe ad duo aſtrinxit, vel reſcripti tenor ita ſe habet.*
5 *Iuramentum cur non obſtet hic, & a parte remitti poteſt 9.*
6 *Epilogus, Suffragiū, & Additio gloſſarū. & nu. ſequentib.*
8 *Auctoritas, & zelus ſi conueniunt, non præferuntur numero.*

CAPVT II.

a **Cum inter** Caſus. † ſecundum gl. Qui ab-
iurat beneficium, licite petit
illud, ſi denuo eligatur. Et ca-
ſus. Ben. colligitur ex vltima ſua gl. Sed ſecundū Goff.
iſte Petrus impetrauit tria paria literarum: primis re-
nunciauit in manibus capituli, qui illuſerunt ei. Impe-
trauit ſecundas, quòd non obſtante renunciatione de-
beret ſibi beneficium aſſignari; quod per maioré par-
tem capituli fuit factum, cui ſe minor pars opponebat
ratione abiurationis. vnde impetrauit omnes has ter-
tias litteras huius decre. vel dic ſecundum Hoſt. quod
impetrauit litteras & ſubiecit ſe miſericordiæ capitu-
li renunciando, & abiurando litteras, & maior pars
2 eum recepit: minor contradixit. Et prima † pars de-
ciſa narrat factum. ſecunda dat iudicem, ibi, ideoque
[Spirituali] i. canonicali, ad quod pertinent ſtallum, &
locus, de quibus ſequitur, & per conſequens præben-
dali, ſine quo non diu debet eſſe canonicus, infra de
præben. relatum, ſecundum Hoſtien. ſed Innocen. ex-
ponit, ſpirituali beneficio. i. iure ratione beneficij con
3 tingente [Stallo] dicit † Petrus, ꝙ dicitur a ſtādo, quia
plus ſibi ſtandum eſt, quam ſedendū (auctoritate apo
ſtolica) ſed nōne ſufficit alterum, ſ. auctoritas ſolius pa
pæ, vel maioris partis capituli? dicit Boa. ꝙ iſte Pe. ob
4 ligauit ſe † ad vtrunque probandum, & mos ei geren-
dus fuit, infra de proba. licet, de teſti. ſpolia. cap. 1. vel
ſecundum eum tenor reſcripti fuit talis, ſcilicet quod
inueſtiretur, ſi ad id accederet conſenſus maioris, &
ſanioris partis capituli. ad idem de reſcriptis, ſi pro te,
li. 6. [Videtur nobis] poteſt reſpicere verbum, afferte:
q. tali dicat Papa, quod auctoritas ſua intelligitur exce
pta, & poteſt reſpicere verbum, videtur & melius [Iura
5 mentum] contra † id de iureiur. Si vero. Solutio. hic re
nunciauit ſpoliatus. & ideo non obſtat iuramentum ꝧ
de reſt. ſpo. ſolicite. Sed non placet Inn. dicenti, ꝙ te-
net iuramentum præſtitum a ſpoliato, dummodo ſpō
te iuret vt ibi. Quidam dicunt hoc ideo, quia non iura
uit ſuo iudici: ſed hoc eſt diuin. re. dicit Inn. etiam
tale iuramentum ſeruandum, ar. 6. q. 3. denique. Quā-
uis etiam ſit temerarium, donec is, qui præſtitit, abſol-
uatur. ꝧ. de iureiur. cum quidam, in fi. ſupra de electio-
ne, cum venerabilem, ver. idem etiam. tertii dicunt, ꝙ
ex nouo iure hoc procedit, vt in præal. gl. vnde placet
Inno. ꝙ quamuis iurauerit capitulo non petere, non tñ
deierauit, ſi poſtea recepit electus canonice a canoni-
cis, qui potuerunt illum a iuramento abſoluere, vt di-
cam ſuper vlt. glo. & idem, ſi per inueſtituram Papæ il-
lud recepit. ff. de vulgari & pupil. ſubſtitu. ex facto. §.
1. Si tamen recepiſſet a Papa non facta mentione de iu
ramento, vel facta, ſed non ſubeſſet cauſa diſpenſandi
quantumcunque diſpenſaret Papa, non conſulit Inno.
ꝙ veniat contra iuramentum. facit quod no. de voto,
non eſt. ſi tamen diſpenſaret, & cauſa ſubeſſet, ſecure
poſſet agere, arg. ſupra de reſcriptis. cōſtitutus, ſecun-
dum Inn. melius ſecundum Hoſ. facit 7. q. 1. ſcias. 1. q.
7. niſi rigor, & §. neceſſitatis, & cap. ſe. dicit Hoſ. quod
quicquid dicatur, ſiue a Papa, ſiue a capitulo dictum
beneficium ſibi oblatum & collatum fuerit, ipſum re-
cipere potuit, & per conſequens ſtallum, & locum, &
ſpectantia ad beneficium petere ex noua inſtitutione,
6 vt dicit gl. & hoc placet. ¶ In gloſſ. 1. † [ibi licet] vide
hanc & ſeq. de libel. obl. c. 2. ſuper prima gl. [& ibi, ha-
bebat] vide de cauſa poſſeſ. cum eccleſia, ſuper gl. hoc
7 ſumptum. ¶ † In gl. 2. ibi [quod maior] vide de re iud.
c. 3. ſuper 1. gl. ¶ In gl. 2. ibi [quod maior] nec admitto
8 † illam diſtinctionem, quod vbi auctoritas, & zelus cō
ueniunt, præferantur numero, imo numerus præfere-
tur, ſupra de electio. dudum. 1. tit. ¶ In gl. vlt. [in fine]
9 Nam † etiam ſi iuramētum præſtitum capitulo optaſ-
ſet, remitti potuit a maiori parte capituli, infra de
ſponſali. præterea, de iureiuran. cap. primo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio ſuo qui renunciauit, illud repetere non poteſt, vide num. 3. vide diſtinctionem nu. 14.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Ad religionem qui tranſiuit ſtrictiorem, an vocandus ſit ad electionem primi monaſterij vacantis.*
4 *Votum non impedit infirmitas, niſi eſſet extra mentem.*
5 *Votum, ideſt deſiderium, vel propoſitum.*
6 *Profeſſionem non facit, dum quis eſt in probatione, & n. 10.*
7 *Clauſula, Si res ita ſe habet, ad quæ hic refertur.*
8 *Continens pro contento, figura. vnus pro omnibus aliquando ponitur. & ſic Enallage numeri, ibid.*
Homo ſumitur pro communitate & vniuerſitate in Lombardia, ibid.
9 *Populo reſiſtendum, & quando.*
Depoſito, an reſtitui cura poſſit inuito patrono, ibid.
11 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum num. 12. & ſequen.*
Abbatem appellant quidam populi, & qui, prælatum eccleſiæ collegiatæ, num. 12.
14 *Penitere quis poteſt in donatis cauſa mortis.*

CAPVT. III.

1 **Ex tranſmiſſa.** Caſus. † Qui renunciauit beneficio ſuo, illud repetere non poteſt. Et
2 prima † pars ponit partis querelam. Secunda prouidet
3 ibi, verum quoniam. Abb. ſummabat ſic. Qui † ad ſui
petitionem licentiatus tranſit ad aliam eccleſiam, ius
perdit, quod habebat in prima. dicens hoc facere ad
quæſtionem illius, qui tranſiuit de vna religione ad
ſtrictiorem, an vocandus ſit ad electionem primi monaſterii
vacantis inf. tempus probationis: quia videtur
per id, quod no. ſi cum licentia tranſiuit: aliter ſecus,
ſi ſine licentia, cum infra annum poſſit reuerti, de
reg. ſtatuimus, de ætate, & qualitate. intelleximus, vide
quod no. de reg. beneficium, lib. 6. (Clericus) & ca-
4 nonicus ipſius eccleſiæ (Infirmitate] hoc † non impedit
votum, niſi eſſet extra mentem. inf. de regu. ſicut te
not. Hoſ. (Saluatoris) ſitum ibi extra oppidum (Petiit)
verbaliter ſecundum Innoc. ſed poſtea iuit ad locum,
5 & accepit, vt ſequitur (Votum) ideſt † deſiderium, vel
propoſitum, vel vt dicit glo. (Faciens) in probatione,
6 Ala. vnde ſecundum Inno. fuit ibi in probatione † etiã
religionis in genere, nec facit profeſſionem ſecundum
eum (contulerat) ipſe Pet. Rubeus (mutato) ſic inf. eccleſiæ
(Supradicta) ſcilicet, ſeculari (Si res ita ſe habet)
7 ſcilicet, quod † bona recuperauerit, & in recuperatione
beneficio renunciauerit ſecundum Hoſti. (inuitos)
63. diſt. nullus inuitis (nec A Ceperano) ideſt ab homi-
8 nibus † Ceperani, & eſt modus loquendi, vt vnus ponatur
pro omnibus ſecundum Goſt. vnde vt dicit Hoſtië.
vulgariter dicitur in Lombardia, homo Mediolani fecit
hoc, ideſt communitas, & vniuerſitas Mediolani.
& forſan iſte clericus erat de potenti progenie illius loci,
ita quod populus loci cogebat capitulum eccleſiæ,
9 & fouebat clericum: ſed in hoc † reſiſtendum eſt populo,
ſupr. de electio. quiſquis, de conſtitutionibus, eccleſia
Sanctæ Mariæ (de nouo) arg. ſecundum Al. & Goſ.
ad quæſtionem de depoſito, an poſſit curam reſtituere
inuito patrono, de hoc inf. de reſcrip. quamuis, li. 6.
in gl. pen. Et differentiam inter remotum ab ordine, &
relegatum, quam ſcripſit hic Vin. vide in Spec. de ac-
10 cuſa. §. 2. ſuper ver. priuata, in fi. (Recipiant) quia † nõ
fuit profeſſus, nec apparuit eum vitam voluiſſe muta-
11 re, Inno. & Hoſtien. ¶ † Secunda gloſſ. ſignat contrarium,
& dupliciter ſoluit. ¶ Vlt. gloſſ. obiicit, & tripli-
12 citer ſoluit. & remittit. ¶ † In vlt. gl. (ibi ſi vero filius)
13 vbi monaſterium quarta dat, vel ſupplet filius. ¶ † In
gloſſ. 1. ibi (non regularis) ſicut didici a clericis ipſius
eccleſiæ, Lau. & eſt vulgare Apulorum, Catalanorum,
14 & Hiſpanorum. ¶ † In gl. 2. (ad probationem tantũ)
ſecundum hãc ſolutionem inſurgit aliud contrarium
de decre. de regula. beneficium, lib. 6. vnde gl. cecidit
in Syllam, &c. Nam aut iſte fuit monacus, & tunc etiã
volentes non poſſunt eum recipere in eccleſia ſeculari;
aut non fuit monacus, & tunc beneficium iure repetit,
ſed dic ſecundum Hoſtien. quod quando recuperauit
bona ſua, beneficium expreſsè renunciauit, &
ſic nullum contrarium, & de hoc dixi in præallег. de
cre. beneficium, in princ. magnæ gloſſ. & tunc dicas illum
etiam proteſtatum, quod non intendebat per id
obligari religioni etiam in genere, Egi. & Boati. dicunt,
quod hic fuit tacita renunciatio. ¶ In glo. vlti.
ibi, (quicunque) & 2. quæſ. 7. lator (& ibi, de iure) vnde
dicebat Goffr. quod fuerunt finita auferri (Et in fi.)
Lau. vel donata fuerunt cauſa mortis, vnde potuit pœnitere.
ff. de donatio. cauſa mortis, l. mortis cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare ſine licentia prælati ſui beneficio quis non poteſt, & num. 7.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Perſonæ appellatio lata eſt, & comprehendit etiam laicos.*
Xenodochia regi poſſunt etiam a laicis, ſunt tamen ſub epiſcoporum diſpoſitione, ibid.
4 *Diſtrictionis appellatio etiam excommunicationem continet.*
5 *In tranſitu clerici de vna eccleſia ad aliam, quando expreſſus requiritur conſenſus, & quando tacitus ſufficiat.*
6 *Beneficium quis detinere non poteſt, quando intrauit auctoritate propria, nec dimittere, & quando.*
7 *Fraus huic prohibitioni quomodo fiat.*
Eligi ad dignitatem, vel beneficium electiuum quis non poſſet in fraudem huius prohibitionis, ibid.
8 *Renunciare volenti conſulere ſuperiorem non ſufficit, niſi conſenſum obtineat, excipitur caſus.*
9 *Vitio pro excommunicatione.*
10 *Epilogus, & Additio gloſſarum, nu. 11.*
Tranſire de minori ad maiorem gradum clericum volentem, nunquid cogere poſſit epiſcopus, ibid. nu. 11.
12 *Hæc decretalis de quo genere beneficiorum loqui intelligatur.*
Perſonatum qui obtinet, eligi poteſt in alia eccleſia, & electioni de ſe factæ conſentire, non tamen ſe transferre debet abſque licentia ſuperioris, & nume. 13. alioquin reuocari poſſet inuitus, ibid.
13 *De eccleſia tranſlati tranſactis ſex menſibus erit electio, vel prouiſio facienda, ſi ad diœceſanum pertineat, ſi vero ad alium, quid agendum.*
14 *Transferens ſe ſine licentia ſuperioris diœceſanus ſecundæ eccleſiæ tempus præfigat ad obtinendam a primo diœceſano licentiam; alioquin de ſecunda eccleſia alij erit prouidendum.*
15 *Eccleſia prima tranſeuntis abſque licentia, an vacet ipſo iure, & intra quod tempus, & nu. 16.*
16 *Decretalis hæc non obſeruatur in facto.*
17 *Epiſcopari ne quis poſſit inuitis prælatis.*
18 *Tranſire qui non poteſt, an debeat poſtulari.*
19 *Superioris nomine quis hic intelligatur.*
Licentiam dare, aliud, & compellere, aliud.

CAPVT IIII.

2 **Admonet.** [a] Caſus. † Beneficiatus ſine li-
1 centia [b] prælati ſui beneficio
renunciare non poteſt. hæc de-
cre. erat in prima compilatione ſub tit. de teſta. pro-
pter partem deciſam, quæ faciebat ad illum titulum.
2 Et primo ponit † prohibitionem. ſecũdo ipſius tranſ-
greſſionẽ puniri præcipit, ibi, quod ſi quis [Perſonis] late
3 comprehendit † non ſolum clericos, ſed etiam laicos,
per quos poſſunt regi Xenodochia, quæ tamen ſunt
ſub diſpoſitione epiſcoporũ. j. de relig. do. de Xenodo
chiis. Primum probatur. 18. q. 2. quidam monacorum
de hoc tamen prouidit concilium Vien. de relig. do.
4 quia contingit [Sub diſtrictione] puta † pœnæ excom-
municationis, & poterit, ſi velet, exinde canonem facere.
inf. de inſtitu. cap. 3. de loca. veſtra. [Tuo aſſenſu]
5 lo. 7. placuit. 1. & 21. q. 2. capi. 1. Vin. & Tan. hic, quod † ſi
clericus tranſit de vna eccleſia ad aliã eiuſdem diœce
ſis, ſufficit tacitus cõſenſus ſui epiſcopi, ſi alterius diœ-
ceſis requiritur expreſſus. & vide quod dicam ſuper gl.
6 2. † Detinere] quando † intrauerunt propria auctorita
7 te, non ex inſtitutione epiſcopi [Dimittere] quando ca
nonice intrauerunt, & per inſtitutionem epiſcopi, ne
contradicat littera ſuperiori ſecundum Boati. Sed vi-
de

8 de † apertam fraudem ad hanc prohibitionem per
decre. beneficium, de regula. lib. 6. nam volens renun
ciare beneficio, inuito epiſcopo, ingredietur religio-
nem probationis cauſa, & cum proteſtatione, vt dixi
ſupra ca. proxi. & de ipſius conſenſu poterit beneficiũ
concedi, quo conceſſo religionem exibit, dicas, quod
verum eſt, beneficium poſſe concedi, quia tunc, ex quo
collator conceſſit, nulli poteſt fraus fieri. eligi autem
b ad dignitatem, vel beneficium nullus poterit, ſi tale
eſt, cui per electionẽ prouideatur; quia tunc vere fraus
fieri poſſet confirmanti, vel inſtituenti, in cuius mani-
bus fieri debet renunciatio, & ſuper hoc vide quod
ſcripſi de his, quæ fiunt a maiori parte capitu. ore, ſu-
per verbo, confirmatus [Inconſulto] non ſufficit conſu
lere, niſi conſenſum obtineant, niſi cum volunt reli-
gionem intrare, de regula. licet, dicit Hoſ. [Vltionem]
9 ſcilicet † excommunicationem, ſecundum Hoſtien. de
hoc in gloſſ. 2. Per. intelligit de arbitraria. allegat de-
10 cre. de cauſis de officio deleg. ¶ Secunda † gloſſ. alle
gat duas concordantias, & tractat quid de inferiorib.
prælatis, exponit quod dicit finis capituli de canoni-
ca vltione. dicit quid ſi prælatus ratificet, & quid de
tranſitu ad religionem, demum arguit per opinionẽ
11 Vincen. quam reprobat. ¶ In † gl. 2. [ibi, aliorum præ
latorum] ad hoc facit littera, ad ordinationem tuam,
& idem not. in præ. capit. epiſcopus de loco, ibi etiam
notatur nunquid clericus volens tranſire de minori
ad maiorem ab epiſcopo cogi poſſit, vide quod dicã
c infra eod. quod in dubiis,[c] & in Clementi. eod. titul.
cap. vno, in glo. f. [& ibi, Tranſitum ratum] dicebat In
12 nocen. hic, hanc † decreta. intelligendam de conſtitu
tis in perſonatibus, qui & ſi eligi poſſint, quia non eſt
prohibitum, ſed potius conceſſum, ſupra de elect. cum
inter canonicos, & etiam electioni de ſe factæ, conſen
tire. non tamen ſe transferre debent ſine licentia ſupe
rioris, alioquin ab epiſcopo ſuperiore reuocari poſſunt
13 inuiti, vt hic ſupra not. vnde † & ſi ad alium ſpectet e-
lectio, ſiue præſentatio primæ eccleſiæ antequam eli-
gat, vel repræſentet, debet requirere a diœceſano
translati, vtrum translationem ratam habeat, arg. in-
fra eod. quod in dubiis. Alii dicunt & forte non male
ſecundum Innocent. quod niſi diœceſanus infra ſex
menſes talem cum effectu inceperit reuocare, circa
finem ſex menſium poterit fieri electio in prima ec-
cleſia: & ſi ad diœceſanum pertinet prouiſio, ſuperior
poterit prouidere quaſi diœceſanus, ex quo infra ſex
menſes non reclamat, videatur ratificare translatio-
nem ſecundum Innocen. dicas, quod vſque ad ſex mẽ
ſes expectandum eſſet, non ergo circa finem 6 men-
ſium, ſed ipſis elapſis erit eligendum, ſeu prouiden-
dum, & hoc expreſſum eſt infra de præben. de mul-
ta. §. & vltra ſex menſes. & hoc in illo caſu vbi ad diœ
ceſanum prouiſio pertinebat. Nam ſi ad alium, tutius
eſt, vt diœceſanus requiratur, an translationem ratam
habeat, vt ſupra not. Qui ſi ter charitatiue monitus,
ſufficienter reſpondere noluerit, ex tunc infra ſex mẽ
ſes fiat electio, argum. ſupra de electio. cap. ſi. & infra
de ſup. negli. prælat. capit. 1. quod intelligo, ſi requiſi-
tio non fuit moroſa, ad hoc ſupra de electio capit. fin.
hoc etiam notandum eſt, quod & ſi talis poſſit eligi
& electioni de ſe factæ conſentire, non tamẽ ſe tranſ-
ferre ſine licentia, vt hic, & 71. diſt. per totum. ¶ Quid
14 † ergo fiet in tali caſu? dicas, quod diœceſanus ſecun-
dæ eccleſiæ poteſt ei tempus præfigere. infra quod a
primo diœceſano licentiam obtineat alioquin erit ſe-
cundæ eccleſiæ de perſona alia prouidendum, arg. in-
fra vt lite non conteſta. quoniam frequenter. §. ſi vero
aliter, infra de clericis non reſidentibus, quia nonnul-
15 li, & cap. relatum. Sed † & ſi tranſeat ſine licentia, vi-
detur quod prima vacet ipſo iure, infra de præb. de multa.
So. illud intellige, quando de licentia prælati tranſit,
alioquin non vacat prima, licet ea priuari poſſit, vt in
fra de cleri. non reſiden. cap. penu. & ſi. & hoc infra ſex
menſes. nam ipſis elapſis videtur tacite ratificare
translationem, vt ſupra no. verumtamen ſecundũ Ho.
16 & ſi prædicta † de iure ſcripto vera ſunt, tales tamen
quotidie ſine licentia eliguntur, & electioni de ſe fa-
ctæ conſentiunt, ſe transferunt & recipiuntur, ex quo
ſic translati recepti ſunt ad prælaturam, ſiue rectoriã
eccleſiæ cum cura, priora beneficia, quæ habebãt ſimi-
lia, ipſo iure intelliguntur vacare, quæ tamen pleruni-
que de facto retinent. Sed omnibus his poteſt non im-
probabiliter reſponderi, quod multa per patientiam
tolerantur &c. infra de præb. cum iam dudum, in ſi. &
adde quod no. infra de præb. de multa, ſecundum Ho.
[& ibi, Ad religionem tamen tranſire] videtur, quod
17 † multomagis poſſent epiſcopari inuitis prælatis, cũ
ibi ſit communis vtilitas: in religione priuata ſed præ
ſumptio ambitionis obiectionem ſoluit, vt no. 63. diſ.
litteras. in ſi. gl. [& ibi, Vel etiam canonicus] Quidam
18 voluerũt diſtinguere † inter prælatum, vel curatum, in
quibus poteſt notari vinculum. 21. q. 2. ſicut, & canoni
cum, uel alium clericum, de quo prolixe tractat hic
Hoſt. quod non curo, per decre. ſi abbatem, de electio
ne, li. 6. & ea quæ dixi de poſtu. c. ſi. perque patet, hoc
dictum non procedere, iſte non poteſt tranſire ſine al-
terius licentia, ergo debet poſtulare. ſpeciale ſit igitur
in epiſcopo, vt ibi patet [& ibi Concedebat] Vin. in an
tiquo apparatu, ſed in apparatu huius compilationis
dixit hic contrarium [& ibi, Hoc non dicimus] Idem[b]
Ioan. 61. di. §. ſed aliud, & de hoc ſupra de poſtula. ca-
19 pitul. vltim. [& ibi, Per ſuperiorem] nomine † ſupe-
rioris intellige Papam, cum nullus alius poſſit rem
vnius alteri dare, vt not. de offic. lega. dilectus, de
relig. do. conſtitutus, Abb. dic quod aliud eſt licen-
tiam dare, & aliud compellere, vt dixi in decret.
nullus.

ADDITIONES.

a ¶ Admonet. Ad materiam capi. admonet, vtrum tacite renun-
ciare poſſit beneficio ſine licentia ſuperioris, dic quod ſic, vt ac-
cipiendo beneficium incompatibile, vel contrahendo cum
conſanguineo, iuxta no. in clem gratiæ. de reſcrip. niſi hoc face-
ret in fraudem ſuperioris, vt not. Ioan. Andr. in capit. de multa,
de præb. vide ibi ſcripta, ibi, ſi vero infamis, in cap. Ioannes, de
cle. coniu. Item epiſcopo, quod ſine licentia ſuperioris liceat, vt
infra de præb. ſignificatum, vide ibi Io. An. & gl. 2. & fi. & ibi ſi
cit, an requiratur cõſenſus illius, ad quem ſpectat collatio illius
beneficii, ibi ſcripſi. an in renũciatione, quæ fit epõ, requiratur
conſenſus ca. vide & gl. in ver. capituli, in d. ca. ſignificatum. quæ
dixit, ſolius epiſcopi. vide gloſ. pen. in cap. ex ore, de his quæ ſi a
ma. parte ca. quæ vult, hoc non habere locum in tacita renũcia
tione. & vide no. infra de præb. propoſuiſti, ad hoc vide Io. An.
in cap. ex ore, de his, quæ fi. a ma. parte capi. in verſi. confirma-
tus. f. an inducatur renunciatio, ſi electus dicat, placet mihi, quod
alium eligatis, & not. in cap. beneficium, de reg. li. 6. in manibus
autẽ cuius debet fieri renunciatio iuris vide etiam quod no. Io.
And in c. ſignificante, de pigno. an aũt monachus monaſterio re-
nunciare poſſit, vide Innoc. in cap. Ioannes, de reg. vbi videtur
velle, quod nec tacite nec expreſſe poſſit, & quod nec etiam ad præ
iudicium ſui poſſit, nec hæc decr. in monaco locum habeat, ſed
in clericis. ſed an clericus ſine licentia ſuperioris ad religionem
trãſire poſſit, & an tunc per ſuperiorẽ poſſit reuocari, vide Ioa.
An. in ca. licet, de reg. in verſi. quid ſi abbas, & vide gl. 2. in cap.
quod dei, de ſta regu. & ibi Io. And in verſic. veritati. de mona-
co autem, qui ad eccleſiam, vel dignitatem ſecularem velit tran
ſire, cuius licentia & conſenſus requiratur, vide in cap. ſi religio
ſus, de elec. lib. 6. & cap. poſt translationem. infra eod. & ad ea,
quæ dixi ſupra de tacita renunciatione, an valeat, licet dicatur
hoc, quod quantũ ad præiudicium prælati talis renunciatio nõ te
neat, tñ hoc põt limitari, niſi iſta talis renunciatio fingatur eſſe
ex religionis ingreſſu, quia ſicut clericus ſecularis ſine licẽtia ſupe
rioris

gioris ad religionem pôt tranſire, vt no. in c. licet, ſ. de reg. ita & per conſequens beneficio renunciare, quod ſurgit ex eo. hoc vo lunt gl. in fi. c. quod Dei. in gl. 2. infra de ſta. regu. quam etiam gl. no. ad aliud in ſui princ. ꝙ licet ſit dubium, quãdo clericus ſine licentia ſuperioris benefi. renunciauit, an beneficium vacet nec ne: tamen tenendum, ꝙ non vacet, eſſet vnus effectus renuntiationis, ſcilicet ꝙ interim ſine licentia ſuperioris adminiſtrare non poſſet, vt ibi voluit illa gl. in prin. ſui. Archid.

Admonet. Reſignatio beneficij eccleſiaſtici debet fieri in manibus Papæ. vide pulchre D. Iaſ. vbi etiam allegat iſtum tex. in l. il lud. in 3. colum. in fi. C. de colla.

b Licentia. Vide omnino ad materiam huius c. quod no. Io. And. c. quia nos. de appella. in gl. fin. ſic nec epiſcopus ſine licẽtia Papæ, de transla. præla. c. inter corporalia, de vo. c. magnæ. Bald.

c Dubijs. Et facit optime quod plene no. Federicus de Senis in tractatu permutationis. q. 24. & 25. vbi ponit.

S V M M A R I V M.

1 *Abiurationis ſpontanea exceptio admittitur contra petentem beneficium, & replicatio non ſpontanea, qui melius probabit, obtinebit, & num. 5.*

2 *Diuiſio capituli.*

Lectiones variæ huius decretalis, & quam ſequatur, ibid. & num. 16. & 17. quæ ſit cõmunis, 13. quam ipſe probet nu. 17. ad finem.

3 *Sciſcitari, ideſt, quærere.*

4 *Abiuratio eſt renunciatio cum iuramento.*

Sine cauſæ cognitione, verba dupliciter intelliguntur, ibid. in de num. 17.

6 *Iactare quis pecunias ſuas non præſumitur.*

7 *Renunciationem fieri in ſcriptis, non eſt neceſſe.*

8 *In cauſæ cognitione, vel inquiſitione ex hac decretali quid veniat.*

9 *Negatiuus articulus, quòd non vi, & metu &c. non admittetur indeterminatè.*

Spontanea voluntas probatur eo ipſo, cum non probatur contrarium, ibid. ver. aliter probatur.

10 *Hæc decretalis quando habeat locum.*

Compelli quis in iudicio non eſt veriſimile.

11 *Vix quod fit, tamen fit quandoque.*

Ad iuramentum non debet quemquam ſpontanea voluntas inducere, ibid.

12 *Confitetur quod actor, non eſt neceſſe reo probare, niſi quid in confeſſione non contentum, vel contrarium probare voluerit.*

Probatio quando vtrique parti incumbit in negocio quod ſpõtaneè ex vna, & miraculosè ex altera parte allegatur factum, & num. 16. & 17.

14 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum. num. 15. 16. et num. ſequen.*

Voluntas coacta voluntas eſt, & num. 18. §. 1.

Per impreſſionem iudicis ſi vendo, reſtituitur res, & pecunia retinetur. §. 1.

Lectiones variæ, & caſus huius capituli deſcribuntur, eod. num. 16. & 17.

18 *De, præpoſitio notat inſtantiam.*

Repoſcere, inſtanter petere.

19 *Renunciatio petitionis inſtitutionis quando obſtet.*

20 *Spoliatus poteſt agere interdicto ad damna, vel aliã cauſam, etiam ſi ad rem agere non poſſet, & 21.*

21 *Violentiæ turpitudo ob ſpontaneã renunciationem quo caſu non obſtet agenti ad damna.*

Metum, vel vim mihi illatum quando videor approbare, ibid. & num. 22.

22 *Promiſſio, & datio multum ſunt vicina.*

Renunciatio, & ſpoliatio non ſunt vicina, ibidem.

Metus cauſa actioni non videtur renunciare recipiendo pretium rei per metum venditæ, ibidem.

23 *Donatum ſibi ſi reus excipiat, non recipietur eius probatio, niſi in caſu.*

24 *Poſſeſſio remouet præſumptionem malam.*

Probatio rei admittitur, quòd actor non poſſederit, nec ſpoliatus fuerit, ibid.

25 *Probat vterque in interdicto, vti poſſidetis.*

26 *Reſignationis, vel renunciationis factæ pecuniam exceptio quando releuet.*

C A P V T. V.

a 1 Super. [a] Caſus. † Contra petentem beneficiũ admittitur ſpontaneæ abiurationis exceptio, etiam cauſa nõ adiecta, contra quam exceptionem replicare poterit actor, quòd non ſpontè renunciauerit, & qui melius probauerit, obti-
2 nebit, communis † diuiſio, ſecunda ibi, ſic tuę. Et ſcias, quòd variæ lecturæ huius decr. turbant ipſius intellectum. Sed proſequar exponendo iſtam tantum, ſecundum quam ſummaui, quæ placuit Goff. etiam & Hoſt. De reliquis tangam ſuper finem primæ glo. [Sciſcita-
3 ris] i. † quæris, de reſcriptis, ſciſcitatus, Petrus & Abb. [Obiecta] ex parte rei petitorio conuenti [abiuratio-
4 nis] cum † iuramẽto. [Sine cauſæ] dupliciter intelligitur, primo vt dicit gl. quod non exprimatur cauſa renunciationis in exceptione, ſecundo an ſit neceſſe cauſam renunciationis à teſtibus inquiri, directius reſpondet. [Et an] ſecunda quæſtio, Goffr. [actoris] ſuple, re-
5 plicantis, quòd ſponte, &c. & dic † quòd bene recipietur ipſius probatio. ſi de hoc replicat de ſpontanea, de
6 qua excipit. [Veriſimile] quia non præſumitur † quis
b iactare [b] pecunias ſuas. ff. de probationibus, cũ de indebito, ad hoc ff. de inoff. teſt. l. 1. in fi. [Superuacuum] imò cautum, & neceſſarium. Hoſt. plus placeret, ſi dixiſſet, cautum & vtile [Inquiri] à teſtibus, qui ſuper re-
7 nunciatione deponunt, & ſic † patet, quod non eſt de neceſſitate, ꝙ renunciatio fiat in ſcriptis. de hoc 7. q. 1. qualiter, in gl. 2. [Nec vi, nec metu] .ſ. illatis à priuata
8 perſona, & in officio non conſtituta, Pe. ecce † quid vènit in inquiſitione, vel cauſæ cognitione, non enim intelligas, quod teſtes ſuper his negatiuis producantur, ſed ſuper reſignatione ſimpliciter facta: quæreretur tamen ab eis, ſi ſciunt metum, vel vim &c. interueniſſe; & ſi dixerint quod non, remanet exceptio probata. Si
9 enim formaretur articulus, Intendo probare, quod nõ vi, non metu &c. non reciperetur titulus; quia nec probari poſſet, cum pura, ſimplex & indeterminata ſit negatiua: bene tamen poſſet teſtis dicere ſe non eſſe conſcium violentiæ, vel ipſam non credere. C. de his, qui ad ecc. confu. l. fin. aliter probatur hæc negatiua hoc ipſo, quod non probatur contrarium, ar. ff. de procu. verius. C. qui mili. non poſ. ſuper ſeruis. lib. 12. ſecũdum Hoſt. tu dic, quod tãta poſſet eſſe determinatio, quod reciperetur articulus, vt plenè dixi de electione, bonæ, 1. ſuper gloſ. ideſt ſecundum, & vide quod dicam hic ſuper 1. gloſ. [Oppreſſione] illata .ſ. ab aliquo in offi-
10 cio conſtituto, Pe. [Iuramentum] dicit † Hoſt. qđ loquitur hęc litera, quando extra iudicium facta dicitur renunciatio. Nã in iudicio non eſt veriſimile quẽ compulſum. ff. qđ met. cã, non eſt veriſimile, & quia magna
c eſt tuitio prætoris, [c] ff. quod cum falſo tutore. l. 1. §. penult. & iuſſus iudicis purgat infamiã. ff. de his, qui no. furt. accipe. §. qui iuſſu, quod dic, vt notatur infra de
11 præb. niſi eſſent [quod vix] & tamen † quandoque fit, nam quod vix fit, tamen fit. ff. de iud. vix certis, de cogna. ſpirituali. c. 2. lib. 6. [de voluntate] quia ad iuramentum non debet quẽquam ſpontanea &c. ĩ. de iureiur. & ſi Chriſtus, ver. Iacobus. [Niſi replicatio] Hoſ. ſic continuat, ſoluta prima quæſtione, ꝙ teſtes excipiẽtis non recipiantur ſine cauſæ cognitione, ſoluit ſecundã, cuius teſtes recipi debeãt, & dicit ꝙ actoris, ex quo
12 replicat, & ſit rõ. Nã † ex quo actor dicit, fateor renuntiationẽ, ſed feci illã nõ ſpõte, & hoc volo probare, ſup. renuntiatione nõ eſt neceſſe plus laborari, ex quo con-

feſſus eſt illam. inf. cap. 1. ad fi. de confeſ. c. 1. ſi tamen
reus dicat, imò ſponte renunciaſti, vterq. probabit [&
13 opinionem] hæc eſt † communis litera. alia litera ha-
bet oppoſitionem. i. modum oppoſitionis, vel cauſam,
14 iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra. ¶ Prima † gl. ponit ca-
ſum. ¶ Gl. licet, primò dicit valere renunciationem ſi-
ne cauſa. Secundo ad textum ſignat contrarium, ponit
opinionem, & ſolutionem. ¶ Gloſ. quæ pro expenſis, ar
guit à contrario, & illud argumentum reprobat. ¶ Vlt.
gl. no. & dat ſimile. Secundo quęrit, arguit pro, & con-
tra remittit, & opinionem ponit, quę dat illam lecturã.
15 ¶ In † gl. licet ibi, ſi mulier. §. ſi metu. 2. ſi metu hære-
ditatem adiui, hæres ſum, quia coactus volui [& ibi. §.
ſed quod prætor] vide de re iud. c. in cauſis, ſuper 1. gl.
[& ibi. §. ſed metu]. i. ſi coactus ſum ab emptione, vel
locatione diſcedere, naſcitur actio prætoria [& ibi, or-
dinarij] vide de ſequeſtr. cap. 1. ſuper 3. gloſſ. ¶ In gl.
C. quod metus cauſa [ſi per impreſſionem] ſi per im-
preſſionem iudicis, maxime conſtituti in officio me-
diocri ſibi, vel perſonæ ſubmiſſæ vendidit quis rem,
res reſtituitur, & pecunia retinetur. ¶ In gl. eſt enim,
ibi [nec codicillos] vide in cap. cum dilectus, ſuper gl.
hoc ideò. ¶ In gloſſ. vlt. ibi [non eſt] vide de præſum-
16 ptioni. quanto, ſuper. 1. gl. ¶ In † 1. gloſ. in fi. alij [d] po-
d nunt aliter caſum, & ſic ſecundum Tancred. & recitat
Hoſt. Quidam repetebat beneficium ſuum, excipieba-
tur, quod repetere non poterat, quia ſponte illud abiu
rauerat. quæritur, cuius teſtes ſint prius admittendi,
vtrum rei excipientis, vel actoris replicantis, & dicitur
quod rei, qui obtinebit probata exceptione, niſi actor
fidem faciat de replicatione. Vltimo ſatisfit tacitæ quæ-
17 ſtioni, vt ſup. 2, & ſecundum † iſtam lecturam exponi-
tur, ſine cauſe cognitione. i. antequã recipiantur pro
bationes actoris. Inn. dicebat, qđ prima quęſtio erat,
an exceptio ſpontaneæ reſignationis ſimpliciter pro-
poſita ſine adiectione iuſtæ cauſæ ſit admittenda, & re
ſpondetur quod non. ſimile infra, de appell. conſtitu-
tus. hoc eſt dicere, quod ſi aliquis repetit beneficium
ſuum petitorium proponendo, & reus opponat exce-
ptionem ſpontaneæ abiurationis, audiendus non eſt,
niſi probabilem cauſam reſignationis prætendat, ſe-
cundo dicitur, quod ſi actor replicat dicens, quod coa-
ctus renunciauit, & vterque vult probare, recipientur
teſtes actoris, quod coactus renunciauit, nec obſtat ſ.
de reſtitut. ſpoliat. accepta, quia ibi volebat probare
ſpoliationem, & non coactam renunciationem, & eſt
ratio, quare hoc caſu præferuntur probationes actoris,
quia reus intendit probare interiorem intentionem ip
ſius actoris, ſcilicet quod ſponte reſignauit, quod ſoli
deo patet, actor vero vult probare vim, vel metum, &
hoc vidit oculus, quare probatio actoris etiã per pau
cos teſtes multitudini teſtium rei præualere debet ſe-
cundum Innoc. quod ponunt Hoſt. & Abb & Egid. &
allegat Hoſtienſ. quod legitur & notatur de teſt. bus,
preterea, & cap. in noſtra, & eſt ſimile, quod no. in Spe.
de probatio. §. 1. vltra medium, ver. Item ſi teſtes, & fa
cit ad id, quod dicam de actu ſecum oporteat, in gloſ.
nota licet. Et dicit Abb. terminatam per hoc quæſtio-
nem facti de quadam puella rapta, dum ibat ad eccle-
ſiam, incloſa in quadam domo, & demum rapiens vo-
catis multis teſtibus ibi deſponſauit illam, puella poſt
reddita libertati, illo eam petente, probauit metum
& violentiam: vir volebat probare contrarium; quod
ſpontanea voluntate contraxiſſet. ſ. ridendo tempore
contractus, & ſimili modo, non debuit admitti, per ea,
quæ dicta ſunt ſecundum Innoc. qui dixerat hic in vlt.
gloſ. ſua, quod ex amiſſione teſtium rei poſſet eſſe peri-
culum, cum pauci ſcirent violentiam: multi poſſent ſu-
peruenisſe, qui ſpontaneam confeſſionem audirẽt. ff. quod
metus cauſa, l. 1. dabat etiam Boat. exemplum in ſcho-

lare, qui in ſtudio renũciat beneficio propter metum,
qui ſibi & ſuis infertur in partibus, quem teſtes renun-
ciationis percipere non poſſunt. Fatentur tamen præ-
dicti ſecundũ Innoc. quod indirecte admitteretur reus
probare volens nullam violentiam interueniſſe, ar. ſ.
de teſtibus, ſeries, & c. ex tenore, vel ſi præſumptio eſ-
ſet contra actorem, qui dicit ſe in publico coactum, cũ
tamen is, qui dicitur cogens, ſit pauper & humilis, vel
talis, de quo non creditur, quod violentiam, vel pecca-
tum commiſiſſet. ff. quod metus cauſa, non eſt, de no.
oper. nuncia. cap. 2. ver. ſuper eo. & hoc forte ſonãt ver-
ba in fin. habito ad dignitatem &c. vt etiam ibi no. vel
dic, quod finis huius decret. non negat, quando proba
tiones rei admittantur: ſed de probationibus ſpoliati
tantum dicit, quod ſunt admittendæ, & hoc ideò: quia
de ipſis tantum dubitatum, & quæſitum fuit. Sed ſi
reus diceret, quod poſt coactionem iterum & alio tem
pore ſecundò ſponte renunciauit; probationes ipſius
admitterentur. C. quod metus cauſa. l. 2. ff. de condict.
ob turpem cauſam, ſi ob turpẽ, & hoc ſi petitorio age-
retur, ſecus ſi poſſeſſorio, [illegible] reſtitut. ſpoliat. ſolicite;
ſecundum Innoc. dicit Hoſtienſ. quod plus ſibi placet
lectura glo. Alij ſicut Iaco. de Al. intelligunt decret. in
reſtitutione, quæ petitur condictione ex canone, rein-
tegranda. Alij etiam in ea, quæ petitur per interdictũ,
vnde vi. Alij generaliter intelligunt ſiue petitorio, ſi-
ue poſſeſſorio, vel vtrunque ſimul agatur, ſiue condi-
ctione ex lege, vel ex canone, vel per iudicis officium,
vel per actionem, quod metus cauſa, mihi placet lectu
ra gloſſ. & decido multa hic notata maxime per Inno.
quæ plus obtenebrant, quam declarent intellectũ de-
cret. de quibus etiam non curauit Hoſtien. ¶ In gloſ.
18 ſecunda [in fi.] vt ſic † iſtud, re, notet inſtantiam peti-
c tionis, vt dicas repoſcentibus. i. inſtanter petentibus,
& non iudicium reſtitutionis. ¶ In gloſſ. licet non ſit,
ibi [adeptus illud] Abb. Tancred. & idem Innoc. qui
dat etiam exemplum de omni læſione conſcientiæ, &
de volente religionem ingredi [& ibi, Quidam] . ſ.
Laur. Goffred. hic [& ibi, In rem] vide quod not. ff.
quod metus cauſa. l. metum, & C. eod. tit. l. 3. [& ibi, Su
19 per ſpoliatione] ibi & hic no. Innoc. quòd † renuncia-
tio petitionis reſtitutionis per pactum bene obſtat a-
genti interdicto per l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pactis, hic
ergo loquitur, cum dicitur renunciaſſe iuri ſuo: titulo
20 vel dominio. Dicit † etiam, quod ſpoliatus [f] poteſt
f agere interdicto ad damna, [g] vel aliam cauſam. ff. vn-
g de vi. l. denique eſt. §. qui vſuf. & l. ſi plures. §. ſi etiam
ſi ad rem agere non poſſet, vt quia confitetur ſe ſpon-
te renunciaſſe, vel priuatum fuiſſe propter peccatum;
ſecus, ſi negares, vt hic, quia tũc ageret etiam ad rem.
21 Sed † obijcitur, propter ſpontaneam renunciationem
videtur eſſe ſublata proxima turpitudo violentiæ. C.
h quod metus cauſa. leg. 2. ff. de condictio. ob turpem [h]
cauſam, ſi ob turpem, ergo etiam ad damna agere
non poterit, reſpondet hæc diſſimilia; quia ſponte
renunciando non approbo vim mihi factam, nec vi-
deor negligere, cum poſſint ſubeſſe aliæ cauſæ renun-
ciationis, vt in princip. gloſſ. ſed ſoluendo, quod per
metum, vel turpem cauſam promiſi; metum, quem
22 pertuli, videor approbare. Item † promiſſio, & da-
tio multum ſunt vicina; non ſic renunciatio, & ſpo-
liatio. immo, quod plus eſt, qui per metum vendidit
pretium recipiendo, non renunciat actioni, quod me-
tus cauſa. C. quod metus cauſa, ſua, ſi vi. [& ibi, Ab-
23 iurauit.] Sed an † excipit reus, quod actor ſibi rem
donauit, dicit Innoc. quod non, quia eſſe poteſt, quod
actor donauit, & tamen poſtea poſſedit, & ſpoliatus
fuit: quia ſuper donatione, vel renunciatione etiam
præcedente non recipietur eius probatio, etiam ſecun-
dum quod aliter iudicat ſe poſſediſſe tempore, quo actor
dicit

dicit ſe ſpoliatum pp inconueniens, quod ſequi poſſet vtroq; probante: ſed alij in vltimo dicto tenẽtes ꝯtriũ rñdẽt & bene ſm Inn. q ferretur ſnia pro melius ꝓ
i bante,[l] de electio.cum eccleſia, de proba.ex litteris.ſi pariter probat.abſoluatur reus,de fi.inſtr.inter,in fin.
24 præſumptio † aũt, quæ hic eſt ꝯ reũ,ceſſat vtroq; dicẽte ſe eo tpe poſſediſſe. Veritas eſt, q probatio rei ꝯ illa duo, quæ actori incũbunt, admittitur.ſ.q non poſſederit, nec ſpoliatus fuerit, vt no. & dicã in decr.ſolici-
25 te[& ibi, vterque]ſic † & in interdicto, vti poſſidetis probat vterque,de proba.licet.Inn.¶ In gl.[Quæ pro expenſis,ibi, Non teneat] Idem Inn.de rerum permu.
26 cũ vniuerſorũ.[Et in fi.]dicit Inn. quia hæc cã † exprimitur a reo, q ſi per pecuniã reſignauit, repellitur exceptione,& actori fiet reſtõ;& hoc,qa reus turpitudinẽ ſuam allegat. hæc vera,niſi diceret, q ab alio pecuniã recepiſſet pro reſignatione:ſecus, ſi peteretur res propria:quia tunc poſſet excipere illũ reſignaſſe per pecuniã a ſe datam.¶ In gl.vlt.[ibi, De receptione eccleſiæ]ſimile qđ no.11.q.1. Chriſtianis, & inf.de litis ꝯte.exceptionis,lib.6.[& ibi, Alij] ſ.Gof.[& ibi, nõ eſt] & 31.q.2.Lotharius.[& ibi.c.vno] hodie primo,lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Super.Nota in hoc c.q negatiua prægnans poteſt probari.ſ. probando eius contrariũ,& hanc limitationem,quando ex terminis affirmatiuæ negando concluditur negatiua,alio non addito, & abſque q teſtes ſuper negatiua aliquid deponant, vel declarent,vt ſi dico,q coactus renunciaui, ergo immediate ſequitur,q non ſponte.ſecus,vbi negando non cõcluditur, vt no.vult textus in c.cũ eccleſia,de cã poſ.& proprie.nã nõ ſequitur, ad me ſpectat electio,ergo non ad te,niſi apponatur dictio,tñ, vel ſimilis vt ibi,& ſic etiam poteſt ſolui contrarium, quod facit Inn.in c.licet cauſam,de proba.licet multum laborauerit,& forte id fuit de mente eius.Archidia.

b Iactare.Vide do.Franc.Aret.in l.a Titio,in pe.col.ff.de verbor.oblig.& vide etiam d.Iaſ.in l.cum quid,in 7.col. ff.ſi cert.peta.ver.ad prædicta.&c.

c Prætoris.Vide d.Iaſ.in l.1.ff.ſi quis iuſdi. non obtem. & per diſcurſum illius tituli.

d Alij. Et no.ex hac gl.ſecundum intellectum, q hic quæratur a teſte, q quando teſtis interrogatur de factis alterius, prout ab alio eſt factum, quod debet reddere rationem dicti ſui, ſi præſumptio eſt contra dictum:alias ſecus,vt in c.ſicut.infra de ſententia & re.iudic.de cauſa autem ſcientiæ ſuæ vide no.in c.cum cauſam,de teſti.Alij,vt dicunt,intelligunt, inquirere debet ſummatim,& ſic ſine cauſæ cognitione non debet admittere,vt dicit text.& informare debet animi ſui motum Archidia.

e Notet. Aliquando verbum petere, ponitur pro repetere, vide Bar.ſol.ma.ſuper rubrica,& in rubrica ff.ſi cer.pet.& l.1.§.ſi qs ædificatum.ff.de no.oper.nun.

f Spoliatus. Vide Io.de Imol.in c.item cũ quis,inf.de reſtit.ſpol.

g Damna. Quando ſ.promiſit non petere reſtitutionem rei, vt ſ.

h Ob turpem. Vtroq; vide Bar. qui aliquid ponit ad intellectũ huius c.& plenius S.ly.in d.l.2.

i Probante. Vide d.Franciſcũ Aret.in c.ex litteris.inf.de probat.

SVMMARIVM.

1 *Electioni de ſe factæ qui ſponte renunciauit,ſuper ipſa electione vlterius audiri non debet.*

2 *Diuiſio capituli.* *Idem num.2.*

Confeſſiones partium,allegationes aduocatorum dicuntur,ibi.

3 *Sententia iuſta præſumitur ex motu iudicis: ſecus ex proceſſu.admittitur tamen probatio contra præſumptionem.*

Contra præſumptionẽ probatio admittitur, & quo caſu,ibid.

dere abſolutionem, quæ tamen fieri non potuit niſi in
6 manibus ſuperioris [Vocato] ſola † vocatio [a] non no-
a cet, ſicut nec vocatio patroni in ius ſine venia. ff. de in
b ius vo. quāuis. [b] Eſt enim locus pœnitentiæ. 2. q. 6. ſi qs
libellos, Go. ff. de diuor. ſi pœnituerit, Egi. [Requiſiti]
quod non fuit neceſſe ſecundum Hoſt. & Pe. cum abſo
lutio nulla fuiſſet, vt ibi prædixi fuit autem hoc de fa-
cto, & ad cautelam. ſup. e. niſi. §. 1. verſ. ſed in his, Hoſ.
(Tali facto) ſ. quia æger, tali conſilio ductus monacos
ab obedientia abſoluit, & vocauit epiſcopum, vt in ip-
ſius manibus renūciaret, ſed re integra pœnituit, Hoſ.
7 qui per hoc † reſpondit ad decret. ſup. eo. quidam, di-
cens, ꝙ ibi fuit petita licentia cedendi, & obtenta: hic
autem nec petita, licet petere voluerit. Item ibi ſube-
rat cauſa vtilitatis eccleſiæ, vel ſalutis ꝓpriæ, hic erat
cauſa ſeductionis, & infirmitatis. item ibi interceſſit
deliberatio, & inſtantia importuna: hic ſecus, quia ſta-
tim pœnituit (Reſignaſſe) ita quod teneat, & ꝙ mona-
8 ci ſint abſoluti, Inn. ¶ Tertia † gl. fortificat tex. per ſi-
mile: obiicit de tacita renunciatione per ↄtrium ca. id
coadiuuans per 5. ſimilia, & ſoluit. ¶ Vltima arguit.
9 ¶ In † gl. 2. (ibi concili) vide de ſenten. exco. nuper. ſu
per gl. 2. (& ibi §. pe.) vide hanc & ſe. de cau. poſ. cum
olim, ſuper gl. 2. ¶ In gl. vlt. ibi (ſi conuenerit) vide de
10 iudi. c. 1. ſuper gl. ſed nonne. ¶ In † gl. 2. ibi (de dolo)
c de hoc ĩ. de reg. iu. nullus ex conſilio, [c] lib. 6. (In fi.) q
dam hic habent, & male, qđ dixi ſ. c. 1. in fi. 1. gl. ¶ In
glo. [& ideo, in fi.]. & ↄtria loquuntur in his, quæ non
pendent a iuris, vel iudicis poteſtate, & reſpiciunt præ
iudicium renūciantis tantum, non alterius, ſecundum
Hoſt. Sed hic non valeret expreſſa, ergo nec tacita, fa-
cit de præb. dilecta, & quod ibi not.

ADDITIONES.

a Vocatio. Vide Alberi. de Roſa in l. generaliter, & in l. quamuis, ff. de in ius vocan.

b Quamuis. Ibi vide, & in c. ſi diligenti inf. de fo. compe.

c Conſilio. Et vide quod no. gl. ſup. eo. ſane.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare non poteſt abbas exemptus abſque licentia papæ.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *In abbatem monacum alterius monaſterij eligi poſſe, argu. Canonice, modis multis exponitur. & quibus, ibid.*
4 *Obedientiam vt denuo promittant monaci, poteſt abbas petere ab eis, ſi ceſſionem ſuam in manibus capituli factam ratam ſuperior non habeat.*
5 *Epilogus, Suffragium, & Additio gl. nu. 6. & nu ſeq.*
7 *Monacus de licentia ſui abbatis ad aliud vbi eſt tranſire monaſterium, & quando epiſcopi & conuentus requiratur conſenſus, & qualis debeat abbatis eſſe licentia.*
8 *Renunciatio preſbyteri ab abbate præſentati, & ab epiſcopo inſtituti in manibus cuius fiet, & nu. 9.*
9 *Spiritualia, & temporalia beneficij ita ſunt connexa, vt altera ſine alteris eſſe non poſſint.*

CAP. XV.

1 Dilecti. [a] Caſus, Abbas † exemptus ſine licē
2 tia papæ renunciare non pōt. Et † in
prima parte conuentus petitio. In ſe
cunda ibi cum igitur, ipſius repulſio, & negocii com-
3 miſſio (Elegerunt) per hoc † probant quidam mo-
nacum

b monacum [b] alterius monaſterij eligi poſſe, de quo dic, vt
no.de elect.nullus, lib.6.& in cle.eo.tit.c.1.[Canoni-
cè]vt ipſi dicebant,quod falſum apparuit, vt ſequitur:
vel.i.concorditer: vel.i.ſeruata forma canonica, quæ
habetur ĩ.de ele.qa propter.[Noſtra licẽtia]vel lega-
ti de latere.ſi ſit in prouincia.ĩ.de elect.ſi abbatẽ,lib.
6.licet Hoſt.hic contra [Reſtitui] dicunt quidam, vt
ſatisfiat iuri.ſic ĩ.de acc.ad petitionẽ [Integrè] ſ.quò
c ad bonorum [c] adminiſtrationem, & omnia. C.de ſen.
paſ.l.1.& vlt.[Reſtitutio]per hanc literam in diſputa
4 tionib. terminauit † olim & Archid.ꝙ Abbas,qui ceſ-
ſit in manibus capituli, ſi ſuperior ceſſionem ſuã ratã
non habet,poteſt petere a monacis, ꝙ obedientiã de
nouo promittant, vt ſic poſſeſſionẽ recuperet,quã per-
didiſſe videbatur. ad idem ſ.c.proxi.6.q.3.denique,
in fi.18.q.2.c.1.[Ceſſionem]ſi cedere voluerit,Goffr.
Sed gl.2.ĩ,& Hoſt.concor.gl.fatetur tñ, ꝙ ex viribus
reſcripti, per quod cõmittitur certũ miniſterium tñ,
hoc non fieret, licet aliter propter inſufficientiam de
iure cõi fieri poſſit, vt in gl.Idem Vincẽ.& Pet.¶ Vlt.
5 † gl.infert, dat ſimile,& arguit. ¶ In gl.vlt.[ibi,non
dubium]vide de foro compe.ſi diligenti,ſuper vlt.gl.
6 ¶ † In gl.1.in prin.dicit Abb.in prin.huius gl.ſupplẽ-
dum,& non bene,& tũc bene continuabitur gl.[& ibi,
reſignatio] vide qđ no.in cle.eo.tit.c.vno, in glo.ſ.[&
ibi,bene tenuit]vnde dicebat Goffr.ꝙ ſuperiore habẽ
te ratam ceſſionem, & præbendæ licentiã eligendi,po
7 terat electio fieri.¶ In gl.3.in fi.¶ Sed quid † de mo-
naco, nunquid de licentia ſui Abbatis poteſt ad aliud
mona.tranſire? dic ꝙ ſic, de regu.licet.19.q.3.ſtatui-
mus: quia ſolum Abbati facit obedientiam. 12.q.1.
non dicatis.Sed ſi ſm monaſterium ſit paris, vel laxio-
ris religionis,requiritur diſpenſatio epi, arg. de regu.
ſignificatum. Sed in vtroque caſu requiritur conſenſus
conuentus,quod tutius ſm Innoc.arg.58.diſt.c.2.Alij
dicunt etiam epi conſenſum requirendũ. 16.q.1.qui
purè. Quod credit Inn.quò ad ordines, aliter,non reci
piendos ab alieno epo,niſi prius fieret monacus mo-
naſterij arctioris illi ſubiecti.Sed non debet Abbas da
re licentiam monaco intrandi aliam religionem etiã
arctiorẽ,niſi ſciat, ꝙ illi velint eum recipere,& mona
cus aliter recedens fugitiuus eſt, & apoſtata, cum non
ſit in alicuius obedientia, niſi forſan ſic daretur licen-
tia,ꝙ ſub obedientia vadat, & quærat arctiorem. ſed
non conſultè Abbas, niſi forſan vt peius euitet, puta
quia de facto recedat illicentiatus denegata licentia,
8 ſecundum Inn.& vide inf.de iureiu.ſicut.1.† Sed preſ-
byter præſentatus ab Abbate,& inſtitutus per epm, in
cuius manibus renunciabit? dic ꝙ epi:& abbas,cũ ſua
interſit, eſt ſuper hoc requirendus. ſic intelligitur de
præben. in Lateranen. de offic.archid.ad hæc.§.fin.
9 ¶ † Quid ſi † renunciat in manibus Abbatis quo ad tẽ
poralia tantum, & in manibus epi quò ad ſpiritualia
d tantum? dic quod non valeret talis renunciatio,[d] cum
hæc ſint ita coniuncta, ꝙ vnum ſine altero eſſe non po-
teſt.1.q.3.ſi quis obiecerit, ſecundum Innoc.dicit Ho-
ſtien. ꝙ propter renunciationem in manibus Abbatis
factam,epiſcopus poſſet illum priuare,argum.hic, &
no.ſupra eo.quod in dubijs.Io.And.

ADDITIONES.

a ¶ *Dilecti*. Et facit,ꝙ talis exbannitus ſine licentia obtenta ad
actus tranſire non poſſit,de quo Io.And. in c.licet.in verſic.ſed
quid,de regula.Bald.

b Monacum.Si iſta ceſſio,& electio tenuiſſent, & demũ ſecundæ
abbatiæ cederet,quæritur, cuius eſſet monacus? vide plenè per
Feder.de Sen conſ.29.& idẽ de epiſcopatu,cui ceſſit epiſcopus.

c Honorem.Vide And. de Iſer.in c.1.in tit. quæ fuit prima cauſa
beneficij amit.in vſibus feudorum.

d Renunciatio.Pro hoc quia ſpiritualia vt digniora trahunt ad ſe
temporalia,facit quod no.gl.in c.commiſſa.de elect.lib.6.

¶ De ſupplenda negligentia prælatorum, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Titulus hic qualiter cũ ſuperioribus cohæreat, ſiue cõtinuet.*
2 *Vacat eccleſia non ſolum per ceſſionem, ſed per nimiam re-miſſionem.*
3 *De materia huius tituli, vel rubricæ vbi alibi, tam ſub hoc eo dem titulo, quam extra tractetur.*

1 ¶ Viſo † de modis, quibus prælati aſſumuntur, quia
ſępe in prælaturis perfunctoriè res aguntur.60.diſt.an-
te omnia,& quod negligitur, ſupplendum eſt, & quod
2 omittitur,inſtaurandum,ideo &c. Gof.vacat † eccle-
ſia nedũ per ceſſionem, ſed etiam per nimiam remiſ-
ſionem. ad hoc ſ.de transla. inter corporalia,ver.ſed
neque.viſo ergo &c.ſecundum Hoſt.in lectura de ma-
3 teria † Rubricæ. 84. & 86.diſt.2.q.7.negligere.9.q.3.
cum ſimus. repetitur Rubrica in Sexto,& in Cle.& cõ-
uenit huic,de magiſtris.c.1.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Benedicere ſi diœceſanus requiſitus nolit Ciſterciẽſem Ab batem, ipſe monacos ſuos, poterit benedicere, & quando. num.6.& 9.& ratio.num.16.*
Præterea,ideſt præter alia capitula,ibid.ver.præterea.
2 *Contumacia ſubditi per trinam monitionem conuincitur.*
Duritia, vel pertinacia prælati per trinam conuincitur inqui-ſitionem,ibid.& quando per vnicam, ibid.
Requiſitionis huiuſmodi, vt fiat inſtrumentum,conſulit, eo. num.2.ver.& conſulit.
3 *In incertis,non certis certiorari quis debet.*
4 *Benedictionis vis, & ſuccedit loco confirmationis, & in ea non requiritur examinatio.*
5 *Religionis fauor hic notatur, & in quo caſu.*
6 *Malitioſè renuere benedictionem qñ præſumitur epiſcopus.*
7 *Cauſa rationabilis non excluditur per hanc conſtitutionem, quæ cauſa in omnibus generaliter eſt conſideranda, & ad-mittenda in iudicio,& extra.*
8 *Ciſtercienſes de iure communi non ſunt exempti a confirma-tione epiſcopi,licet patres Abbates illos confirment in mul tis locis,& num.12.*
10 *Epilogus,ſuffragium, & additio gloſſarum,num.11.& ſeq.*
Dare poteſt aliquando quis,quod non habet.num.13.et 14.
Abbas non confirmatus ponit anathema, eod.num.12.ver. inuenit.
13 *Benedictio Abbatis non confirmati qualis ſit, & non eſt or dinis.*
14 *Cardinales vtuntur epiſcopalibus inſignijs, minores ordines conferunt,& ſolenniter benedicunt.*
15 *Abbas nõ benedictus,an poſſit,et quo iure cõferre lectoratũ.*
Baptizat non baptizatus fauore religionis,eo.ſicut in fauorẽ.
16 *Pſalmiſtatum quilibet ſacerdos conferre poteſt.*
Abbates Ciſtercienſes abſque magna ſolennitate miniſtrãt, ratio,ibid.
Solennitas ſi non requiratur in inſtitutione,nec in deſtitutio-ne ex adminiſtratione,ibid.

CAPVT I.

1 Statuimus. Caſus. Si diœceſanus requiſitus
benedicere nolit Ciſterciẽſem
Abbatẽ, ipſe monacos ſuos be-
nedicere poterit [Præterea]reſpicit partem deciſam:
vel.i.præter alia capitula,quæ in veſtris priuilegijs cõ-
2 tinentur, ſm Hoſt.Tertiò no.Hoſt.ꝙ ſicut † p trinã mo
2 nitionẽ conuincitur ɔtumacia ſubditi, ſic per trinam [a]
requiſitionem conuincitur duritia, vel pertinacia præ
lati.vnde poteſt recurri ad ſuperiorem, de off.ord.duo
ſimul, de iure pat. nullus, & in l.frete. quã ſcripſi ĩ. de
fo.cõpe.ſi diligenti,ver.cum igitur. Et conſulit, ꝙ hu-
ius requiſitionis fiat inſtrumẽtum, de ſent.exc.c.1.li.6.

Et dicit, q ſi prima requiſitione denegat expreſſe, non
eſt vlterius ad monendus, alle. de ele. cum inter vniuer
3 ſas; quia † in incertis, non in certis & c. facit de ſenten.
exc. venerabilibus, li. 6. de app. ab eo, eo. lib. & ĩ. de lo-
b cato, potuit [Benedicere] b & licet † confirmati non
4 ſint, per hanc benedictionem dicitur dari cura mona-
c ſterii, & ſic ſuccedit loco confirmationis, c nec fit exa-
minatio, ſed ſimpliciter benedicitur, ſicut & tutor filio
emancipato datus a patre ſine examinatione confir-
matur. ff. de teſta. tu. pater: quinimo & ſine benedictio
ne, ex quo illam denegat, habet Abbas plenam admi-
niſtrationem auctoritate huius conſtitutionis, ſecun-
dum Innocẽ. vnde dicit Hoſt. huic verbo, benedicere,
ſupplendum, vel confirmare, cum eadem ſit ratio, ar-
gum. de tranſac. inter corporalia. §. 1. vnde, quicquid
verba ſonent, de mente videtur q occurratur malitiæ
differentis confirmationem, ſicut differentis bene-
dictionem, argum. ĩ. de verb. ſig. intelligentia, & de
his. ff. de execu. tut. l. ſcire debet. §. aliud, & ſupr. de re-
ſcript. ad aures, & facit ſ. de elect. nihil eſt, vbi etiam
adminiſtrant nõ confirmati, & hoc in fauorẽ eccleſia
5 rum, qui fauor † religionis in hoc eſt ſtatutus d ampliã
d dus eſt, non reſtringendus. ĩ. de reg. iur. odia, lib. 6. In
6 tell gendũ tamen eſt hoc, quando † epiſcopus malitio
ſe hoc renuit, quod præſumitur eo ipſo, q requiſitus hoc
renuit nullam cauſam prætendens. Sed ſi iuſtam cau-
ſam prætenderet, obtineat Abbas, & vterque ſuam iu
ſtitiam proſequatur, ad hoc de reſcrip. ſi quando, de
app. vt debitus, de his, quæ fi. a ma. par. ca. c. 1. de reg.
licet. Si tamen epiſcopus ius ſuum probare nõ poteſt,
punietur, vt dicitur ſ. de elec. c. 1. li. 6. Aliqui tamen di
cunt, vt refert Inno. q quicquid prætendat epiſcopus,
nõ eſt audiendus: quia Papa tuetur Abbatem per hãc
conſtitutionem, quod non placet Hoſt. nec enim vide
7 tur Papa per hanc conſtitutionem cauſam † rationabi
lem excludere, quæ generaliter in omnibus conſide-
randa eſt, vt patet in eo, quod legitur & not. ſup. de ac
cu. c. cum dilecti, quę admittenda eſt in iudicio, & ex-
8 tra. de app. vt debitus dicit tamen Hoſti. q licet † de
iure Ciſtercienſes non ſint exempti, ſed per epiſcopos
confirmandi, in multis locis patres abbates illos cõfir
mant, nec videt, quo iure faciant, niſi ſuper hoc ha-
beant priuilegium [Abbatibus] veſtri ordinis [Liceat]
auctoritate huius ſtatuti; concor. de offi. ord. irrefraga
bili. §. cæterum [Duritiam] per hoc patet, q loquitur,
9 qñ † nullam iuſtam cauſam prætẽdit epiſcopus [Et ab
bates] i. in abbates electos, Goffr. vel dic propriè, ſi lo-
quitur de confirmatis, vel promiſſis. facit, de accu. me-
minimus, & concilium Viennen. de ſtatu regularium,
10 attendentes, ver. ſtatuimus. ¶ † Secundũ gloſ. arguit.
alleg. 5. iura in contrarium allegat ſex. ¶ Vlti. gl. exẽ-
11 plificat, obiicit, & ſoluit, & dat ſi. ¶ † In gl. 2. [ibi, Cũ
conſtitutio] verſus finem, etiam ſeruus, cui relicta li-
bertas non eſt, poteſt ſe offerre aditioni, cum ſatiſda-
tione, q omnibus creditoribus, & omnibus hæredita-
tib. ſatiſfiet. & ſic pulchrum eueniet, vt per eum, cui li
bertas nõ eſt, aliis libertas imponetur [& ibi. leg. vlt.]
dñs nouum emphyteutam, cui vendidit antiquus, in
poſſeſſionem inducit [& ibi. non eſt nouum] hanc &
tres ſequẽtes, vide de iure pat. cura, ſuper vl. gl. [& ibi,
obſeruare] in fi. vide de reſcript. paſtoralis, in prin. vlt.
12 gl. In † gl. 1. [in prin.] per ordinarios, cum non ſint e-
xempti per ius cõe, ſm Hoſt, facit quod dicam de pri-
ui. recepimus, ſuper 1. gl. in fi. Inuenio tamen, q abbas
nõ cõfirmatus ponit anathe. ĩ. de ſimo. ſicut tuis, Gof.
dic vt ibi. ¶ In gl. 2. (ibi, quod non habet] benedictio-
13 nem † monachalem, & ordinem habet, licet non ſit
benedictus in abbatem. nec hic dr̃, q det benedictio
nem Abbatialem. dicit tñ Hoſti. q Papa in hoc poſſet
priuilegiare quemlibet ſimplicem ſacerdotẽ: quia be-

nedictio Abbatis non eſt ordinis, ſed eſt ſimplex. vide
e quod not. in Cle. de ſta. ro. attendentes. §. ſtatuimus e
14 vnde, vt dicit, patet hoc † in Cardinalibus presbyte-
ris, qui licet ſupra ſacerdotalem ordinem nullam be-
nedictionem habeãt, vtuntur epiſcopalibus inſignibus,
& minores ordines conferunt, & ſolenniter benedicũt
[& ibi, nuper] ibi ſoluitur. ¶ In gl. vlt. (ibi, lectoratũ]
15 Goſ. hic in apparatu ĩ. qui dixit hoc † non intelligi de
manu ordinatoria, ſed benedictoria profeſſorum, di-
cens hoc ſtatutum in odium epõrum, & fauorem reli-
gionis, ſicut in fauorem religionis non baptizatus ba-
ptizat. 32. diſt. §. verum, & dixit Ion. forte melius dici-
tur, q cum conferre lectoratum non ſit officii tñ, ſed
ordinis, non poterit ordinem conferre, niſi ſit benedi-
ctus, vt in d. ca. 1. 69. diſt. dixit tñ, q non tñ ex ordine,
ſed ex ordine, & benedictione hẽt hãc poteſtatem, ſed
ſm eum dicunt alii, q benedictio nihil facit ad colla-
tionem ordinis; ſed priuilegium generale conceſſum
Abbatibus benedictis, q poſſint conferre lectoratum,
extenditur ad Ciſtercienſes et non benedictos dolo,
vel negligentia epiſcoporũ, vt poſſint illud cõferre, &
alia facere, quæ ad officium pertinent. fatetur autem,
16 † q Pſalmiſtatũ quilibet ſacerdos cõferre põt [& ibi,
Hoc cõcedit] Ciſtercienſib. ſcdm Naio. Inn. & Hoſt. &
põt eſſe ratio ſm Abb. vt ſicut ipſi ſine ſolẽnitate de-
ſtituuntur, ſic ſine magna ſolẽnitate miniſtrẽt, ſicut &
ſine ſolennitate inſtallantur, infra de ſimo. ne Dei, &
vide quod dixi de elect. venerabilem, ſuper verbo,
examinatio.

ADDITIONES.

a ¶ Trinam. Ad idem facit l. 4. ff. de pig. act. alias vbi non expreſ-
sè dicatur, ſufficit vna, vt nota. Bart. in l. Titia. § vſuras. ff. de leg.
2. & in l. mora. ff. de vſu. & de hoc in Cle. dudum. §. ſi verò, de ſe-
pult. in gloſſ.

b ¶ Benedicere. Bal. hic not. ex iſto tex. hic probari, q ille, qui non
eſt benedictus poteſt alium benedicere, vide pulchrè d. Iaſ. in l.
1. C. vt nemi. lice. ſine iudi. auct. & c. in fi.

c Confirmationis. Contra hoc videtur tex. in clem. attendentes,
§. ſtatuimus, de ſent. exc. vbi vt diuerſa iſta ponuntur, & ibi vide
glo. vtilem circa hanc benedictionem.

d ¶ Statutus. Vide Ioan. And. de elect. cap. tranſmiſſam, in prin.
ſuæ gloſſ. mag.

e ¶ Statuimus. Vide infra de æta. & qualita. c. tuæ, per Ioan. And.
in glo. forte.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in ſuos vſus conuertere non poſſunt eccleſias, in quibus ius obtinent patronatus.*
Præſentatio ſi non fiat rectoribus ab eis intra tempus concilii Lateranen. quando vacant, eas ordinabit ſuperior eius. 2
2 *Diuiſio capituli.*
Monaci, & canonici regulares parificantur, eod. num.
3 *Eccleſia in epiſcopatu ſita iure communi ſunt epiſcopo ſubiecta, niſi probentur exempta.*
4 *Præſentare non poſſunt monaci regularem ad eccleſiam, quæ conſueuit per ſeculares clericos regi, & in quo caſu.*
5 *Inſ. lectia dupliciter accipitur.*
In exemptis etiam prouidet clericus diœceſanus ac ſupplet, & quando remiſſ. eod. num.
6 *Rationabiliter, ſine exceſſione modi.*
7 *Patroni, & eligẽtes ſi minus idoneos præſentauerint, vel elegerint, ipſo iure priuati ſunt iure præſentandi, vel eligendi.*
8 *Idoneum nullum, vel minus idoneum quis eligat, non refert.*
9 *Patroni clerici ius pinguius habent, quam laici patroni.*
10 *Extunc, temporis lapſi extremitatem ſignificat.*
11 *A correctione non appellatur, & in quo caſu.*
12 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 13.*
14 *Monaſteria non ſubſunt epiſcopo, niſi in procurationibus, & quando tertia tamen capellæ ſubſunt.*
Huius decretalis cum aliis iuribus, quæ refragari videtur, conciliatio, ibid.
C. inter cætera, 10. q. 3. intellectus, eo. nu. ver. & quod dicit.

CA-

CAPVT II.

1 **Sicut nobis.** C. Regulares † in ſuos vſus conuertere non poſſunt eccleſias, in quibus ius obtinẽt patronatus.& ſi infra tempus lateranen. concilij, quãdo vacant, non præſentent rectores ad eas, ſuperior ordinabit eaſdem. & communis † diuiſio. ſecunda ibi,
2 nolentes[Canonici] de quibus idem iudicium, de po-
3 ſtu.c.2.[Tuo epiſcopatu] vnde † iure cõi ſubſunt epiſcopo, niſi probentur exemptæ, de reli.do.cum venerabilis[Nituntur]primus exceſſus, Hoſt.[Nec volũt] ſecundus exceſſus, Hoſt.[& deſtituũt]tertius exceſſus [Admiſſos]per epiſcopos, & eſt quartus exceſſus[Antiquis] ad hoc, de conſtit.cum omnes,de conſuet.cum
4 conſuetudinis. Et notant per hoc Pet.& Abb. † ꝙ ad eccleſiam,quę conſueuit per ſeculares clericos regi, monaci regularem præſentare non poſſunt, quod verum crederem in non curatis, vel ſi pręſentarent illum vt
a clauſtralem, & facit cle.eod.tit.quia regulares,[a] & ibi
5 etiam de hoc[Inſolertiam] idest † incuriam, ſiue fatuitatem, alias inſolẽtiam.i.ſuperbiam. Hoſ.[Exẽptę] hodie etiam in exemptis auctoritate ap. prouidet, & ſupplet diœceſanus circa hoc; quod dic vt in Cle.eod.
6 tit.quia regulares[Rationabiliter]q.d.non † excedendo modum. inf.de oſt.ord.licet in corrigendis,& cap.ſeq.§.fi.de re iudi. quod ad conſultationem, in fi.Hoſ.
7 (Idoneas)ergo, ſi præſentant † minus idoneas ipſo iure priuati ſunt iure præſentãdi, ſicut eligentes iure eligendi.ſup.de elect.cum in cunctis,& c.innotuit,etiam
ſi ſint laici, ſm Hoſt.qui dicit aliquos contradicere. de hoc inf.de offic.ord.cum vos. Et dicit,ꝙ eſt duplex ratio huius iuris.prima, vt puniantur,in quo delinquũt,
8 ſupra de tranſla.quanto. ſecunda, quia † non refert, an nullum, vel minus idoneum eligant, de tranſlat.
9 capit.1.addit demum tertiam,quia † pinguius ius habent patroni clerici,quã laici, vt patet in eo,quod no. & l.de iure patr.quoniã,& c.cum propter. (Ex tunc)ſ.
10 lapſo † ſemeſtri[b] tempore,& a tempore notitiæ.infra
b c.1.hoc dicit.quia & gratiam poſſet illi facere. inſ.c.2.
11 [Remota]quia nõ † appellatur à correctione[Noue-
12 rint]& voluerint,de cle.non reſid.relatum.¶ In 1.gl.[ibi.§.Labeo] vide de poſtu.bonæ.inf.ſuper 3.gl.¶ In gl.tenentur[ibi.l.1.]ibi,vacatione gaudebitis, neque hoſpites ſuſcipietis.¶ In gl.vlt.[ibi,l.vlt.& 2.]& vide
13 hanc & ſe.in præ.c.vlt.ſup vlt.gl.¶ In gl.2.(in fi.)& c.tua.¶ In gl.3.ibi (in Lateran.)& c.de monacis,vbi ſatis dicam de hoc, & vide de except.cũ venerabilis,ad fi.¶ In gl.ſi.in procurationibus(ibi.Cathedratico)ſed
14 contra.monaſteria † non ſubſunt epiſcopo quo ad k.diœceſanam.10.q.1.cap.1.& 16.q 1.cum pro vtilitate.10.q.3.inter cætera, de ſtat.mona.c.1.ſol. illud in monaſterijs: hoc in eorum capellis.& quod dicit capitulum,inter cætera,Baſilicis monaſteriorum.i.Baſilicis, quæ ſunt monaſteria, ad procurationes tamen tenentur, ſi non ſunt exempta. inf.de pręſcript. cum ex officij, Goff.(& in fin.)& habet locum etiam in exemptis,vt eod.tit.c 1.lib.6.¶ In gl.ergo ſi exẽpti (in fin.) dic vt inf.de priuileg.c.1.lib.6.

ADDITIONES.

a ¶ Regulares.Ibi idem no.gl.& vide ad materiam.c.cum de beneficio,de præben.lib.6.& ibi Io.And.

b ¶ Semeſtri Licet iſte tex.loquatur in præſentando, tamen facit pro opin.Zeu.& Ber.de Gul.de qua in cle.1.eo.tit.& contra gl.3.ibidem,quæ in collatione loquuntur, quando collegium eſt negligens,vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Supplet ſuperior inferioris negligentiam in beneficijs conferendis ſeu. pore concilij Lateran.lapſo.*

Collatio poſt tempus concilij Lateranen.facta non valet,ibidem.

2 *Diuiſio capituli.*

3 *Iactura turpiſſima,quæ per negligentiam accidit.*

4 *Menſis computatio quomodo facienda.*

Temporis computatio non debet nimis arctari,vbi fraus ceſſat,eod.num.poſt medium.

5 *Collatio præbendarum primò ſpectat ad archiepiſcopum,& per eius negligentiam ad capitulum,& quo iure.*

6 *Collationis tempus non currit,niſi a tempore notitia.*

7 *Ex tunc,ex actis temporis declarat extremum.*

Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum, num.7.8.& 9.

Tempus currit a die ſcientia,& num.9.

Scire h c prælatus intelligitur quomodocunque ad eum peruenerit notitia,eod.num.9.idem in alio caſu,num.8.

CAPVT III.

1 **Licet magiſter.** Caſus. Supplet † ſuperior inferioris negligẽtiam in beneficijs conferẽdis, ſi tempus Lateranẽ.concilij lapſum ſit,& collatio per inferiorem poſtea facta non valet. Et prima
2 † pars deciſa narrat factum. Secunda dat iudices ſub certa forma,per quam ius ſuum Papa tuetur[Neglige-
3 re]ſm Senecam.1.ad Lucillum, in prin. Turpiſſima eſt
a iactura,quæ per negligentiam accidit[Confouemus][a] ꝰ.de immu.eccleſ.quoniã, lib.6.[Tempore ſemeſtri]
4 licet de hac materia.ſ.quot dies dẽt † habere menſis a iure ſtatutus, notauerim de elect. quam ſit, lib.6.quia tñ Hoſtien.hic plenius tractat,etiam hic proſequor.& arguit per hanc literam,quam dicit, duo ſemeſtria facere vnum annũ, & cui datur mẽſis,hẽbit duodecimã partẽ anni: cui dantur duo menſes,hẽbit ſexta partẽ:
b cui tres,quartam, & ſic de ſingulis. verũ quia annus[b] hẽt 365.dies,& 6.horas,talis cõputatio ſatis intricata videtur, cum per ipſam etiam ad diuiſionem nedum horarũ,ſed ẽt momentorum oporteat perueniri. Quare dñt aliqui primo mẽſe cõputandos 28.dies tãtum. Nam in omni patriâ ſolẽt recipi quattuor ſeptimanæ pro menſe, & ad talem conſuetudinẽ recurrẽdum eſt. ff.de flumi.l.1.de fundo inſtru.l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de ſuppelle.l.Labeo,de ſpon.ex litteris.1.ſeptimana verò hẽt 7. dies, ergo menſis 28. & facit ff.de
c verb.ſig.cum biſextus,[c] in fi.ſed ꝰ,quia pro duob.menſibus datur 61.dies.ff.de reg.iur. vbi lex:ergo pro mẽſe dantur 30. dies; & dimidius.imo vñ ẽt, ꝙ 31. C.de temp.app.l.2.§.quod ſi primo, & l.fi.§.ſin autem. ſed quod 30.tantum dentur, probatur, quia res vendita, infra duos menſes eſt redhibenda. ff.de redhibi. actiſi venditor, de his, & aliæ leges exponunt.i. infra 60.dies,eod.tit.ꝙ ſi nolit. §.ſi quis ita.& l.ædiles.§.1.ergo cõputandi ſunt 30. dies pro menſe, nec plures, nec pauciores. ad idem C.de iure delib. ſcimus.§.ſin autẽ dubius,& §.donec, in auctẽn.de hære.& Falcid. §.igitur, col.1.& patet in auct. vt cum de app. co.§.2.coll.8.ſignata.C.de iud.aute.iubemus. ſic etiam computatur. C.de adult.iure mariti. ff.de adult.ſi maritus peruenerit.c.§.nec non iure mariti, & l.ſi maritus.1.rñ,& l.miles.§.ſexaginta, & l.mariti.§.ſex menſium. Quid ergo in tanta iurium diuerſitate dicemus? ſo. videtur aliquibus ad calendarium recurrendum, & hoc cõiter ſeruatur,vt not.in præ.decre.quam ſit. Alij dicunt 30.dies computandos; quia in hoc plura iura concordãt, vt patet ex præmiſſis, arg. ff.de ar.l.diem.§.ſi plures. ſupra de elect.coram, & hoc tennit Pe.de ſen.excõ.ſacro,alleg.24.q.3.de illicita.Hoſt.dicit hic ꝙ in his ca-
d ſibus quibus hæc computatio[d] eſt expreſſè a iure terminata,nõ eſt recedẽdum ab illa, ſed ſm varios caſ. computabimus menſem 30.dierũ plus,vel minus, vt in eo caſu terminat.vbi vero ius hoc non determinat, ſicut cõiter in iure canonico eſt.videre, dẽt hanc de-

terminandam per bonum eccleſiaſticum iudicem, argum. de offic. deleg. de cauſis, de tranſact. c. fin. qui habens æquitatem pro occulis, & attendens, q ſimplicitate & veritate gaudemus, de iudi. dilecti, non debet nimis computationem arctare, ſed potius dilatare, vbi ceſſat fraus, de dolo. c. 1. quare factam electionem de epo. 91. & 2. vel 3. die, dũmodo ſit aliter canonica, po. ius confirmabit, q caſſabit: tũ quia triduum principij vacationis non videtur computandum, quo ſaltem ex honeſtate debuit ab electione ceſſari, de elect. bonæ 2. tum quia computatis 31. diebus pro menſe apparet canonicos nõ neglexiſſe, vt ex ſuperioribus patet: tum quia & ſi 91. die ɔpleti eſſent tres menſes, ſatis videretur ineſſe, quod fieret ĩ. ſequens biduum, ad hoc de regu. ad noſtrã & c. ɔſtitutionẽ, lib. 6. & ĩ. de desp. impub. atteſtationes. Sed quia forſan nõ omnes ſuperiores ſic arbitrarẽtur, conſulit Hoſt. canonicis, q ſe nõ arctent, de off. deleg. cõſuluit, quod, n. vituperari poteſt &c. de ſeruis non ordi. c. 1. cum. n. ɔſtitutio, ne pro defectu ſit ſtatura in odium negligentiũ, forte ſuperiori videbitur reſtringenda, inf. de reg. iur. lib. 6. odia, vt in princ. dixi: cõiter ſeruatur, quod ſcripſi de elect. quã

5 ſit, in gl. 6. [Ad archiepiſcopum] dixit Innoc. q † ad archiepm primo de conſue. ſpectat collatio præbẽdarũ. ad capitulum verò ſpectat pp negligentiã archiepi, de conceſs. præben. qm, Hoſt. dicit, q de iure cõi ſpectat ad archiepm, remittit ad no. per ipſum de elect. cũ ec-

6 cleſia, ad capitulum [no. † m Inno. q etiam ei, ad quẽ iure deuoluto pertinet collatio; non currit tempus,

e niſi a tempore notitiæ. [Idem in illo, ad quem ſpectat ſiue iure cõi, ſiue priuilegio, ſiue conſuetudine [A notitia] concordat de appel. cõcertationi, lib. 6. [Alium] puta patriarcham, vel primatem [ex tunc] elapſo an-

7 no. ¶ Secunda gl. arguit, dein intra allegat, & remittit. ¶ Tertia gl. alleg. vnam concor. ſignat ɔria, & ſoluit.

8 ¶ Vlt. improbat opinionem, & ſoluit ɔ̃riam. ¶ † In gl. 2. [ibi, l. vlt.] ſi filius ſ 4. bonorum poſſeſſionẽ ſibi delatam prima die agnouit, centum dies incipient currere, ex quo patrem certiorare potuit [& ibi, petitam] ſcire dicitur is, cui denunciatum eſt, vel literis, vel edi-

9 ctis aduocatus eſt. ¶ † In glo. 3. [in fi.] ſcire autem prælatum intelligo in hoc caſu, quomodocunque ad eum peruenerit, quocunque denunciante per prædictum. §. petitam, 22. q. 7. hoc videtur, Gof. ¶ In gl. vlt. [in fi.] Idem Vinc. hic, & ſupra de conſtit. cum acceſſiſſent, in 1. gloſſ.

ADDITIONES.

a Conſonemus. No. quod hic Papa pro ſe ſupplet de facto. Facit quod no. Io. And. te conſuet. cum inter.

b Annus. Vide pulchrè Alb. de Roſa in ſuo dictio. in ver. annus, vbi multa dicit de iſto anno.

c Biſextus. Ibi vide Bart. qui idem tenet, quod Io. And. niſi l. per dinumerat. onem dierum aliud dicat.

d Computatio. Vide latè per do. Iaco. Butr. in ſuo tractatu de cõputatione termini, qui habetur in formis, col. 3. cum ſequen.

e Notitiæ. Facit ad q conſtitutionis epiſcopalis, qua cauetur, qd intra tres menſes fiat ex cutio teſtamentorum, de qua per Bar. in l. quæro. ff de h s, qui not. infa. qua currit tempus à tempore ſcientiæ, & an hoc ſit regulare tempora currere a tempore notitiæ, vide Cyn. Doct. & Bald. & Saly. in l. quandiu. C. qui admit. ad bo. poſ.

SVMMARIVM.

1 *Collatio non valet facta lapſo tempore concilij Lateran. niſi de miſericordia toleretur, & cuius miſericordia. num. 6.*

2 *Capituli diuiſio.*

Tempus ſemeſtre, Lateranen. concilij pro quolibet electore, & a tempore notitiæ computatur, ibid.

3 *Inſtitutio pertinet etiam ad inferiores epiſcopo.*

4 *Alioquin, quid comprehendat.*

Legati non de latere beneficia conferre non poſſunt, niſi authoritate Papæ ſpeciali, ibid.

5 *Suffragium, & additio gloſſarum. num. 6.*

Ratificare collationem nullam non poteſt inferior Papa, licet denuo conferre poſſit, ibid. num. 6.

C A P. IIII.

1 Litteras. ¶ Si is † ad quem ſpectabat beneficij collatio, lapſo tempore Lateranen. concilij conferat, non valet col-

2 latio, niſi de miſericordia toleretur. communis † diuiſio. 2. ibi, diſcretioni [Tanto tempore] computatis ſex menſibus pro quolibet electore, & a tempore notitiæ, vt ſupra c. proxi. [innotuit] ipſis prælatis, vel capel. volentibus vos in fraudem præuenire, vel moram purgare [Inſtituere] & ſic etiam † ad inferiores epiſcopo ſpectat inſtitutio, de quo remittit Hoſt. de offi. c. arch. cum

3 ſatis, de priuil. c. 1. §. ſanè. lib. 6. [Alioquin] i. ſi † perſonis idoneis aſſignata nõ ſint auctoritate noſtra ſpeciali, quia non erant de latere, ĩ. de offi. leg. officij lib. 6.

5 ¶ † In gl. 1. [ibi obſeruare] a l. 4. eſt, & vide de for. cõ-

2 pet. ex tenore, ſuper vlt. gl. ¶ † In gloſſ. 1. [in fi.] vnde

6 ſine hac patientia, vel noua collatione non poterant illa ſine peccato tenere, vt hic, & not. ĩ. de elect. quòd ſicut, & c. eccleſia. & de renunc. niſi, Innoc. q de patientia dicitur, intelligit Hoſtien. Papæ: quia inferior, licet poſſet de nouo conferre, dummodo ipſius tempus nõ ſit lapſum, non tamen poſſet ratificare, ſupra de elect. c. auditis.

A D D I T I O.

a Obſeruare. Ibi vide Bart. ſuper iſta tacita approbatione, & patientia.

SVMMARIVM.

1 *Collatio fieri non poteſt ab eo, ad quem ſpectabat, lapſo concilij Lateran. tempore.*

2 *Capituli diuiſio.*

Decretalis hæc alibi collocata erat in 4. compilat. ibid.

Epiſcopus eligit aliquando vt prælatus, aliquando vt canonicus, & ideo diuerſè ſtatuitur, ibid. ver. epiſcopus.

3 *Spectare, conſuetudinem reſpicit.*

4 *Electio non prouiſio deuoluitur ad ſuperiorem per negligentiam primorum eligentium intelligitur ex verbis electione confirmetis, in decretali poſitis.*

5 *Eligere vnus ſolus dicatur, remiſſ.*

6 *Epilogus gloſſarum.*

Electio beneficij, vel præbenda collegiatæ eccleſiæ pertinet ad prælatum, & capitulum, niſi aliud conſuetudo habeat, ibidem.

7 *Additio gloſſarum.*

Curam animarum, & præbendas confert nullus abſque auctoritate epiſcopi.

C A P. V.

1 Dilecto Caſus. Is, ad † quem primo loco ſpectabat collatio beneficij, lapſo tempore Lateranen. concilij con-

2 ferre non potuit. † Et prima pars deciſè narrat factum, ſecunda ibi, quia nobis, diffinit. tertia ſub conditione confirmationem committit, ibi, mandamus, quatenus. Et fuit hæc decret. in quarta compilatione ſub tit. de præben. [Conſtitit] colle quod eſt ſupra, electionem ſupradicti &c. [Epiſcopus] qui vt prælatus, non vt canonicus vocem habebat: aliter locum haberet, quod dicitur de conceſs. præben. poſtulaſtis

3 [Spectat] Hoſtien. dicit, q hoc † verbum conſuetudinẽ reſpicit [Minus canonice] pp defectum poteſtatis in Archiepiſcopũ iam translate [A decano] fortè dicebat iſti, quod de epiſcopo ad eos erat deuoluta poteſtas [Impedire] repete, decernim' [Dicto G.] electio ab Archiep. copo

ẽhiepiſcopo in cantorem, Inno.[Electionem]iſtud ver
bum,& verbum, confirmetis, quod ſequitur, facit ad
illam partem, ꝙ ad ſuperiorem per negligentiam pri-
4 morum eligentium † non deuoluatur prouiſio, ſed ele-
ctio.de hoc dixi ſup.de elect. ne pro defectu, ſup ver.
ordinare.& dicit Hoſt.iſtud verbum, electionem, face
5 re contra Goffr.qui dixit, ꝙ vnus ſolus non eligit, &
6 remittit, de poſtu.gratum.¶ † Prima glo.rñ.per q. qs
eligat ad præbendam, vel beneficia eccleſiæ collegia-
tę,& dicit ꝙ prelatus,& capitulum, niſi aliud habeat
conſuetudo, cui ſtatur, ſignat contrarium, & ſoluit.
7 ¶ † In gl.1.[ibi, nullus omnino]ibi dicitur, ꝙ curam
animarum, vel præbendas nullus confert ſine auctori-
tate Epiſcopi[& in fi.]ad hoc ĩ.ne.ſede vacante.ca.v-
no,& de regula.c.vlt.lib.6.

De temporibus ordinationum, & quali-
ta.ordinandorum. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio ſiue continuatio huius cum cæteris præcedentibus rubricis.*
2 *Ad rubricam ſiue titulum hunc vbi in locis alijs ſub ſimili titulo, vel ex eis pertinentia tradantur, & num.3.*
Epiſcopi promouentes indignos ad ſacros ordines puniuntur, eod.nume.
3 *Ordinari qui non poſſint.*

1 ¶ † Viſo de promotione prælatorum, tractemus de or
di.cleri.quia certis temporibus, & cum ſcrutinio ha-
2 bent fieri, ideo &c. Goffr. de prima † parte Rubricæ.
75.diſt.per totũ.de ſecũda parte a 25.diſt.vſq. ad 50.
& ab 81.vſque ad 91.repetitur hæc Rubrica in 6.Item
ad primam partem, de elect.ꝙ ſicut.§.1. facit de offi.
Arch.c.ſignificaſti.ad ſecundam, de elec.nihil eſt.§.
epiſcopi.nam puniuntur epiſcopi, qui non dignos pro-
3 mouent ad ſacros.Item † accuſatus pendente accuſa-
tione non ordinatur, de teſtib.c.fi.nec coniugatus, de
cler.coniu.c.2.de conuer.coniu.coniugatus; nec excõ
municatus, de ſentent.excom.cum illorum.item facit
de preben.ſi epiſcopus, lib.6.de priuil.Abbates, in fin.
eod.libr.

S V M M A R I V M.

1 *Ordines ſacri diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecoſtes ab alio, quam a Papa conferri non poſſunt, & a quibus conferri omnino nequeant, nu.2.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Velum conſecrationis virginibus a quibus & quibus diebus item velum profeſſionis a quibus detur.*
4 *Tempora quatuor ſunt in ſeptimana ſequenti Pentecoſtes diem.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſ.nu.5.& ſequen.*
Albis paſchalibus, ideſt, in tota ſeptimana paſchali, ibid.

C A P V T I.

1 Subdiaconus. C. Diebus † dominicis, vel ſabbato Pentecoſtes
ſacri ordines ab alio, q̃ a
2 Papa cõferri non poſſunt,& ſunt tria † dicta, ſcd̃m ibi,
quamuis, tertium ibi, ſabbato[Nulli]Pontifici, quod
ſequitur.de inferioribus enim non eſt dubium, quia il-
li non conferunt ſacros[Virgines]vt dicit hic Inn.ve-
3 lum conſecrationis † a ſolis epiſcopis & ſolis virginib.
& ſolis ſolemnitatibus, vel diebus Dominicis datur, ni
ſi neceſſitas ingruat; ſicut & baptiſmus omni die tunc
datur, 20.q.1.deuotis, de cõſec.di.4. venerabilis,& c.
baptizandis.velum autem profeſſionis nullus Ponti-
fex dat viduis, vt in præalleg.c. deuotis,& vide quod
ibi not.non obſt.quod met.cau.c.1.quia ibi imponere
ſimulauit ſecundum Inno.& Hoſti.qui de his velis hic
not.quod no.ĩ.de reg.vidua[Pentecoſtes]nec natiui-
tatis Domini, in quo tamen aliqui errauerũt ſecundũ
Hoſt.ſed de illo feſto non ſic dubitabatur: quia non sẽ
per, imo valde raró occurrit feſtũ illud in Dominica,
4 vel vigilia in ſabbato[Septimana]qua† ſunt quattuor
5 tempora.76.diſt.de ieiunio,& ca.ſi autem.¶ † Prima
gl.arguit, ad contrarium alle.8.iura,& ſoluit.¶ Vl.gl.
ſignat contrarium,& ſoluit.¶ In 1.glo.[ibi, cum dubi
tatur] ibi imperator indignum reputat aliud in vrbe
ſeruari,& aliud in prouinciis[& ibi, Quod Romę fit]
ibi dicit, ſpectandum non quod fit, ſed quod fieri de-
a bet [a][& ibi.§.vlti. in fi.]ibi dicitur neceſſe eſt oẽs pro-
uinicas caput omnium noſtrarum ciuitatum.i.hãc re
giam vrbem, eiuſq. obſeruãtiam ſequi.¶ In gl.1.[ibi,
ſubditi eius]11.diſt.nolite, vbi de hoc & ĩ.de ſummi.
trini.c.1.lib.6.[& in fi.]ad hoc 93.diſti.illud.¶ In gl.
2.ibi, albis paſchalibus.i. in tota ſeptimana paſchali
[& in fi.]& idem ibi Io.& hic T.Vin.& Phil.non enim
poſſunt omnia vno canone comprehendi.ff. de legi.l.
non poſſunt.Goffr.

A D D I T I O.

a Debet.Vide Bald.in l.3.ff.de off.præſid.per illum text.qui optime probat.

S V M M A R I V M.

1 *Ordines ſacri, vt conferantur extra tempora ſtatuta, non valet conſuetudo.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Vualia vbi nam ſit locorum.*
3 *Dedicationes eccleſiarum fieri poſſunt etiam diebus priuatis.*
4 *Verborum in alia reſolutio, & num.5.*
5 *Depouere ſumitur hic improprie.*
Priuari pro ſuſpendi, vel ſuſpenſos teneri, ibid.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum.nu.7.*

C A P V T II.

1 Sane. Caſus. Non valet † conſuetudo, ꝙ extra
ſtatuta tempora ſacri ordines conferan-
tur.& communis diuiſio.ſecũda ibi ſigni-
ficamus[Vualię]ſup.licere epiſcopis.& dicit Ala.quod
2 hæc eſt † terra in quadam inſula Angliæ; & debet ſcri
3 bi per duplex V.non per G.[Dedicationibus]quę † fie
ri poſſunt etiam diebus priuatis.ĩ.de conſecr.eccleſi.
vel alta.tua[Promouere]ſupl.& quæris, an toleranda
4 ſit talis conſuetudo[Significamus]i.ſignificando † mi-
demus[Ordinati]no.tempus non eſſe de ſubſtãtia or-
dinationis[Miniſtrare]niſi ex diſpenſatione.ĩ.eod.cũ
quidam[apud nos]i.noſtrates.concor.de fac.vnc.ca.
vno, in prin.quaſi dicat ſecũdum iura noſtra,& conſue
tudinem Romanæ eccleſiæ, quæ ab omnibus eſt ſequẽ
5 da.ĩ.c.prox.[Deponerentur]i.tanquam † depoſiti ab
executione arcerẽtur, vel ſuſpenderentur ſecundũ Ho.
& Eg.[Priuarentur]i. ſuſpenderentur, vel ſuſpe ſi tene
rẽtur, ſicut probatur de ordinatis,& ordinãtib.ĩ.eod.
cum quidam, & c.litteras. & c.ſeq.per quem patet, ꝙ
6 hic eſt pœna male ordinantis.¶ † Tertia gl.arguit, al
legat quattuor iura, demum arg.determinat,& tripli-
cem veritatem diſtinguit.¶ Vlti.gl.arg.alleg. duo iu-
ra & tria allegat in contrarium, & tripliciter ſoluit.
7 ¶ † In gl.arg.ꝙ[ibi, Commeſſationes]vbi de hoc [&
ibi, Nec veritas iuſtitiæ]idem no.in §. pro graui ĩ.al-
leg.in gl prout Gregorius,& vide quod ibi dixi.¶ In
glo.vlt.[ibi, 4.diſt.denique]vbi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Ordines minores cōferri poſſunt diebus feſtiuis & a quibus, nu.2.ſacri vero quando, & a quo, & nu.4.*
Diuiſio cap.ibidem.
3 *Conſecrari poſſunt virgines diebus feſtiuis, & quibus.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.nu.6.& nu.ſequen.*
7 *Ordines minores an & quando poſſunt ſimul conferri.*

CAPVT III.

1 De eo autem. Ca. Minores ordines con
ferri poſſunt diebus feſti-
uis: ſacri vero conferri de
bent in 4.temporibus, vel ſabbato ſancto, vel de paſſio
ne.communis diuiſio.2.ibi, taliter reſpondemus [An
liceat] generaliter loquitur, non dicens, cui, & accipe
promoueri, quod eſt j. Hoſt. [Aliquos] q.d. paucos. &
dicit Hoſt. ꝙ caute fuit quæſitum, & cautius rñ. [Eṗs]
2 arguit † Hoſt. ꝙ hoc alijs inferioribus non liceat, arg.
de transla.inter, ſed remittit ad not.de æta. & qua. cū
contingat, vbi tenet, ꝙ Abbates diebus dñicis hoc pñt
3 [Feſtiuis] quibus poſſunt virgines conſecrari, de quib.
ſ. c.1. Alij latius intelligunt.ſ.de feſtiuitatibus ſpeci-
ficatis. j. de fer.c.fi. dicit Ho. quod cum papæ ſit inter-
pretatio, tutius eſt prius dictum de prima tonſura. di-
cam poſt eum. j. c.pen. [Quattuor temporibus] dicūt
Io.Tan.Vin.& Hoſt.cum cantatur, ſitientes [Romano
4 Pontifici] ſ.c.1.ipſe † enim conſiderata ptātis plenitu
dine, ſemper & vbique hoc poſſet; ſimile de vſu pal.ad
5 honorem, de elect.ꝗ ſicut, §.præterea. ¶ Prima † glo.
quærit, & ſoluit. ¶ Secunda gl.rñ.per quæſtionem, an
6 omnes minores, &c.& ſoluit. ¶ In † gl.1 [in fi.] idem
Ala.Tan.Goff.Innoc.ſed Hoſt. ꝯ inhærens literæ: quia
quæſitum de al quib.s, & reſponſum de duob.& quia
dies iſti ſæpius iterantur, non cogit neceſſitas ſentire
contrarium. ¶ In gl.2.ibi, niſi conſuetudo] idem hic
Tan.Vincen.Goffred. Phi.Innocen. Ioan.dicit, quòd
7 † tunc poſſent omnes ſimul conferri, quādo conſuetu
do hoc habet, aliter non, de iure. hoc not.75. diſtin. c.
3.& clarius 78.diſtinctio. quicunque, in 3.gloſ.& ipſe
Goff.huic dicto Io.concor.in decr.cum Hoſt.dicit hic,
quod primam tonſuram, & quattuor minores nō licet
conferre, cum talis ordinatio nec per ius, nec per cō-
ſuetudinem approbetur, & collatio plurium ordinum
vna ſit generaliter reprobata, infra eo.literas, & c.di-
lectus.non vult iſta opin.quem vna die eſſe laicum, &
acolytum. Item facit, quia de pſalmiſta non dicitur
hic in text. ¶ In gloſ.vlt. [ibi, ordinationes] ibi voca-
tur ſabbatū medianæ quadrageſimalis hebdomadæ.

SVMMARIVM.

1 *Ad ordines non promoueatur criminoſus occultus poteſt mo neri, ſed prohiberi non debet, & num.16. & qualis criminoſus, & an ad maiores aſcendere queat, ibid. & nu.7. faciunt num.ſequentes.*
Diuiſio decretalis, ibid.
2 *Publicum pro notorio.*
Degradari verbaliter eſt deponi, ibid.
3 *Cœpit qui facere quid, videtur eſſe ſatis, & quando.*
4 *Epilogus, ſuffragium & Additio gloſſarum, numer.5.6.& num.inferioribus.*
8 *Celebrare qui prohibeatur ob crimen, & nu.9.10.11.12. 13.14.& 15.& quis, & quando ſit opus diſpenſatione, vel ſola pœnitentia, ibid.*
9 *Ius naturale continetur in lege, & in euangelio.*
Diſpenſare cum criminoſis & quibus poteſt epiſcopus, & numero 10.11.12.13.14.& 15.et ſup.7.et 8.
10 *In diſpenſando quas debeat attendere circunſtantias, et vti cognitione.*
11 *Criminoſus licet celebrare non poſſit, an debeat abſtinere a beneficio percipiendo, et qualis, et num.12.et 13.*
12 *Scandalum per diſpenſationem tollitur, et quorum ſcandalū debeamus curare, et minus ſcandalum quod dicatur, et poſſit excuſari.num.13.*
14 *Eligi non poteſt, qui celebrare prohibetur, et quis.*
15 *Irregularis non poteſt abſque diſpenſatione celebrare.*

CAPVT IIII.

1 Ex tenore. Caſus. Criminoſus † occultus
moneri poteſt, ne promoueatur
ad ordines, ſed prohiberi nō de
bet, & facit ad ſecundam partem Rubricæ. & com-
munis diuiſio. ſecunda ibi, verum quoniam [Deliquit]
forte enormiter, puta inceſtum: & tamen diſpenſatio-
nem nō requirit, vel vſuram exegit, quam tamen reſti-
2 tuit, Inn. [Publicum] ideſt † notorium, Pet. [Degrada-
retur] verbaliter.i.deponeretur, de pœnis.c.2.in princ.
lib.6.de hoc dicam inf.de iudic. cum non ab homine
3 [Parte pœnitentiæ] de fur.cap.fi. & faciunt hæc † ad
quæſtionem de tutore, qui cœpit facere inuentarium,
ſed non perfecit, qđ agere poſſit, de qua in Spec.de tu-
2 tore.§.generaliter, verſi.quid ſi cœpit. [Quo] ſuſcepto
ordine [Contentus] quia non in ſublimitate, &c. j. ca.
proxi.in fi. [Voluerit] perſuaſioni non parens. ¶ Secū-
4 da † glo.alleg.4.concor.& in contrarium tria iura: po
nit opin.quam reprobat: demū ponit opin.Hu.& Tan.
qui dixerunt quattuor conſideranda. ¶ Vlt.gl.*ſignat*
5 ꝯrium, & tripliciter ſoluit. ¶ In † 3.gloſ.]ibi, Iuratura
do] de periur o loquitur non diſtinguendo publicum
6 ab occulto. ¶ In † 1.gloſ.in fi.]ſup.commiſit, quæ me
diocria ſunt, Tan.& Hoſt. dicit Abb. quod contra hāc
lecturam eſt litera infra. ad ſuperiores ordines nō aſcē
dat. Nam in illis acta pœnitentia impediri non debet,
& ſic contra. infra capit.fin. Quare alij ſecundum eum
intelligunt de enormibus.ſ.homicidio, & ſimonia. ſed
huic lecturę obſtat finis. quo dicitur, quod aſcendit ad
ſuperiores contra decret. vlt. infra eodem titulo. ſed ip
ſi Abb. placet prima lect. Nec ob. litera contraria, quę
de conſilio loquitur. ¶ In gloſ.2.ibi, ſine peccato] ec-
cleſiaſti.31.quis eſt hic, & laudabimus illum. & ibi Hu.
Tan.& Innocen. Sed Goff.dicit, hos ar. fractus ſublatos
per decret. vlt. infra eodem tit. Hoſtien. vero remittit
ad ſummam. eodem titulo. §.& cui, ſub §.prima regu-
7 la [& ibi, Et † ad maiores aſcēdere] & putat Innocen.
quod hoc poterit ſine peccato. j. de apo.c.1.in fin.& ſi
ne diſpenſatione epiſcopi: quia ſufficit abſolutio ſa-
cerdotis ex poteſtate clauium, argum.6.quæſtione pri
ma, illi qui, quamuis meritoria ſit humilitas, ſi volue-
rit abſtinere. hoc verum puta, niſi crimē ſit tale quod
impediat executionem officij poſt pœnitentiam, de
quo ſatis no. ſup. de renun. niſi. §.propter conſcientiā.
talis enim licet prohiberi non poſſit propter peccatū
occultum. j. de ſimo. ex tuæ, peccat tamen, ſi promoue
tur, ar. 1.q.1. erga ſimoniacos [Et ibi. promoueri] & di
cit Innoc. ꝙ iſte forte non eſt monendus. vt abſtineat
a promotione ordinum [& ibi, Quæſtio. vlt.] de hoc in
ſumma [& in fi.] de hoc ea. diſt. in ſumma, & capit. de
his.2.& in Spec. tit.2. §.antepe. ver. hoc quoq. e. dice-
8 bat Innoc. hic, ꝙ † nō credit peccare illum, qui ſtatim
facta confeſſione celebrat, licet bonum ſit conſilium,
ꝙ prius ꝓ parte ſatisfaciat, vt hic. ſed & ſi attēdamus
9 ius † naturale ꝙ hr̄ in lege, & euangelio, vt in princip.
decretorum. ſ. de ꝯſue.c.fi. planū eſt, ꝙ nullus exiſtēs
in mortali debet celebrare, aliter ſibi iudiciū mandu-
cat, & bibit. in. de coha. cle. & mu. c.fi. cum ſuis cōcor.
& ſm idem ius quātumcunq; fuerit criminoſus, ſi mo-
do eſt ſine peccato, & Deo placens, ſecure celebrat, qđ
probatur exemplo Ieſu ſummi ſacerdotis, & Dauid,
apoſtolorum Petri, & Pauli, & multorum, 60. diſt. pon-
deret, & c. qđ eſt, & c. cū exaudiero, & c. dño ſancto.
huic tñ iuri naturali ſcī patres ſimulatas pnias multo-
rum

rum experti aliquid voluerunt addere, & ideo hic re-
ſtrinxerunt, quod eis licuit. ĩ. de bigamis. cap. 2. & ſta-
tuerunt, quòd ex quo aliquis eſſet conuictus de crimi-
ne, ſiue pœnituiſſet, ſiue non, non deberet promoueri,
& promotus deijceretur, nec reſtitueretur. 50. diſt. de
presbyterorum, & ca. peruenit. & c. ſi poſt, & c. vt con-
ſtitueretur. Sed per hoc non fuit ſubtracta epiſcopis
b poteſtas diſpenſandi[b] cum vere pœnitentibus, vbi ſcã
dalum non eſſet. 50. diſt. vt conſtitueretur, & cap. do-
10 mino ſancto, debet † enim diſcretus epiſcopus in di-
ſpenſando, & pœnitentiam peractam, & ſcandalum, &
bonitatem perſonæ, vtilitatem & neceſſitatem eccle-
ſiæ, & alias circunſtantias attendere diligenter. Nam
cum ſummaria cauſæ cognitione danda eſt diſpenſa-
tio. 1. quæſtio. 7. diſpenſationes, & cap. ſeq. 7. quæſtiõ.
1. ſcias, concor. quod dicam infra de ſi. presb. veniens,
ſuper gloſſ. quia quod. Vnde ſi quis in mortali peccato
fuerit deprehenſus, propter ſcandalum, quòd eſt in po
pulo de oblatione talium ſtatutũ eſt, non vt celebrent.
50. diſtinct. de his vero, & idem eſt, ſi conuicti fuerunt,
vel confeſſi, vel aliter notati. 50. diſtinct. ſi quis diaco-
nus, & cap. ſi epiſcopus, & hic, & infra cap. quæſitum,
niſi fuerit diſpenſatum. 61. diſtinct. miniſtri. 81. diſtin.
presbyter, quod fieri debet, ſi vere pęniteat, vt 50. diſ.
11 ſi quis diaconus: a beneficio † tamen percipiendo non
præcipitur abſtinere in dictis capitulis, ſed ab officio
tantum, & ar. 52. diſtinc. ca. 1. ab officio igitur abſtine
re debet propter ſcandalum, ex quo deprehenſi ſunt,
vel conuicti. Nam, & ſecundum ius naturale ſcanda-
c lum[c] eſt vitandum, vt patet de noui operis nunc. cap.
12 2. §. fi. ſed nonne † & ſcandalũ remanet, etiam ſi fuerit
diſpenſatum? reſpond. non, quantum ad catholicos
credentes firmiter, quòd pręlati habent poteſtatem li-
gandi, atque ſoluendi, & diſpenſandi. 50. diſtinct. pon
deret, & cap. vt conſtitueretur, de hæreticorum autem
ſcandalo non curamus, vt patet. 11. quæſt. 3. inter ver-
ba. ĩ. de voto, magnæ, §. cum igitur, ver. de illis. ¶ Sed
dices, vbi neſcitur deprehenſio iſta, non eſt ſcandalũ,
ergo licet offerre. reſpond. non eſt verum. quia vix eſt,
quando talia notoria ſint, & iura ſolent ad ea, quæ fre-
quentius accidunt adaptari: ſed nec poſſunt omnia
diffiniri. ff. de legi. nam ad ea, & l. non poſſunt. vnde,
& idem dici poteſt, ſi ſcandalum ceſſet, quod ſemel or-
tum eſt, hæc autem vera ſunt in capitalibus crimini-
bus, & vbi quis confeſſus eſt, vel conuictus, & maxime
condemnatus, vel in crimine publice deprehenſus.
Nam talia éxcuſationem non habent: ſecus de his
quæ & ſi euidentiam habeant, tamen excuſationem
13 habere poſſunt, & minus † ſcandalum inde genera-
tur; ſicut eſt tenere plures curas, quæ non obſunt ele-
cto, niſi tempore electionis ipſas habuerit, vt ſup. de e-
lect. dudum. 2. hic enim ſatis poteſt dici quòd poſt per
actam pœnitentiam licitè celebrabit, & idem ſi fecit
tumultum in concilio. 5. quæſtio. 4. in loco, vel ſi fuit
excommunicatus. 4. quæſt. cap. 1. vel contumax hæc e-
nim, & ſimilia multoties excuſantur. infra de accuſ. cũ
dilecti. Alii tamen dicunt, quòd qualitercunque noto-
rius ſit exceſſus, & maxime ex quo ſcãdalum generat,
poſtea etiam acta pęnitentia celebrare non debet, ſub
diti tamen crimínoſi officium audient, quouſque ſen-
tentialiter condemnentur. 8. quæſt. 4. nonne. 28. diſt.
conſulendum. inf. de coha. cle. & muli. veſtra, vbi de
14 hoc. Sicut † autem talis celebrare prohibetur, ita & e-
ligi. Qui enim celebrare non poteſt, eligendus non
eſt. inf. de cle. excom. mi. ſi celebrat, & hoc expreſſum
eſt de conuicto, de elect. ſuper eo. et de confeſſo. infr.
de confeſſis, cum ſuper, et eadem ratione idem di-
ci poteſt et de deprehenſo, de iu. cum non ab homine.
Sicut autem talis ad epiſcopatum prohibetur eligi,
ſic et ad dignitates minores. ſup. de elect. per inquiſi-
tionẽ. ĩ. de exceſſ. prælat. inter dilectos. Si autem crimen
occultũ ſit, quantuncũq; graue acta pęnitẽtia, vel par-
te ipſius; ẽt ſine diſpenſatione celebrabit, vt hic, & inf.
cap. 1. de apo. c. 2. niſi ſit tale, quod poſt pñiam impe-
15 diat executionẽ, vt ſ. no. irregularis † aũt ſine diſpen-
ſatione celebrare nõ debet. 50. di. ex pęnitentibus. Eſt
tamen cũ tali, ſi occultũ fuerit, diſpenſandũ, ſm id, qđ
legitur, & not. ſup. de renun. niſi cũ pridem, §. perſonę,
ſecundũ Inn. cuius eſt gl. quã ad lrãm poſuit Hoſt. ¶ In
gl. vlt. [ibi, & c. nolo] ĩ. de ele. ſi religioſus, in prin. li. 6.
[& ibi, vel verius] Idẽ Hoſ. [& ibi, vel dignitatis] dicit
16 † Vinc. ꝙ occultũ peccatorẽ ꝑlatus ab ordine repelle-
re non põt, ſiue ordo petatur ad titulũ, ſiue non. Saluo
eo, ꝙ non tenetur e pſ ordinare non habentẽ titulum:
conſulit tñ Hoſt. ꝙ epſ habens læſam cõſcientiã alteri
cõmittat ordinationem. ff. de neg. geſt. at qui natura.
§. cum me abſente [& in fi.] Ala. 2. vel dic, ꝙ pñiarius
eum non põt prohibere, vt hic, ſed prælatus bene. ĩ. c.
prox. Innoc. vel prælatus prohibere non debet, vt hic,
ſi tamen prohibeat, eſt parendum, vt ibi.

ADDITIONES.

a Cęperit. Vide per glo. Doct. & d. Barth. de Saly. in l. tutores. C. de adminiſtrat. tuto.
b Diſpenſandi. Vide Panor. & alios in c. at ſi clerici, dum allegant iſta iura hic allegata per iſtum. inſ. de iud.
c Scandalum. Vide multa ſpecialia de ſcandalo aggregata extẽsè per do. Fely. in c. nihil, extra de præſcript. & alibi ſępe, vbi do. Fely. enumerat. 34. ſpecialia.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari non debet religioſus contra prælati ſui prohibitionem.*
Diuiſio cap. ibid.
Huius cap. cum proximo ſuperiori diuerſitas quæ, ibid.
2 *Prępoſiti appellatio nomen generale, & quos cõprehendat.*
3 *Charitas, dilectio Dei, & proximi.*
baret,ſi prælatus conſanguineum egentem non indi-
gnum præferret magis idoneo non egenti in ſimplici
beneficio,cum & talibus prouidere teneatur.68.diſtin
ctio.non ſatis,de cohabit.cleric.ca.1. de teſtam.rela-
tum.§.licet[& ibi, Nullus itaque] de electione, quali-
ter,& capit.per inquiſitionem.Hoſtienſ.[& ibi, Supe-
16 rior] nec† promouendus etiam ſi tacite conſentiat, ſe-
cundum Hoſtienſ. qui dicit hoc caſu vrgente neceſ-
ſitate,& vtilitate eccleſiæ ſuperior, papa in epiſcopa-
tibus,ordinarius in inferioribus cum illo diſpenſare.&
17 ſubdit,quod tanta † poſſet eſſe neceſſitas circa epiſco-
patum. quòd metropolitanus cum conſenſu capituli
poſſet epiſcopatus cuſtodiam perſonæ idoneæ com-
mittere vſque ad beneplacitum papæ; alleg. de elect.
nihil.§. pen. ſupra eodem,a multis, de ſimo.ſicut no-
bis. vide de ſupp.negl.prælat. ſi epiſcopus, & c.ſequ.
18 libr.6.[& ibi, Quibuſdam]& ibi † not.in vlt. gloſ.qua-
re non committatur ſimonia in precibus porrectis, ſi-
cut in pecunia [& ibi, Spirituales] dicebat Hoſtienſ.
19 quod † preces patronorum, quorum etiam conſenſus
requiri conſueuit, poſſunt dici quaſi ſpirituales, de e-
lect.cum terra,de iure patron.nobis[Et in fine]& cap.
ordinationes,vbi de hoc,& 8.quæſtio.2.in ſumma, &
quæſtio.1.Moyſes,Hoſtien. prolixius notat hanc ma-
teriam, quod videas in ſumma, de ſimon. §.qualiter
committatur.ſub §.lingua,per quæ,hic per eum nota
ta decido. Sed Innocent.notauit hic dici poſſe, quod
ſiue pro alio quis roget electores, vel alios quoſcunque
etiam pro indigno ſiue pro beneficio,non tamen tali-
ter promotus dicitur habere beneficium ſimoniace,li-
cet peccet fundens preces iniuſtas,niſi faceret id inten
dens illū exonerare ab aliquo ſeruitio, vel debito,quo
ei teneretur.tunc enim dicitur ſimoniacum, quia in ta
libus idem eſt remittere, quod dare, etiam ſi remit-
tatur naturalis obligatio tantum, qua quis obliga-
tus eſt ad antidora,argum.ff.de calum.l.2.& 3.in prin
c cip.ff.de petit,hæredit.ſed & ſi.§.conſuluit.[c] 1.quæſtio.
1.ſi qui ſunt,de ſimon. querelam. ratio, quia vt com-
mittatur ſimonia,oportet quod munus interueniat. 1.
quæſtio.1.ſunt nonnulli, tales autem preces frequen-
tius interponuntur non pro munere, ſed pro conſilio,
licet ſæpe iniuſto, vel inhoneſto.& ideo non eſt ſimo-
nia,quamuis ſit peccatum; vnde nec tenetur ad reſi-
gnationem taliter promotus, ſed ſufficit, quod pœni-
tentiam aliter agat,de ſimo.cap.ſi.Sed & dici poteſt,
quod quamuis ille,qui iniuſte rogat,ſit ſimoniacus. in
fra de ſimo. tua. non tamen ille, qui rogatus benefi-
cium confert, dum tamen non ſequatur preces iniu-
ſtas, vt hic,argum.infra de re iudi.cum I.& A. Sed nec
tunc forte renunciare tenetur taliter promotus, niſi
promotor expreſſiſſet, quod propter preces hoc faciе-
bat, & ſi pecunia data eſſet,argum.infra de ſimo.cap.
fina.Sed nec ſemper preces huiuſmodi ſunt iniuſtæ,
etiam ſi quis pro ſe roget, puta ſi ſolum Deum & ip-
ſius obſequium in ſua promotione attendat,non po-
tentiam,delitias,vel diuitias ſeculares,argum.8. quæ
ſtio.1.qui epiſcopatum. ¶ Quid ſi non collatori, ſed
familiari, vel collaterali dedit pecuniam, vel preces
porrexit,vt daret operam, quod promoueatur ad be-
neficium? Solu.ſecundum Innocent. Idem eſt, ac ſi
datum fuiſſet,vel dictum promotori,vel beneficij col-
latori.1.Quæſtio.1.præſentium. ¶ Quid ſi quis adu-
latur,

latur, vt beneficium conſequatur, reſpon. ſimoniacum eſt, & munus ab obſequio dici poteſt, ſecundum Innocen. 1. quæſtio. 1. ordinationes, & 4. capi. ſe. non tamen ſecundum eum tenetur ad beneficium reſignandum, argu. de ſi, ca, ſi. Inducit Hoſt. verbum beati Bernardi ad Euſebium adulantem, & ad placita loquentem vnum de rogantibus, puta etiam ſi nihil rogauerit. Et ibidem ſuſpectus ſit tibi, pro quo rogaris, qui pro ſe rogat, iam iudicatus eſt, ipſe tamen Hoſt. hanc gloſſ. Innocen. per omnia non approbat dicens, quod & aliqua de ſupradictis vere & proprie loquendo niſi ſint ſimoniaca, ſunt tamen quaſi ſimoniaca, & ideo remittit, vt ſupra. ¶ In glo. 3. (ibi, Accedens] vbi de hoc [& ibi, Po
20 tius] i. † plus; quia negari non poteſt, quin ſit honoris, & dignitatis, de priuile. vt apoſtolicæ, libr. 6. Sed plus laboris: quia omne quod hic eminet, & c. 13. diſtinctio. nerui, & 40. diſt. ante omnia [Et in fine] & infra de cor. vitia. expoſuiſti, vbi de hoc.

ADDITIONES.

a Dicam. infra c. 1. Vide quod no. Ioa. And. ſupra de ſup. ne. pręla. c. 2. ſuper gloſſ. 2.

b Aut eſt dignitas. Vide Bald. in l. 1. ff. ad le. Iulia. de Amb. & l. Barbarius. ff. de offi. præto. & ibi plenius per d. Bar. de Saly.

c Conſuluit. De effectu huius naturalis ibi vide gloſſ. & Bartol. & plenius in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & in le. ſi teſtamento. §. ex duobus, ff. de fideiuſ. & le. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. inde.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem clericalem conferre poteſt Abbas, ſi eſt presbyter & eſt benedictus, & quibus, nu. 2. an in alio, quam in ſuo monaſterio. 7. & quibus diebus.*

3 *Lectoris nomine reliqui duo minores ordines comprehenduntur.*

4 *Solummodo, particula quod verbum hic determinet.*

5 *Impoſitio manus duplex eſt, & quæ ſit abbatialis, nume. 9. & quo tempore dari poſſit.*

6 *Abbates priuilegiati ſuper pontificalibus inſignijs an poſſint illis vti extra monaſterium.*

10 *Conſecratio dependet ex benedictione.*

11 *Benedici non poteſt quis in abbatem non ſacerdos. In ordinibus conferendis eccleſiæ forma ſeruanda, alias nihil fit, ibid. ver. iuxta formam.*

12 *Pſalmiſtatus eſt ordo, & principium clericalis militiæ, & quæ conſequuntur ex eo. an omiſſus repetatur.*

13 *Ordo epiſcopalis per conſecrationem confertur.*

14 *Ordines ſunt nouem ad ſimilitudinem ſuperioris hierarchiæ.*

15 *Epilogus, & additio gloſſ. nu. 16. & nu. ſeq.*

16 *Cap. nullus omnino, 16. q. 7. intellectus. Ordinem clericalem an liceat ſacerdoti conferre, ibid. & nu. 15. & quem, ibidem.*

CAPVT XI.

a
1 Cum contingat. Caſus. Abbas [a] ſi † eſt presbyter, & eſt benedictus, conferre poteſt ordinem clericalem. Et pars huius de reſcriptis, & de offi. deleg. cum contingat. Et communis diuiſio. ſecūda ibi. ſuper quo. Et propter principale di-
2 ctum non facit ad titulum. Sed inquantum † loquitur de præficiendo in abbatem a ſuis abbatibus, abbas monacis, & conuerſis monaſterii ſui, & his, in quos habet epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi, poteſt conferre tonſuram aliis non, niſi hoc habeant ex priuile-
b gio [b] papæ. ſ. de priuilegiis, abbates, in ſi. libro ſexto; ſi tamen alteri conferat, valet, ſecundum Boa. & idem
3 ibi Archidiaco. [Lectores] nomine † lectoris reliquos duos minores ordines comprehendit, cum eadem ſit ratio, ſecundum Hoſtien. ſecundum quem ſic de facto ſeruatur, de conſtitu. tranſlato. & eſt ſimile 18. diſtinctio. de his, licet Bar. Brix. contra. 79. diſtinctio. capi-
4 tul. 1. & pro ipſo † faceret verbum, ſolummodo, quod ſequitur, ſi determinaret hoc verbum lectores. Sed verius eſt, quod determinat verbum. in proprio monaſterio, quod ſequitur, & arguit hic papa de maiori ad mi-
5 nus, ſecundum Pet. [Impoſitionem] ordinariam † non conſecratoriam, ne ſit contra. 23. diſtinctio. ſubdiaconus [Solummodo] ergo non in alio, & arguit Hoſtien.
6 contra abbates priuilegiatos † ſuper pontificalibus inſigniis: quod non poſſint illis vti extra ſuum monaſterium quod dic hodie, vt infra, de priuileg. vt apoſto-
7 licæ, libro ſexto. ¶ Sed † nunquid poterit ordinare in alio monaſterio inuitatus? Hoſtien. forte ſic: ſi monaſterium ſit exemptum. argumen. ſupra titul. 1. capit. 1. de tempo. ordi. quod tranſlationem, cum ſuis concor. Innocen. exempto vero poſſet hoc epiſcopus prohibe-
8 re. ¶ Sed † quo tempore licet abbatibus hos ordines conferre? de quatuor temporibus videtur planum, de diebus dominicis videtur ſecus, quia hoc de epiſcopis ſpeciale exprimitur ſ. de temp. or. c. 1. & 3. ergo, quod de vno dicitur & ce. ff. de iudic. cum prætor, in fine. de præſump. nonne. Hoſtie. contra, quia cum in ſuo monaſterio tātum hoc liceat, vt hic, ſine alterius præiudicio poſſumus latius interpretari, de vſu palii, ex tuarum; tum quia potius de dominicis, quam de 4. temporibus concedendum videtur, ne epiſcopare videantur, ideſt generales ordinationes tenere. ſimile, de con. diſtin. 3. peruenit. & adde ſecundum eum, quod not. de ſup. negli. prælat. capit. 1. de tempor. ordin. capitul. 3. [Ab epiſcopo] diœceſano, vel alio de diœceſani mandato, de conſecrat. eccleſ. vel alta. aqua [Manus impoſitio]
9 abbatialis † benedictoria, & qualis ſit hæc benedictio, dixi, ſupra capitul. proxim. dixit autem Hoſtien. quod declaratione indigeret, an hæc benedictio, vel manus impoſitio quolibet die dari poſſit. & videtur quod ſic, ſicut conſecratio eccleſiæ. infra de conſecrat. eccleſ. vel alta. capitul. 2. Sed contra: quia hæc maior
10 eſt, quam ordinatoria exorciſtatus, cum illa † ex iſta dependeat, vt hic, & 69. diſtinctio. quoniam. Sed depēdens dari non debet niſi diebus dominicis, & feſtiuis, de tempo. ordi. capitul. 1. & 3. ergo nec iſta, quæ principalis eſt, argumen. infra qui fil. ſint legi. per venerabilem, & hoc tutius eſt ſecundum eum, argumen. 75. diſtinctione, quod a partibus. adde quod no. in Clemen. de ſtat. reg. attendentes. §. ſtatuimus, in gloſſ. 2. [& Conſtet] per ver. præcedens. facta noſcatur. & illud vi-
11 detur, quod † benedici poſſit in abbatem non ſacerdos, quod falſum eſt ſecundum Hoſtien. vt dixi ſupra capitul. proxim. ſecundum quem ſup. facta noſcitur, ſup. quę nec fieri debet, niſi & conſtet eum & cæt. [Iuxta formam] aliter nil daretur. 1. quæſtio. 1. extra catholicam. ſupra de ſumma tri. capitu. 1. §. ſacramentum.
12 & ex eo, quod † in hac forma requiritur, arguit fortius Hoſtienſ. quod pſalmiſtatus ſit ordo. nam eſt principium & quaſi fundamentum clericalis militiæ, cui quis per hunc ordinem aſcribitur, infra, de ſeruis non ordinandis, eo libentius, & per illum recipit ordinatus officium cantandi in eccleſia. 23. diſtinct. pſalmiſta, & per illum vinculum promouendi, & eccleſię quodammodo initiatur, & habet priuilegium canonis, ſi quis ſuadente, cui renunciare non poteſt, de foro competenti, ſi diligenti. I-
13 tem † per conſecrationem confertur ordo epiſcopalis. 77.

ſis.77.diſt.c.1.ʒ.de tempo.ord.ſi archiepiſcopus, & c.
ſe.C.de epiſcopis & clericis,auth.epiſcopalis ordo,cu-
ius auctoritate quædam expediuntur,quæ nec inferiori-
bus committũtur.ĩ.de conſe.ec.vel alta.aqua.et ſic ſe-
a 4 cundum Hoſt.qui † negant nouem eſſe ordines, quod
dicit ad ſimilitudinẽ ſuperioris hierarchiç, in qua ſunt
9.ordines,angelorũ,de quo remittit Ho.ad ſummam,
de ord.ab epiſcopo,qui renun. §. 1.[a talibus]abbati-
b 5 bus ſacerdotibus,& benedictis.¶ Secunda † gl.reſpon
det per duas quæſtiones,an pſalmiſtatus ſit ordo,& an
per presbyterum conferri poſſit. In prima ponit opi.q̃
6 reprobat.¶ In † gl.1.[ibi,abbatem Ciſtercienſem] vt
ibi dixi[& ibi,illud]vbi de hoc,& 21.diſtinct.cleros[&
ibi,Quidam]Vinc.legiſta[& ibi, Confertur]ad idem
27.quæſtione,1.ſi quis epiſcopus,vbi pſalmiſta depo-
nitur(& ibi, Presbytero hoc licet)Idem Hugo, Rai.&
Hoſ.in ſumma,de ord.ab epiſcopo, Io.Innoc. hic per
c.pſalmiſta.nec obſtat ſecundum eum,nullus ordinari
debet ſine titulo.70.diſtin.c.1.& titulum conferre nõ
a 7 poteſt.16.q.7.nullus † omnino.nam illud c.eſt locale,
vel loquitur de præbendis habentibus curam anima-
rum,vel non dant de nouo,vbi dare non conſueuerũt.
maxime vt habeat etiam non reſidens ſine licentia e-
piſcopi,ſed in beneficium vt habeat, vnde viuat,dare
poſſet,vt dato q̃ non habeat beneficium, quod dare
poſſit,dabit pſalmiſtatum ad titulum patrimonij.inf.
de præben,tuis vel forte alius paratus eſt dare illi be-
neficium ſecundum Innoc.Lauren.tamen 92,diſt.non
liceat,Ber.ibi,Hoſt.in ſumma de ord.ab epiſcopo, vi-
detur tenere,quod ca.præallega.non loquatur,de or-
dine,ſed de ordinis executione, per id, quod ibi dicit
officium, & per iſtam literam a contrario primos ſe-
quor,dummodo loquaris de tali presbytero,qui ſuper
laicum,quem ordinat,habeat epiſcopalem iuriſdictio
nem,vel quaſi.arg.de priuile.abbates,in fi.lib.6,Item
a 8 ſcias ſecundum Innoc.q̃ ſi omittatur † iſte.ſ.pſalmiſta
tus ordo,non repetitur.ratio,quia nullum ſpeciale offi
cium per eum, ſicut per alios confertur. & recipiendo
quemlibet aliorum ordinum videtur facere poſſe,quæ
ad hunc pertinent.dicit tamen ſe non credere, q̃ qui-
dam dicunt.ſ.hunc ordinem in deſuetudinem abijſſe,
vide quod dixi de tempo. ord.ex parte, ſuper 1.gloſſ.
Hoſtiẽ.contra,q̃ ſit repetendus, cum ſit aliorum ordi-
num principium.Itẽ ſi manus impoſitio, ordine alias
rite collato,& liquoris qualitas repetuntur,multo for-
tius iſte ordo,de ſacramentis non ite.c.1.& vltimo.

ADDITIONES.

a ¶ Abbas.Et vide,ad hoc,inf.de præſcr.cum olim, in verſ.ordi-
nationibus,& Io.And. in c.abbates,in fi.de priuile.lib 6.& in ca.
Io.de cler.coniug.vbi dicit no.vltra lectoratum poſſe abbatem
conferre,Bal.

b ¶ Priuilegio.Et ibi vide quid de conſuetudine per Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus regularis factus monacus,ad canoniã reuerſus lici-
te tenere prælaturam quando poſſit,ſi ibi poſtea præficiatur,
& an hoc intelligatur ex diſpenſatione,nu.12.*
2 *Diuiſio capituli.*
Capitulum hoc ad quam tituli partem faciat,ibid.
3 *Aliquandiu,minus,quam anni tempus amplectitur.*
4 *Ex meritis eſt quilibet promouendus,& ex his maior cenſe-
tur.*
5 *Regularis non eſt detrudendus in aliud monaſterium,niſi pro
pter crimen notorium.*
6 *Tranſitum qui fecit canonicus regularis ad monacatum, an
eum redeuntem ad canoniam recipere canonici cogantur,&
quando liceat redire,nu.12.& 13.*
7 *Canonicus regularis non poteſt fieri monacus niſi in caſu.*
8 *Cuculla ei deferre quis cogitur ob maleficium,et quid ea ſit.*
9 *Ad memoriam quid conſeruare debeat quando.*
10 *Indefeſſus quis dicatur.*
11 *Finis non pugna coronat.*
12 *Epilogus,& additio.*
*Ad religionem,vnde quis tranſiuit in aliam, quando liceat
redire,eodem numero 12.& 13.et an recipi debeat ſupra
numero 6.*
13 *Apoſtata quo caſu non poſſit promoueri.*

CAPVT. XII.

1 Intelleximus. Caſus.† Si canonicus re-
gularis factus monacus,
iuſta de cauſa ad cano-
niam reuerſus,ibi poſtea præficitur, licite tenere pote-
2 rit prælaturam. Et † primo narrat factum,ex quo,ſecũ
do dubium elicit ibi,ne igitur. cui tertio reſpõdet ibi,
diſcretioni.& facit ad partem tituli de qualitate præ-
ficiendorum[Monaſterio tuo] forte canonia regularis
erat,& tunc canon facit ad propoſitum(Laudabiliter)
ſic ſup. de elec,cum monaſterium (Ordinis) monaco-
3 rũm nigrorum ſancti Benedicti(Aliquandiu)non † per
annum,Abb.(Redire)dicit Hoſt.q̃ de hoc fuerunt cõ
poſiti tales verſus. Eia rogo pr̃ mutata veſte tua ter.
Es factus frater bis candidus,& ſemel ater.i.niger[Me
4 ritorum]propter † quæ promouendus eſt quilibet.61.
diſt.quid proderit,& ex his cenſetur maior. 40.diſtin.
multi,in fi.(In abbatem) ſ.canonicorum regularium.
hic ſup.Hoſ.q̃ iſte habens læſam conſcientiam,ꝑpter
canonem,qui ſequitur,conſuluit papam (Præſcriptio)
ſancti Vincẽ. (Tepeſcas) quaſi tepidũ te inuenias,ſiue
pigriteris(Publice lapſus ſit) quaſi tunc detrudatur, vt
vt perpetuo pœniteat.16.quæſtio. 6.de lapſis.& notat
5 † per hoc abb.q̃ regularis nõ eſt detrudendus in aliud
monaſterium,niſi propter crimen notorium(Reuerta-
6 tur)ſi † canonia ipſum repetere voluerit.7.q.1.non o-
portet, aliter cum non debeat eſſe melioris conditio-
nis delinquens,quam non delinquens,ipſum recipere
canonici non cogentur,imo hoc ipſo, q̃ tranſiuit,pri-
uandus eſt,de tranſlatione,quanto,& de renuncia.ex
tranſmiſſa,& c.quod in dubiis. vel dic: q̃ reuertetur,
velit,nolit,ſi tranſiuit ſine licentia ad laxiorem, vt in
7 gl.dicit Hoſt,q̃ hoc † videtur de mente canonis, q̃ ca-
nonicus regularis nullo modo poſſit fieri monacus,ex
cepto caſu,quem excipit,arg.ĩ.de iure patronatus, ex
literis cum ſuis concor. quia forte ſecundum eum Vr-
banus,qui canonicus regularis fuit,ſtatuit in fauorem
ſui ordinis,vt quilibet in ea vacatione. & ca.21.q.1.&
2.per totum.nec obſtat.19.q.11.dua ſunt,quod intel-
gi poteſt quo ad hunc caſum, quando de inſpiratione
fit fides,forte per miraculum,vel per ſignum, infra de
hæreticis,cum ex iniuncto,ſup.de renuncia. niſi. §.ve-
rum in choro,ſic ff. de decur.l.2.1.reſpõſo.ʒ.de renun.
8 c.1.in fi.vbi de hoc (Cucullam) non † q̃ monacus, ſed
eſt hoc ratione prioris maleficii, & ſic eſt diſpar pro-
feſſio in vno loco. Et quid ſit cuculla, declarat Cle.de
ſtatu monaco.ne in agro. verſic. verum ne (Ad memo-
9 riam) not.aliquid conſeruari ad memoriam, & 7.q.1.
deniq;. in fin.de conſecr.diſt.2.& dixit, vbi de hoc,de
pœnit,diſt 3.Iudas,in fi.contra,15.quæſtio.1.mulier,
81.diſt.valet,vbi de hoc, & 32. quæſtio.7.non ſolum.
Sol.ſecundum Goff.diuerſis conſiderationibus vtrũq;
licet.63,diſtinc.§.verum.vnde prima iura loquuntur,
quando expedit memoria.Secunda,quando nocet, &
ſic ſunt diuerſa,non aduerſa,ſic de his,quæ fiunt a præ
10 la.cum apoſtolica(Indefeſſam)i.† non feſſam,vel fati
gatam,Goff.(Et taliter)repete ſtudeas continuare: qa
11 † finis,non pugna coronat,arg.ĩ.de cler,non reſi.rela
tum.ĩ.de renunc.c,1.in fi,cum ſuis concor.Hoſt.¶ Se-
12 cunda † gloſſ. ſignat contrarium, & quadrupliciter
ſoluit.

b ſoluit. ¶ In gloſſ. vlt. (ibi mandamus) vide quod dicam de regula. ſane, ſuper vnica gloſſ. [Et in fi.] Idem not. Ioan. in ca. mandamus, dicens, quòd id, quod dicitur de regulari. ſane, fuit diſpenſatio. & idem hic Innocent. ipſe Ber. not. contrarium de regula. licet. vel dic vt ſupra, quod arctioris religionis erat canonicus,
13 quam monacus. Sed dices, apoſtata † non poteſt promoueri. 3. quæſtio. 4. beatus, ſol. licet fuerit apoſtata. non impeditur eius promotio poſt pœnitentiam, de tempo. ordin. capit. vlt. niſi ordinem in apoſtaſia recepiſſet, de apoſtatis. ca. vlt. vel dic, quòd tranſiuit, & licite rediit, quia non inuenit religionem, quæ credebatur. vel dic, quòd licet tranſierit ad minorem, non fuit apoſtata; quia ſemper fuit ſub obedientia, ſecundum Innoc. facit quod no. de tempo. ordinan. ex parte.

ADDITIO.

a ¶ In gl. Ad id autem, quod dicitur in iſta gl. de eo qui tranſiuit ad arctiorem, nõ petita licẽtia, an cogatur redire, vide quod no. in c. licet, in gl. ma. de regula. & vide in glo. in ca. ſane, hic alleg. Arçhid.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ad ſacros ſine titulo, ab ordinatore iuſte petit beneficium, niſi poſt ordinationem reddiderit ſe indignum.*
Diuiſio cap. ibid.
Capitulum ad quam partem ſpectet tituli, ibid.
2 *Pro ordinatis ad minores non ſcribit eccleſia.*
3 *Titulus pro nomine eccleſiæ, vel beneficio capitur, & alijs quibus modis, remiſſ.*
4 *Ordo, & titulus ſunt connexi, vt qui alteram dedit, & alterum dare teneatur.*
Contra ordinatum petentem beneficium quando liceat excipere ordinatori. & num 6.7.8.9.10.11.12. & ſi non licebit, requireretur ex officio contra eum a iudice, nu. 10.
6 *Ordinatus in irregularitate, ſi non fuerit in culpa, facile diſpenſationem obtinebit, & minus ordinato fauetur, quam ordinatori, nu. 25. & quando. ibid.*
7 *Supplementum ad decretalem.*
Preſentans quem in ordinandum prouidere ordinato tenetur. ibid. alias ordinator, et quando, ibid.
8 *Examinator ordinati quo caſu punietur in prouiſione ordinati.*
10 *Inquiſitio ex iudicis officio ſuccedit deficiẽte exceptione reo,*
12 *Feciſſe videtur, qui per alium facit, quomodo intelligatur, remiſſ.*
13 *Idoneus vt quis ſit, etiam ſi in literis id non apponatur, intelligitur.*
Beneficium competens, quod remiſſ. ibid. ver. competens.
14 *Stricto iure quod fieri dr̃, nulla gratia vel æquitate attenta.*
15 *Succeſſori culpa, vel factum prædeceſſoris quando noceat, eumque obliget.*
16 *Eo, pro ea ratione.*
Quod, pro quia. ibid.
17 *Epiſcopum violare canones non eſt veriſimile.*
Pro iudice præſumitur, ibid.
Solenniter omnia præſumuntur acta, ibid.
18 *Examinatio vt fiat denuo, eſt gratia.*
19 *Forma communis, cum ſcribitur, vt beneficium conferatur. quæ, remiſſ.*
20 *Vicaria perpetua intelligitur nomine beneficij.*
21 *Proceſſus coram executore ad beneficia quis erit.*
22 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, & nu. 23.24. et num. ſequ.*
Excipere an poſſim contra eum. quem tolerauì, & nu. 24.
25 *Imputatur magis cuipiam in facto ſuo, quam in alieno.*
Examinatione epiſcopi papa non tenetur eſſe contentus, & ratio, eod. nu. ver. ſecunda, quia.

CAPVT XIII.

1 **Accepimus.** Caſus. Ordinatus † ad ſacros ſine titulo, ab ordinatore iuſte petit bñficiũ, niſi poſt ordinationẽ reddiderit ſe indignũ. Et cõis diuiſio, ſcda ibi, licet igitur, & facit ad ſcdam partem rubricæ de
2 qualitate præficiendorũ [Ad ſacros] pro † ordinatis ad minores non ſcribit eccleſia. de hoc de præben. [Titu-
3 lo] .i. ad nullius † eccleſiæ nomẽ, vel beneficiũ: & quo multis modis dicatur titulus, no. de electione, dudũ. 2. ad fin. de officio archiepi. c. fin. [& infra] ſup. & de nobis cõquerebaris, q ſup eorũ prouiſione ſcribimus, cũ ſint indigni, Inn. [Nõ poteris] ſi de iure egerimus, & nullam gratiã fecerimus, Hoſt [Contra illos] peten-
4 tes a te beneficium. cũ enim hæc duo † ſint connexa. ſ. ordo, & titulus. 70. diſt. ca. 1, dato vno & reliquum da-
5 re tenetur. j. de præben. cum ſcdm, & ideo de mero † iure non dẽt ↄ illũ admitti exceptio ordinatoris de crimine, ẽt q poſt ordinationem ad notitiam ipſius peruenit, dũmodo prius ẽt per diligentem examinationẽ id ſcire potuerit. j. de clande. deſpon. c. ſi. ver. ſi vero. aliqui dicunt eum ſp admittendum de æquitate: quia beneficia non ſunt indignis conferenda, ſupra de reſcriptis, cum adeo, de præſum. dudum. ordinator tñ, ſi fuit in culpa, puniendus eſt. j. c. prox. Si vero objiciet ordinator illiteraturã vel irregularitatẽ, ſiue præcedẽtẽ examinationẽ dummodo non eſſet in culpa, ſiue ſequentẽ, non audiretur: ſed cogeretur illi prouidere in
6 neceſſarijs. s. de tẽpo ord. vel non eſt, & talis † facile diſpenſationẽ obtinebit, de filijs presbyterorum, veniẽs, & c. propoſuit. Si vero a prædeceſſore fuerit ordinatus, tunc de mero iure admittetur exceptio. nec obſtat, quod hic dicit, exceptionẽ non poteris prætende-
7 re, ſup. qñ tu ordinaſti, vel dic † ſpeciale in hoc caſu,
a q ſucceſſor obligetur, niſi forſan alius præſentaſſet.[a] quo caſu primo ageretur contra pñtantem j. de præben. cum ſcdm. qui ſi non poſſet pŭidere, tunc tenetur eps, qui fuit in culpa ordinando ſine titulo. 70. diſt. neminẽ. Excuſatur tñ eps, vbi ad alium, puta ſicut ad archidiaconum ſpectat examinatio, & pñtatio ex officio. j. de offic. arch. ad hæc. vbi de hoc. tunc enim, qa iuſte potuit ignorare ordinator, poterit excipere; & hoc caſu locũ habet finis huius decre, vt. ſ. ordinator
8 excipiens audiatur. archidiaconus † aũt examinator punietur, & forſan in prouiſione ordinati. 24. diſt. qñ;
9 & facit q dicam j. ſc. pximo. De quantitate † vero et qualitate bñficij ſp audietur eps. j. de pbẽ. cum ſcdm. Il-
b lud ẽt eſt dignum[b] not. q licet † eps excipiens certis
10 caſibus non audiatur, vt eſt dictũ, iudex tñ ex officio de his inquirit, argu. j. de colluſi. ca. 2. de elec. cum nobis olim. 2. q. 7. quærendũ. ff. de poſtu. quos prætor, & j. de app. conſtitutus. ff. de adul. l. 1. §. ſi publico. ff. de
11 peti. hære. l. fi. Si † vero vnus eps mandet alij, q ordinet, tunc, ẽt ſi mandans non eſſet ſufficiens, tñ ordinator non tenetur prouidere ordinato. 9. quæſt. 2. epiſco-
12 pum. ſcdm In. cuius eſt hæc gl. Hoſt. aliter in ſũma: quia † feciſſe vt, qui per alium facit, de ſen. exc. mulieres. Sed hoc nil facit ad caſum. de quo vltimo dicto Hoſt. dic vt j. de pben. ſi eps, lib. 6. [Ex ſuperabundanti] q. d. ex gratia hoc facimus, non ergo reſpicit ſuperfluitatem verborum ſcdm Hoſt. qui hic no. quod dixi j. de maio. & obe. ſolitæ, ſuper gl. q quãque [Idoneus habetur] hoc
13 † intelligitur, ẽt ſi non apponatur. s. de elec. cũm q [Et eccleſiaſtico] ac ſi dicat, talis eſſet idoneus ad militiã, vel pellipariam, q non eſt idoneus ad bñficiũ eccleſiaſticum, s. de cle. coniuga. c. 3. & 5. [Non indignus] eccleſiæ qualitas. & pp hoc facit ad titulum [Ipſius] .i. ordinatoris, ac ſi dicat, tibi vel cuicunque alteri ſuper

hoc

hoc ſcribamus [Competēs]vt ĩ.de præb.de monacis,
24 & c.cū ſm[De iure ſtricto]nulla † gratia, vel æquitate
attenta [Prædeceſſoribus] culpa igitur prædeceſſoris
25 † nocet ſucceſſori, ſicut & negligētia. ĩ. de præſcri.per
totū.Sed contra. ĩ.de reb.eccl.nō alie.c.4.& de preca.
c.2.So.in alienationibus non obligatur ſucceſſor ex of-
ficio prędeceſſoris, vt in contrarijs,nec ex delicto, vt ĩ.
de excep.cum venerabilis. Sed ex facto prædeceſſoris
bene obligatur ſucceſſor in his, in quibus eſt ex ſuo
officio obligatus, vt hic. nam ſi mendicaret ordina-
tus, cederet in opprobrium ordinis clericalis: de quo
26 remittit Hoſt.de renunc.ad ſupplica.[Eo].i.ea † rōne
[Quod].i.quia [Inclinare] ne videaris ingratus. & eſt
ſimile, vt ec.benefic.c.vno.§.porrò,in fin.[Non credi- f
mus].i.credere non debemus,quia ius requirit exami-
27 nationē. per quod not. Hoſt.ꝙ non † eſt veriſimile, ꝙ
aliquis epus violet canones, licet qñq; ſecus fiat. ſup.
de temp.ord.vel non eſt. Item ar.pro iudice præſumi.
de hoc ſup. de renun.in pñtia.Item ꝙ oia præſumūtur
ſolēniter acta.ff.de proba.ab ea parte,inſti.de fideiuſ.
in fi.[Antequam]quod de iure ſtricto poſſemus. Eſt
28 † igitur de gratia, ſm Hoſt.ꝙ examinatus iterum exa-
minetur ꝯ iura, quæ allegat gl.[In forma cōi]decre.cū
29 † ſm,de præb.[Prouidere] vbi tñ prouiſio ad epm ſpe
ctat,ar.ſup.de reſcrip.abbatem. ĩ.de offic.ord.licet in
corrigendis,ſm Inn. poterit aūt hæc prouiſio fieri etiā
30 in † vicaria perpetua, quę intelligitur nomine benefi-
cij.ſup.de reſcriptis,poſtulaſti[Exceptiones]ex hoc vi
31 detur,ꝙ qñ ſcribitur pro † aliquo beneficiando,nō eſt
neceſſe, ꝙ lis conteſtetur, vel ꝙ libellus detur in ſcri-
ptis:ſed ſufficit, ꝙ impetrans dicat executori,dñe,ſup
plico,ꝙ exequamini mandatum vobis iniunctum;& ſi
nil opponatur, ꝓcedat ſm formam reſcripti,ſup.de re
ſcrip.ſi qñ,& c.cum dilecta,in fi.& ĩ.de præb.pro illo-
rū.& idem,ſi friuola exceptio opponatur,de prębēdis,
dilectus,de conceſ.pręb.cū noſtris.Si verò aliquid rō-
nabile opponatur, illud examinabitur, & executio ſu-
ſpēdetur,ſup.de reſcriptis,conſtitutus,inf.de app.dile
cto. Sed & ſuper exceptione ꝓpoſita prius quàm teſtes
recipiātur,erit lis cōteſtanda.ſup.de renū.veniēs.& de
c hoc plenè [c] in ſumma de excep.§.qñ,ſub §.hæc de dila
torijs,ver.pe.& vlt.& per Roſ.in libel.ti.an plures p̄b.
§.& primò videamus,& per Cōpo. de reſcriptis,man-
32 datum.¶ † Gl.2.allegat vnam cōcor.& duo ꝯria all.
ēt duo iura ſimilia per caſum conuerſum;demum quę-
rit,ponit opi.Io.& ꝯriū ſoluit.¶ Tertia gl.literam ex-
ponit, & no.aliquem ſępius examinari. alle.tria iura,
& duo in ꝯrium,& ſoluit.¶ Penult.gl.no.quærit,& ſol-
33 uit.¶ In † gl.2.[ibi,ſi aliqd,li.10.]vide,de off.dele.ve
nerabili,ſuper 3.gl.[& ibi, qui ſciens]ſi.n.ſciens libe-
rū,qui ſe vēdi patiebatur, non poſſum ꝯdicere ſibi ad
libertatem proclamanti.Si aūt vendo eū alteri ignorā
ti,denegatur proclamatio[& ibi, Quos prohibet]vide
in c.excep.in vlt.gl.[& ibi.l.vlt.]vide de poſtu. bonæ.
1.ſuper 1.gl.[& ibi l.1.ali.2.§.ſi publico]vide de ord.
cog.c.2. in gl.pe. ¶ In gl.3.[ibi licet.in fi.] & vide de
accu.de his,ſuper 1.gloſ.¶ In gl.vlt.[ibi.§.quæſitum]
vide de officio ordin.ſi ſacerdos, ſuper gl.2.¶ In † gl.
34 1.[ibi,dilectiſſimi]& ĩ. de electio.nulli, [d] lib.6. ¶ In
d gl.2.[ibi, ſcriptum eſt]vbi de hoc in gl.antepe.& vide
qđ ſuper ea dixi[& ibi, Prius probauit]ſed benè impro
bat ſequens matrimonium, de iureiur. quemadmo-
e dum[& ibi, Concedebat] Io.Vin.& Phi. [e][& ibi, Nul-
li]quod c.intellige, vt ibi no.[Et in fi.]Idem Hoſ.facit
qđ no. ĩ.de exce.cū eccleſiaſticæ, ad finem tertiæ glo.
¶ In gl.intelligo[ibi, licèt]ibi facta relatio ſuperiori
impediuit examinationem, & in l.ſequenti facta erat
abſolutio[Et in fi.] Hoſt.dicit hoc fieri ex gratia. & ſi
35 quæris, quare † plus fauet epo: quam ordinato,dicit
ꝙ duplex eſt rō. vna, quia plus imputatur clerico, qui
de facto ſuo certus eſſe debet,de reſcriptis,ab excōica
to,& ex eo ꝙ nō procedit crimen ſuum,de corpore vi-
ci. expoſuiſtis.eps aūt poſſet ignorātiā allegare. ff.pro
ſuo.l.fi. Secūda, quia nec Papa tenetur eſſe contentus
examinatione epi. vnde pōt & dēt illū examinare, ex
quo ab epo petit beneficiū, ꝗuis epus declinaret, vel
taceret,ar. ĩ.de excep.exceptionē,cū ſi.vū de eo,ꝙ ad
ſuum officiū pertinet, pōt ſine clerici iniuria gratiam
facere epo: Quia nemini facit iniuriam,qui vtitur iure
ſuo, de elec.cum eccleſia,& de hoc remittit Hoſtiē.ad
ſummā,eo.tit.in prin. ¶ In gl.pe.[ibi,cathedrali]hoc
eſt falſum, vt ĩ.de p̄b.quāuis.1.lib.6.& hæc decr.intel
ligitur, vt ibi no.in gl.ſimile. ĩ. [Et in fi.] adde qđ no.
f de re.permu.c.vno,lib.6.in gl.2. [f] ¶ In gl.vlt.[in fi.]&
inf.de procura.qui ad agendum,libro ſexto.

ADDITIONES.

a Præſentaſſet.Et ibi vide no.an non alle.& excipiendo, vt accu-ſādo,vel denūciando,vel inquirendo,vel de cauſa inter alios cognoſcendo admittatur quis contra factum ſuum,vide quod no. in c.diuerſis,de cle.coniu.Bal.

b Eſt dignum.Idem no.gl.2.hic. & vide gl.in c.ſi forte,de ele.lib. 6.& vide l.fi.ff.de pe.hær.& 2.q.6.alieni, & per Inn.& Hoſtiē. de app.ſolicitudinem.§.cum autem,& §. præcedenti.

c Plene.Vide plenius per gl.quæ incipit ex hoc loco,in c.prudentiam.infra de off.deleg.& ſuper illa per Io.And.& ibi ponit ad Spec.remiſſiones.

d Nulli.Ibi vide vnum tex.ad materiam gl.& ibi vide Io.And.& vide Inn.in c.cum venerabilis,de excep.& Bar.in l.poſt legatū, ff.de his qui.vt ind.

e Vincen.& Phi. Ad materiam iſtius gl. vide q.quam ponit Ioā. And.in Spe.de iurepat.ſuper rubrica.

f In gl.2.Et vide ſup.de reſcript.in c.Rodulphus.

SVMMARIVM.

1 *In ſacerdotem promoueri, vel ad regimen animarum aſſumi non debet minus idoneus, & num.6.ver.melius dicitur.*

2 *Artem & ſcientiam quiſque ſuam laudat.*

3 *Scientia ſuprema eſt lex diuina.*

Scientia canonica, & humana non excluditur a diuina,ibid.

4 *Ad canones, & Iudicem eccleſiaſticum quibus de rebus eſt reccurrendum.*

5 *Ad eccleſiæ regimen canonica,ciuiliſque leges cum theologia ſunt neceſſariæ.*

Inſtruere debet epiſcopus ſacerdotes ſuos,e.n.ver.Inſtruāt, & num.6.& 9.& de quibus, & quomodo.num.8.

6 *Ordinantis, & examinantis clericos indignos pœna in quib. habeat locum,& an ipſo effectu,num.13.*

7 *Doctor poteſt interdum ſurrogare ſcholarem.*

10 *Rudis quis dicitur temporalium.*

Ignarus ſpiritualium.

11 *Suffragium & Additio gloſſarum.num.12.& num.ſeq.*

Legis diuinæ gnari & in eccleſiaſticis ſanctionibus exercitati qui debeant eſſe.

14 *Multis non opus,ſed efficacibus.*

CAPVT. XIV.

1 Cum ſit ars. Caſus.Minus † idoneus in ſacerdotem promoueri,vel ad regimen animarū aſſumi nō
a debet.[a] & facit ad titulum, de qualitate [Ars artium]
2 dicit Hoſ.ꝙ † quilibet hortolanus laudat porros ſuos.
Hieronymus ad Marcellam.v.g.plus laudat vnuſquiſ-
que,quod poſſidet.vnde dialetici extollunt ſcientiam
ſuam dicentes,ꝙ per illam totum,& ſine illa nil ſcitur.
Grammatici ſuā,quę fundamentum eſt.& principium
aliarum.Legiſtæ ſuam dicentes,ꝙ ſanctiſſima eſt ciui-
lis ſcientia, q̄ precio numario &c. ff.de varijs & extra-
3 ordinarijs cog.l.1.§.eſt quidē. Sed † veritas eſt, ꝙ ſu-
prema ſcientia eſt lex diuina, a qua non excluditur ca-
nonica, nec humana: de ciuili probatur C.de pręſcrip.
longi temporis,l.fi.in fin. in autentico, de conſulibus,
ante fin.coll.4.16.quæſtio.3.capi.fin.& imperato.18
omne ſtudium eſt, vt crediti ſibi adeò bene uiuant,
& ipſius inueniant placationem, in auctent. vt non lu-

xu. contra naturam. 1. reſponſo, colla. 6. & quat-
tuor concilia approbat, & quatuor concilia, & ſacras
ſcripturas, & regulas ſicut leges ſeruat, in auct. de eccl.
ti. §. 1, collat. 9. & per omnia in auc. quomodo oportet
4 epi. §. ſancimus igitur, colla. 1, per † q̄ iura arguit Hoſt.
b de mente legis eſſe, q de mortali peccato,[b] vel pericu
lo animæ, vel eccleſiaſtico negocio ratione rei, vel per
ſonæ ſemper eſſe recurrendum ad legem canonum, &
eccleſiaſticum iudicem, ad idem in auct. vt clerici
apud proprios epiſcopos. §. ſi vero eccleſiaſticum, & §.
ſi autem eccleſiaſtica, & C. de ſumma trin. l. fi. De ca-
nonica vero lege planum eſt, q eſt diuina, de hoc de iu
5 ramen. caſum. c. 1. ver. nos vtiq;. dicit ergo † has duas
leges vna cum theologia eſſe neceſſarias ad regimen
eccleſiæ dei. Differunt tamen, quia ciuilis principali-
ter tractat de temporalibus. theologia principaliter
de anima, canonica vero communiter de vtroq;, & v-
c na excedit aliam, de qualitate ſubiecti. remittit etiã[c]
ad notata de ſumma tri. ca. 1. §. hæc ſancta[Inſtruant]
nõ loquitur de examinatione, quæ ad archidiaconum
ex officio ſpectat. ĩ. de officio archidia. ad hoc, ſed de
quadam inſtructione ſacerdotum tantum, quam epi-
ſcopus habet facere, & eſt ratio, propter examinatio-
6 nem † archidia. nõ excuſatur epiſcopus, quamuis poſ-
ſit reſponderi, q hoc locum habet, quando in eccleſia
non eſt archidiaconus, qui examinet, & eſt notandum
q vbi ex ſpeciali mandato quis examinat, non tenetur
prouidere examinans, ſed mandans; ſecus, ſi ex offi-
cio: & de hoc ſ. cap. prox. Melius dicitur, q hæc diſtin-
ctio non habet locum quo ad prouiſionem eccleſiæ,
quæ nunquam prouidere debet niſi digno, vt ſ. c. pro-
ximo. habet tamen locum quo ad penam ordinantis,
& examinantis, & prouiſionem neceſſariorum, vt hic
ſecundum Ian. ſed Hoſt. remittit ad notata in præalle.
decre. ad hoc, & in ſumma de ſcrutinio. §. quando, ver
7 ſic. cum quælibet[Per alios] not. quod † doctor poteſt
interdum ſurrogare ſcholarem[Super diuinis officiis]
8 quod plene fieri † non poteſt ſine ſcientia canonum. ĩ.
de offi. ordi. inter cætera, de fer. c. 1. de celeb. miſ. c. 1.
& per totum tractatum de conſecr. quod eſt contra pu
ros theologos, ſecundum Hoſt.[Qualiter ea.] l. eccle-
9 ſiaſtica ſacramenta, & diuina officia. & idem † faciũt
ipſi epiſcopi, cum viſitant. 10. q. 1. placuit[Si de cetero]
q. d. præteritum mediocriter tolerabimus. ĩ. de conſe.
10 eccle. vel alta. aqua[Rudes] quo ad † tẽporalia[Igna-
ros] quo ad ſpiritualia, vel iura. 39. di. Petrus(Depre-
hẽdi) per examinationem, de elec. ſi forte, lib. 6.(Sub-
iacere) ſup. nec ob. ſi dicatur, quod ſecundum hoc pau
ci ordinabuntur; quia ſanctius eſt, &c.(Sanctius) ele-
ctiue ponitur(Ducit) Lucæ. 6. 38. diſtin. quæ ipſis. ¶ In
11 † gl. 1.(ibi, quiſquis) vide de reſcriptis, ab excommu-
nicato, in glo. penult.(& ibi, Sed addes. §. 1.) Si locaui
vaſa vitioſa, & vinum effluxerit, teneor: nec me excu-
ſat ignorantia(& ibi. l. 1. §. cauſa) venditor tenetur de
vitio, vel morbo rei venditæ, etiam ſi ignorauit. ¶ In
12 † gl. 2.(in fi.) Io. qui debent eſſe gnari diuinæ legis, &
exercitati in eccleſiaſticis ſanctionibus, vt ibi, Goffre.
¶ In gl. 1.(in fine) vbi de hoc dixit Vinc. ſiue per ſe, ſi-
13 ue per alios examinet. non enim ipſo † cum effectu ca
dit ordinator, vel inſtruens, quod inſtitutus eſt ma-
lus, poteſt enim eſſe, quod inſtituens non fuit in cul-
d pa. ff. de adulter. denunciaſſe. §. quæritur.[d] ¶ In gloſ-
ſa vltima(ibi, tales) ibi hoc gloſſ.(& ibi, odi & proie-
ci) & duodecima diſtinctione, omnia.(Et in fine)
14 Senec. 38. ad Lucillum, Nec multis † opus, ſed effi-
cacibus.

ADDITIONES.

a Non debet. Et hoc etiam requiritur, quod ſit idoneus, nam præ
dicare poteſt in parochia propria, propter q etiam onus prædi
candi permittitur, vt monaci, vel canonici regulares ad regimẽ
animarum poſſunt aſſumi, de ſtatu mona. quod dei. Arch.
b Peccato. Vide Io. An. poſt Hoſt. de arbi. c. 2.
c Remittit etiam. Vide Io. An. poſt Hoſt. de conſan. & affi. c. 1.
d Quæritur. Ad hoc quod dixit de multitudine & ſuperfluitate,
facit gl. 1. ſaluta. decr.

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ defectus deijcit iam promotum.*
2 *Scientia quæ requiratur in epiſcopo, & quæ in presbytero.*
Inſufficientia literarum conſtare poteſt non tam per euiden-
tiam iuris, quam facti, & quomodo, eod. num. ver. & per
euidentiam.
3 *Grammaticam neſciens, ex vſu tamen litteraliter loquens, ſi*
promotus fuerit ad dignitatem epiſcopalem, vel inferiorem,
an ſit deponendus.
Scientes mentem iuris, licet non ſcientiam, an tolerandi, ibid.
ver. Inducit quod & nu. 4.
4 *Scientiæ defectus in abbate quando ſit tolerandus; ſed non in*
epiſcopo.
5 *Priuari præbenda non poteſt is, cui redeunti de ſtudio conti-*
platione ſcientiæ, per quam ſperabatur eccleſiæ ſuffragari,
licet illum poſtea pateat ignarum eſſe.
Scientiæ præſumptione collata præbenda, licet ignarus poſtea
inueniatur poſſidens, priuari non debet, ex mente, ibid.
6 *Characterem retinet, qui priuatus eſt executione officij epi-*
ſcopalis.
7 *Additio gloſſarum, & nu. 8.*
8 *Grammatica quomodo vtilis ad vitã perfectam.*
Docere minime poteſt quiſpiam, quod non nouit, ibid.

CAPVT XV.

1 Quamuis Caſus. Defectus † ſcientiæ deij-
cit iam promotum, & facit ad
rubricam, de qualitate(Propo-
ſita) & forſan non probata ſecundum Hoſt.(De gram
2 matica) quæ ſcientia † requiratur in epiſcopo, colligi-
tur 23. diſt. qui epiſcopus. 38. diſt. quando. quid autem
ſcire debeat presbyter, collige 28. diſti. quæ ipſis. ſuffi
cit tamen ſecundum Hoſ. q prædicta ſciat in libro, &
cum libro perficere, licet illa neſciat cordetenus(Didi
ciſſe) vocatus ad tutelam, ſi neſciat litteras, non excu-
ſatur, ſi aliter non ſit expers negociorum. ff. de auctori
tate tu. athletæ. §. vlt. & inſti. de excuſa. tutorum. §. itẽ
propter. Vin. al. incipit ſimiliter(Et per euidentiam) ac
ſi dicat non ſolum erat iuris notorium per confeſſionẽ
vt eſt dictum, ſed et per facti euidẽtiam, vt quia neſcie
3 bat litteraliter loqui. Quid † de illo, qui ignorans grã-
maticam, ex vſu perfecte litteraliter loquitur, ſi promo-
tus fuerit ad dignitatẽ epiſcopalem vel inferiorem, an
ſit deponẽdus. Io. de deo in q. 26. li. 1. tenet, q ſi in aliã
eſt vtilis, non deponetur. Reſpondens ad hanc decre.
quod multa alia opponebantur contra iſtum, vt hic in
prin. Inducit, quod ſciẽtes mẽtem iuris, licet non ſcien
tiã, tolerantur. 38. di. ſedulo. Item ſm apoſtolum leges
neſcientes & illas ſeruantes ſibi ſunt lex. 19. queſ. 2. duę
ſunt. inducit et ff. de legibus, ſcire leges, & de cõ. diſ.
prima quidem. Item ſupplere poſſunt per alios. ff. de
offic. ordi. inter cætera. quæ etiam de defectu ſcientiæ
loquitur, propter quod dicebat, coadiutorẽ dari poſſe
7. qu. 1. non autem, & c. quia. Io. inf. de clerico ægro. ex
parte. ad iura, quę poſſent in cõtrarium induci. 25. diſt.
§. nunc autem, 8. q. 1. qualis. 61. diſtinc. ſtatuimus, cum
ſimilibus, reſpondebat, quod loquuntur in promouen-
dis. queſtio, quam ſtatim ſubdam, loquitur in eo, qui
neſciebat loqui latinum, & ſic differt ab iſta(Contra
Deum) propter animarum periculum; quia ſi cæcus
cæcum & c. ſupr. capit. proxim. in fi.(In epiſcopo) quid
4 † de abbate? videtur idem, argum. 42. diſtin. de Petro.

ar. contra

arg. ☞ 16. q. 1. placuit. 74. d. epõrũ. §. c. tuã. 38. diſt. ſedulo. qđ puto verũ, ſi aliter eſt peritus, & diſcretus in regula, per quam ſuum officiũ limitatũ eſt, ꝙ nõ contingit in epiſcopo, cuius officiũ late patet. ☞ de offic. vic. c. vlt. vnde maior eſt diſcretio in ipſius perſona requirenda, Rodoy. Io. de Deo diſputauit hoc libro 1. q. 40. dicẽs vt §. ꝙ ſi alias bonus eſt remanebit abbas, & prædicet vulgariter, vt in c. ſedulo. Item poterit addiſcere in monaſterio, de renun. poſt translationem. & ſi nõ poteſt addiſcere, detur ſibi coadiutor, vt in proxi. quęſtione. Inducebat ad hanc partem, ꝙ plus in his requiritur induſtria, quam litteratura, ne clerici, vel monaci, multa. Item olim abbates erant laici. 93. diſt. a ſubdiacono. ſufficiat ergo, ꝙ ſit prudens, & peruigil ſupra gregẽ. 8. q. 2. dilectiſſimi, & vide quod dicam de ſimonia, per tuas. 1. ſuper gloſ. propter inſufficientiam. his conuenit dominicalis. 20. vbi tenet Bartho. quod epiſcopus
5 † redeunti de ſtudio, cui contemplatione ſcientię, per quam ſperabat eccleſiæ ſuffragari, contulit præbendam, licet illum poſtea pateat ignarum, præbendam auferre non poteſt, dummodo ſciat officium, alle. 38. diſt. quando, & c. quæ ipſis, & c. ſeq. Inducitur etiã materia illius regulæ, quod ſemel. infra de reg. iur. lib. 6.
a vide quod dixi in Specu. ſuper rubrica, de præben. [a] in
6 fi. [Executionem] caracterem † n. retinet, de ſacr. nõ iteran. c. 2. §. de ordi. ab epiſcopo, qui renun. c. 1. & ☞ tit. 1. c. vno. ¶ In † gloſſ. 1. [in fi.] & perſeuerauit in cõ-
7 feſſione ſecundum Vincen. ¶ In gloſ. 2. [ibi, non valeret] Ouidius 2. Triſtium. quod minime † nouit, nemo
8 docere poteſt. [Et in fi.] licet autem grammatica non ſit ſcientia pietatis; poterit tamen ad vitam proficere, ſi fuerit ad bonos vſus aſſumpta. 37. diſt. ſi quis grãmaticam, La.

ADDITIO.

a De præben. ibi ponit etiam ſimilem q. in vaſallo per Roſ. diſputatam.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, ſiue diuiſio tituli.*
2 *De vnctione ſacra vbi alibi tradatur, loca enumerat.*

¶ De ſacra vnctione. Rubrica.

1 ¶ Quia † ex ordinandis, & præficiendis aliqui inunguntur, viſo de illis, de ſacra vnctione videamus, Goff. de hac materia. 95. diſt. & de conſecr. diſt. 5. in prin. vltra
2 † ea, quæ hñr in tit. proxi. de vnctione criſmatis, habetur de conſuetudine, quanto. de epiſcopali. de off. ord. ꝙ ſedem, & de conſe. ec. vel alta. cum ſis. de extrema, de verborum ſignific. quæſiuit, & in cle. de priuileg. c. 1. in princ. de vnctione imperatoris, de iureiur. Romani, in prin. & verſic. nos itaque, & verſic. ac decernẽtes, & vide Clemen. de electio. in plerique, verſic. quòd ſi litteralem.

SVMMARIVM.

1 *Græcorum eccleſia in ordinationibus & conſecrationib. ſeruare debet vnctiones eccleſiæ Romanæ.*
Vnctio epiſcopalis quæ, ibid. et prętermiſſa ſupplebitur, ibid.
2 *Diuiſio decretalis, & num. 6. 19. 26. 29. 32. 39. 43.*
3 *In conſecratione epiſcopi quædam ſubſtantialia, quædam ſolẽnia, quædam dubia, & quædam leuia, & quæ nu. 4. & quę omiſſa iterentur. & in quibus corporis locis vngatur, nu. 26. & tres epiſcopi in ea, & totidem in ſuppletione debẽt eſſe num. 48.*
Supplentur aliquando quædam, non iterãtur alia, & qñ ibid.
5 *Multa loquentem ad audientium vtilitatem magiſtrum non culpandum.*
7 *Vnctio materialis quæ, & inuiſibilis, & num. 13.*
8 *Caracteris impreſſio non poteſt niſi baptizato fieri, & ratio. & remanet etiam in degradatis, & in dãnatis baptizatis, & num. 14.*
Baptiſmus eſt omnium ſacramentorum ianua, & fundamentum, ibidem.
Sacramenta omnia poſt characterem baptiſmi indelebiliter recipiuntur, ibid. & num. 9.
9 *Sacramenta corporalia quare dicantur.*
Corpus hic pro anima ponitur, ibid.
10 *Anima ex diuerſis ſuis officijs varie nominatur, & quæ ſint eius officia.*
11 *Epiſcopus in extrema vnctione chriſmate vngitur ſecundũ quoſdam, in quibus corporis partibus vngatur in cõſecratione, num. 26.*
12 *Vnctionis extremæ vtilitas, & num. 49. & interioris etiam quæ, num. 18.*
Spiritu Dei quem duci, vnde dictum, ibid. ad fi.
13 *Vnctio inuiſibilis ſignum eſt, & ſacramentum & eorum explicatio.*
14 *Sacramentum, ideſt ſacramentalis character.*
15 *In matrimonij Sacramento an & in quibus gratia cõferatur.*
Concupiſcentiæ triplex inordinatio, & quæ eod. nu. ver. vnde fateamur.
16 *De benedictione recipere precium, eſt ſimonia.*
Dos non eſt de ſubſtantia matrimonij, vel eſſe.
Sacramenti virtutem non recipiunt inhabiles, ibid.
18 *Dignũ qui dicatur ſumere vnctionem interiorem.*
20 *Cathecumeni, & infirmi vnguntur & quo oleo.*
Myſtica quæ dicantur, ibid.
21 *Scriptura ſacra per quatuor intellectus, vel ſenſus exponitur, & quos, cum explicationibus.*
22 *Per oleum quæ deſignantur, eiuſque proprietates, et nu. 24.*
23 *Lampades pro bonorum operum exemplis.*
Balſamus quid ibid. & quid per eum ſignificatur, num. 34.
24 *Chriſma ex quibus conficiatur.*
25 *Prælati quibus ſint odor vitæ, & quibus mortis, & quales intus, & quales foris debeant eſſe.*
Res eadem diuerſos operatur effectus ex re ſubiecta, cum exemplis eod. num.
26 *Vnctio epiſcopi in conſecratione in diuerſis corporis partib. quid myſtice ſignificet.*
27 *Faciem lauare quid myſtice deſignet.*
28 *Amor qui ſolus probabilis.*
Beatæ animæ quæ, ibid. ver. beatæ ſunt.
29 *Regum vnctio in capite olim, nunc in armo fit, & ratio.*
Inter vnctionem regum, & epiſcopi differentia, ibid.
30 *Triumphantis mos in inuitatione conſulis ad cœnam.*
Delibutio, vnctio, ibid.
Auctoritas notat ius. ibid.
Poteſtas factum, quæ pendet ab auctoritate, ibid. & nu. 31.
31 *De poteſtatis eccleſiaſticæ ad ſæcularem prærogatiua, remiſ.*
32 *Vnctio Chriſtianorum quomodo, & quoties, & in quib. corporis locis, & quid ſignificet, & de alijs ad eam pertinentibus. num. 39. & 49.*
Fides mortua quomodo intelligatur, ibid.
Torpor pigritia, caput pro vertice, ibid.
Oculi pro intellectu, caput pro mente, vel anima myſtice capiuntur, ibid.
33 *Imprudentia & ignorantia quo modo tollantur.*
Hominis perfectio quæ, ibid.
34 *Chriſtiani quare ſic dicantur.*
Odor pro exemplo, ibid.
35 *Apoſtolorum locum qui teneant.*
36 *Spiritus ſanctus venit etiam in baptiſmo, et quare apparuit ſuper Chriſtum in columba.*
37 *Columbæ proprietates ſeptem, ex quibus eliciuntur ſeptem dona contra capitalia vitia ſeptem, cum explicatione.*
38 *Catacliſmi etymologia.*
Oliua delata a columba olim quid præfiguret, ibid.
39 *Vnctio etiam fit rerum, & quarum ex contextu.*
Mos generalis ſeruandus eſt, ibid.
40 *In tabernaculi locum ſucceſſit eccleſia.*
41 *Antiquus in dubio, & quando deferendum.*
42 *Ignarus ſic reprobat, vt percutit, qui non videt.*

43 *De ſacramentis non licet aliud credere, vel ſeruare ſine hæreſi, quam quod doceat eccleſia Romana.*
44 *Græci à latinis in multis diſcrepant.*
45 *Mos Rom. pontificis ad conſequentiam non trahitur.*
Hiſtoria quid, ibid.
46 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum, & nu. ſeq.*
49 *De figuris Latini ſermonis vbi tradatur, ver. in gl. c.*
51 *Baculi à beato Petro traditi hiſtoria, et eius recuruatio quod velit, ibidem.*
Treueren. archiepiſcopus quis fuerit primus, ibid.

C A P V T I.

Cum veniſſent. Litteralem collecti-
uum caſum ponit gl.
in ſumma vero prin-
1 cipaliter hoc intendit. Eccleſia † Græcorum in ordina
tionibus & cõſecrationibus ſeruare debet vnctiones,
quas ſeruat eccleſia Romana. Epſ aũt, cum conſecra-
tur, inungitur chriſmate in capite, & manibus: quod ſi
fuerit prætermiſſum, per tres epos eſt ſupplendum. di-
2 uidebat † autem Hoſt. decre. in 9. partes, vt dicam in
textu. poſſet autẽ diuidi in duas principales, vt prima
inſtituat eccleſiam Græcorum circa materiam vnctio-
num. ſecunda reſpondet ad qõnem principalem. ſecũ
da ibi, in fin. licet autem. & prima poſſet ſubdiuidi in
tres principales. 2. ibi ſacra, tertia ibi, monemus & in
hac prima parte dr̃, ſe feciſſe per tres Eps ſuppleri, qđ
huic epo deerat. [Bramerben.] alias Branienſis [Sup-
3 pleri] vr̃. † ꝙ debuerit iterari: qa nil dr̃ actum, &c. &
vt dicit gl. de cõſec. diſt. 2. reuera. 68. diſt. cor epi, & c.
quamuis ſi forma nõ ſeruatur, nil agitur. de reſcriptis.
cum dilecta. in fi. dicit Hoſt. ꝙ quædã ſunt ſubſtantia-
lia, quæ ſi omittantur, nil agitur, quædã ſolẽnia, q̃ ſup-
plentur. quædam dubia, in quib. totũ iteratur, quædã
leuia, q̃ licet non ſit neceſſariũ, cautũ tñ eſt illa ſupple-
4 ri. ſubſtantiale † eſt ponere librũ ſuper ceruicẽ conſe-
crandi. 23. di. eps, ſm Goff. ad quod 75. di. quod die.
Sed ſm Hen. cautũ eſt, ꝙ in talibus nil temere aſſera-
mus. Item numerus conſecrantium, vt ad minus ſint
tres. 66. diſt. porro. de tẽpo. ordi. ſi archieps, & ca. ſe. &
hic, & ꝙ vnus eps totã benedictionẽ perficiat. 23. diſt.
quorundam, de conſe. diſt. 2. qa. 24. q. 1. loquitur. ſolẽ
nia vero ſunt vnctio, tempus, ætas, manus impoſitio.
vnde talia ſupplentur. ſ. impoſitio, & vnctio, vt hic, &
j. tit. 1. c. 1. & vlt. In reliquis diſpẽſatur, de temp. ordi.
conſultationi, vbi de hoc. Dubia vero ſunt miſſa, & ie-
iunium, in quibus vñt canones, & magiſtri diſcrepare,
tenendum eſt ergo quod eſt certius, vt fiat iteratio, de
baptiſ. c. 2. cũ ſuis concor. de clerico per ſaltũ promo.
c. vno, Leuia, tãgere, vel nõ tangere aquimanile, oſtiũ,
vel campanam, traditio vrceoli, cãdelabri, vel calicis,
nec reprobamus, ſi ad cautelam ſuppleantur. 5. di. ad
eius. ſt. mã, qui 1 de mutua, ſm Hoſt. qui dicit, ꝙ hęc po
tiſſimè per canonũ ſtatuta procedant, & canoniſtę du-
bitant, neſcit qũo purus theologus illa audeat diffini-
re. remittit autem ad ſummam, eo. tit. §. à quo, & qua-
liter [Et infra] hoc eſt, vt ſcias in conſuetudine Græco-
rum errari. & vt facilius pareas monitioni, quam fa-
cturi ſumus. in fi. capituli, ad tuam etiã & ad multorum
vtilitatem volumus tractatum vnctionis plenius expli
5 care ſm Hoſt. qui per hoc arguit † magiſtrum non in-
culpandũ, ſed cõmendandũ, q ad vtilitatẽ audientiũ
multa loquitur, de hoc tit. 1. cum ſit. & eſt ſimile de re
nun. niſi, vt eccleſia. benefic. & cap. vno [Scire te] Scda
6 † pars in qua de vnctione generaliter tractat, dicẽs illã
duplicem. & in primo ver. probat primam auctoritate
Iacobi. In ſecundo ſecundam auctoritate Ioannis. In
tertio dicit, quid vtraque deſignet [Materialis] i. exi-
7 ſtens corporali materia, Pet. [Inuiſibilis] quæ nihil †
aliud eſt, quã charitas, vel donũ ſpiritus ſancti impreſ-
ſum animæ, ſicut & caracter corporalis imprimitur cor
8 pori, & hæc impreſſio † non põt niſi in baptizato fieri,
cum baptiſmus omnium ſacrorum ſit ianua, & funda-
mentum, de presbytero non bapti. veniẽs. Sed poſt ca
racterẽ baptiſmi impreſſum in anima indelebiliter re
cipiuntur omnia ſacra ita, ꝙ & poſt degradationem
caracter remanet. Nam & ſm Aug. in damnatis bapti
zatis quædam remanent, per quæ ab alijs diſcernun-
tur, ad hoc de diuor. quanto, de ſciſmaticis. cap. 1. de
ord. ab epo. cap. 1. Nam & ſi caracter corporis impreſ
ſus furi deleri non põt, Imo qui id intẽderet, illud au-
geret, fortius id in ſpirituali dicendum, ſm Hoſt. [vn-
9 gitur] per miniſtrũ. [Corpus] inde dicuntur † corpora-
lia ſacra & an pereant cum corpore, no. 1. q. 1. corpora
lia [Inuiſibiliter] ſicut enim anima non patet oculis,
10 ſic nec ipſius vnctio, ſic corpus hic ponitur p̱ † anima,
quæ ſm diuerſa ſui officia varie nominatur, vnde ver-
ſus. Pluribus officijs animę ſunt nomina plura. Dum
ſentit ſenſus, rõ dum iudicat & mens. Dum quid com-
memorat, animus, dum cogitat, & cor [Iacobus] 5. ca.
[Infirmatur] ſup. ſi, vel legas interrogatiue [Presbyte-
ros] ſufficit vnus, de verb. ſignificatione, quæſiuit [Eũ]
11 infirmum [Oleo] dicunt quidam, ꝙ † eps in extrema
vnctione vngitur criſmate. 25. di. illud, vbi de hoc [Fi-
dei] i. fidelis præsbyteri. vel i. facta ſm fidẽ [Saluabit]
12 temporaliter † vel ſaltem ęternaliter ſm Inn. [Infir-
mum] loquitur ergo hic de ſacramento vnctionis ex-
tremæ, quod inſtitutũ fuit ex duplici cauſa quo ad cor-
pus ſanandum, & animam ſaluandam, quia purgat ve
nialia, & ſi nil inuenit purgandum, prodeſt ad ſecuri-
tatem præbendam, & quo ad maiorem conſtantiam,
de conſe. di. 5. ca. 1. & 2. ſm Hug. [De ſecunda] ſ. inui-
ſibili [Ioannes] 1. Io. 2. c. [Doceat] ſimile Matthæi 10.
cum veneritis ante reges, & p̃ſides &c. [De omnibus]
ſup. ſeruate, & docete. Inde etiam dr̃, qui ſpiritu duci-
tur, non eſt ſub le. 19. q. 2. duæ [Inuiſibilis] quæ fit in
13 anima † corpore exterius vncto. Inn. [Eſt ſignum] vt
præter exteriorem vnctionem, & caracterẽ animæ ia-
xum, quæ ingerit ſenſibus hominum, faciat & aliud ve
nire in ipſorum notitiam. ſ. gratiam animæ infuſam.
hic enim caracter impreſſus animę eſt ſacramentum:
quia facit id quod ſignificat. Nã præter id, quod deſi-
gnat. ſ. gratiæ infuſionem eſt ẽt ipſius gr̃æ infuſionis
cã. vnde & ſequitur, quia & ſi digne ſumitur, &c. ſm
Inn. & adde ꝙ dicã de cele. miſ. cum Marthe. & infra
14 ti. 1. in rubrica [Sacramentum] i. ſacramentalis † cara
cter, qui ſemel habitus nũquam amittitur, vt eſt dictũ,
dr̃ aũt ſacrm̃ ſm Hoſt. quia mẽtẽ ſacrat, & ſanctificat,
purificat, & vnit Deo. infra eo. §. qa vero, de bap. debi
tũ, vel dic, ꝙ eſt ſignum. i. caracter impreſſus aiæ, & ſa-
15 crm̃. ſ. gratiã conferẽs. In oĩbus † enim ſacris, excepto
matrimonio, ꝯfertur gr̃a. 75. di. §. 1. & c. ꝙ a partibus,
& c. ſe. 1. q. 1. multæ, & c. multi. de matrimonio vero ne-
gatur pp duo, qa pecunia mediãte ꝯhitur. 30. q. 5. alr.
Et qa infidelibus eſt cõe, de diuor. quanto, qbus certũ
eſt gr̃am non conferri. 1. q. 1. multæ, & c. ſi quis inquit.
Refert hic Hoſti. theologos dicere, ꝙ ſi fideles vacent
orõnibus, & ea intentione, qua debent, ꝯhãt, & alias
ad recipiendã gr̃am ſe habilitent, aliqua datur gr̃a in
ſacro matrimonij, & citius eis deus dat prolem, & car-
nis pruritus minus ſentiunt, prouerbiorum 8. in fi.
aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſua-
uior. fortiores redduntur ad fidem ſibi inuicem ſeruan
dã: magis abũdãt in tpalibus, & diutius & conſolantius
viuunt. ad ꝙ Thobiæ. 8. g. ibi, Eos, qui ꝯiugium ita ſu-
ſcipiunt, vſq; in fi. & c. 8. per totum, & maximè ibi, filij
ſanctorũ &c. Sed hoc eſt certũ, ꝙ inter eos opus carna-
le ſine pctõ pficit. Vñ fateamur in mrĩmonio conferri
gr̃a ꝯ triplicẽ inordinationẽ ꝯcupiæ. pma, quia incli-
nat ad multas mulieres. Sed per gr̃am ſacri ſoli ꝯiugi
vult cõiũgi, & inde bonũ fidei. Scda, qa inclinat ad ſo-

lam

li delectationē. Sed gratia ſacramenti inclinat ad prolem, & inde oritur bonum prolis. Tertia in ordinatio concupiſcentiæ, quia poſt impletionem faſtidium generat, inde luxurioſus quærit aliam. Sed in matrimonio datur gratia, vt uelit eſſe ſemper cū vna, & ſic oritur bonum ſacramenti, nec ob. ꝙ contrahitur pecunia mediāte, quia illud toleratur propter onera matrimonij, ar. in eo, quod legitur, & not. de vſuris, ſalubriter. Et quia potius ordinatur ad carnalitatem ſcilicet prolis ſuſceptionem, quam ad ſpiritualitatem. Si autem
26 † de beneditione reciperetur precium, eſſet ſimonia, de ſimo. cum in eccleſiæ, & adde quod ibi no. i. reſpon
27 ſo. nec eſt dos † de eſſe matrimonij, ad id quod dicitur, ꝙ infidelibus eſt commune, quibus non confertur gratia, reſpondetur, ꝙ id non eſt ex defectu ſacramenti, ſed inhabilitate ipſorum, ac ſi exiſtens in mortali recipiat euchariſtiam, vel fictus, vel cōditionaliter coactus recipit baptiſmum. de materia vide Tho. 4. ſen. diſt. 26. q. 2. articulo 3. [Si digne] i. ſi ſummens deuote
28 recipiat, † & eſt ſine mortali ipſa interior vnctio [Agit] i. creat gratiam nouam, puta caſtitatem in diſſoluto, & ſic per ꝯñs ſalutē, q̄ quis conſequi conſueuit per gratiam [vel auget] Ampliando. ſ. veterem gratiam, vt ſi libenter eleemoſynam dabat, nunc libentius, & iſta digna aſſumptio eſt, maxime in ſacramento ſacerdotalis ordinis dignius, & deuotius, quam in alijs attendēda, quod etiam aliorum ratione confertur. 1. q. 1. §. ecce cum. ad quod deſignandum in vnctione manuum ſacerdotis cantat eccleſia inuocationem ſpiritus ſancti, vel expone, agit, ſ. in ſacramento baptiſmi, quo dat nouam gratiam: auget, ſcilicet in reliquis ſacramentis
29 [Ad exhibendum] 3. pars † in quo oſtendit, de quo debeat eps inungi. Et dicit de chriſmate, oſtendens, de quo conficiatur chriſma, & quare [vel infirmorum] i.
30 quo inunguntur † catechumeni, vt patebit in ver. quia vero, vel infirmi, vt patuit ſ. [Oleo] ſ. benedicto [Myſtica] i. figuratiua. i. ſignificatiua, i. per ſignificatio-
31 nem, ſm Inn. ad quod ſciēdum eſt ſm Hoſ. quod † per quatuor ſenſus, ſiue intellectus ſacram ſcripturam exponimus, ſcilicet per hiſtoricum, per quem res geſta ad litteram recitatur. 26. q. 5. nec mirum. Per allegoricum, per quem alius ex alio ſumitur intellectus, & dicitur myſtica, vel interpretatiua locutio, quando. ſ. fit ſermo mixtus, de conſe. diſtin. 4. proprie. Per tropologicum, ideſt moralem, per quem mores ornantur, & dicitur ſermo conuerſiuus. 36. diſtinct. vino. de pœnit. diſtinct. 1. ſuper tribus. Item per anagogicum ab ana, quòd eſt ſurſum, per quem ad celeſtia aſcendimus, & de ipſis tractatum habemus, de conſecr. diſt. 4. eccleſia, de pœnit. diſtinct. 2. principium. vnde Hieruſalem ſecundum hiſtoriam eſt ciuitas, ſecundum allegoriam deſignat ſanctam eccleſiam, ſecundum tropologiam quamlibet fidelem animam, ſecundum anagogem demonſtrat cęleſtem Hieruſalem. i. eccleſiam triumphantem. His quatuor modis quaſi 4. rotis diuina ſcriptura tota reuoluitur, & de hoc 76. diſt. ieiunium [Ni-
32 tor conſcientię] i. puritas † vel mūdicia, alibi deſignat miſericordiam. 45. diſt. diſciplinam, & de pœn. & remiſſ. omnis, ver. ſacerdos. de proprietatibus olei ponebat Abb. hic ver. Eſt oleum pingue, calidum, nitidum penetransque. Mitigat & reficit, lubricat, ſupereminet,
33 [Lampadibus] ideſt bonorum † operū exemplis, Abb. [Balſamum] hic eſt quidam liquor, qui emanat de quibuſdam arboribus, ſiue fructibus, dū putantur, ſecūdū
34 Hoſt. [Chriſmate] confecto † ſ. ex deſignantibus bonā conſcientiam, & bonam famam [Conſcientiæ] reſpectu olei [Famæ] reſpectu balſami. Hieronymus ſuper eccleſiaſti 7. c. fac tibi famam longiorem, vt quomodo vnguentum nares odore delectat, ſic ad tuum vocabulum cuncta poſteritas delectetur, Apoſtolus 2. ad Corinth. 1. [Filiæ] i. animæ [Regis] i. Dei [Ab intus] i. a puritate interioris conſcientię. & hī hoc pſal. 44. [Apoſtolus] 2. ad Corinth. 2. [alijs] præter expoſitionem gl. dicit Hoſt. hunc textum ſic poſſe intelligi. ſ. quòd præla-
25 ti † ſint extrinſecis odor vitæ per bonam operationē extrinſecam, quam ſumunt in exemplum [Alias] ſ. intrinſecis. ſint odor mortis. i. pęnitentia, per quam peccata, & caro mortificantur per actus interiores, quos vident, vel mortis ad literam, ſi actus domeſtici praui ſunt [In mortem] & idem Apoſtolus, Factus ſum infirmus infirmis, 1. ad Corinth. 9. 35. diſtinct. recedite. & idem dicit, omnibus omnia factus ſum. vnde videmus, ꝙ idem poculum ab ape ſumptum producit mel, a ſerpente venenum. Idem recte in doctrina, per quam vtentes ad bonum ſaluantur. Alij, qui ad malum vtūtur, damnantur. Hieronymus ſuper eccleſiaſti. ca. 7. dicit, quòd eadē ſolis operatio liquefacit cerā, & ſiccat lutum. & vide in Hiero. ſuper canticum. cap. de pignquorum odore quædam animalia creantur, & quædā pereunt [debet enim epiſcopus] 1. ad Timo. 3. [Intus] ſ. in clero, vel cōione eccleſiæ, ſ. in fide [Foris] i. extra clerum, vel extra fidem. refert Abb. de beato Clemente, & de quodam epiſcopo Bituricē. ꝙ etiam a Iudæis & infidelibus fuerunt venerati. Hieronymus ſuper Danielem b. quando ſancti ab infidelibus diliguntur, Dei miſericordiæ, ideſt non bonitatis hominum peruerſorum [Trahat] Apoc. vlt. & 36. diſtin. §. ecce [Audit] prædicationem bonis operibus roboratam [Dicat] prædicando [Veni] ad finem, vel ad miſericordiæ opera ſuſpicienda, puta pauper ad eleemoſynā, hoſpiciū, & ſimilia, vel eſt pręteriti, dicat. ſ. ego veni. i. verba
26 tua recepi, & incorporaui [Hoc vnguento] quarta † pars, in qua docet, in quo loco vngatur eps. dicit quod in capite, & manibus, dicens, quid caput, & manus ſignificent, & plures rationes reddit, quare prædicta vnguntur [Manus epi] ergo manus vnguntur chriſmate. alias enim nil adderetur, cum in ordine presbyterali fuiſſent vnctæ oleo [Vnge] i. mentem humilia [Faciem
27 † tuam] fac munda opera, vel faciem ideſt conſcientiam, vel proprie, & tunc dic laua, ideſt lachrimis, quę ſunt clericorum arma. 23. q. 8. conuenior, ſm Pe. Lana, ne videaris hominibus ieiunans [Deſtillauerūt] i. ſparſerunt bonum odorem famæ, & exempli [Mirrham] & prouerbio vltimo quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt in conſilio manuum ſuarum [Manus igitur] prima ratio, alia redditur infra eodem verſiculo manus [Oleo] ideſt chriſmate, in quo eſt oleū [Domeſticos] ad Gal. vlt. [Fidei] i. eos, qui ſunt in eccleſia per fidem. 86. diſt. non ſatis [Charitatis] dilectionis Dei, et proximi vt ſequitur [Ex toto] M. 22. G. [Tota anima] ſo-
28 lus ille amor † probabilis eſt, qui Deo, & virtutibus animæ coaptatur. nihil eſt, quod non toleret, qui perfecte diligit. vide in Hierony. ſuper cantica. b. & ibidem. d. dicit, beatæ ſunt illæ animæ, quæ dorſum ſuum curuauerunt, vt ſuſcipiant ſuper ſe ſeſſorem verbum Dei, & frena eius patiantur, vt quocunque voluerit, flectat eas [Propheta] Dauid in pſalm. ecce quam bonum [Eius] & c. hoc exponitur per Io. de pęn. diſtinct. 1. verſiculo quantumlibet [Caput Chriſti] pri. ad Corinth. 11. [Dicit] Iſa. 61. & Lucæ. 4. [Miſerit] i. gratiam infuderit [Euangelizare] ideſt prædicare [pauperibus] i. apoſtolis, Pet. [Inquit] principaliter conſecrās,
29 de electio. quod ſicut [Vnde in veteri] 5. pars † in qua probat reges ungi in capite ex præcepto veteris teſtamenti, oſtendens ꝙ a tempore Chriſti nō debuit vngi rex in capite, ſed in armo, docens hoc in teſtē veteri deſignatum, oſtendens differentiam per hoc inter vnctionem epi, & regis [Teſtamento] Iſta inducit pp id, ꝙ dixerat ſupra caput inūgi propter auctoritatē lib. 3. 19. cap. [Actibus] 4. c. [Suis] i. angelis qui ſibi ſunt cōſortes.

ſortes, Pet. [Apoſtolum] ad Colo. 1. d. [Legitur] Iſa. 9.
[Ad quod] ſ. quod transferenda erat vnctio de capite ad
armum [Samuel] 1. regnm. 9. [Capite] ſ. menſæ. conue-
30 nit, quod † dicit Valerius lib. 2. c. 3. quod inuitabatur cõſul
per triũphantẽ ad cœnã, & rogabatur poſtea, ne veni-
ret, vt triũphans in capite ſederet vt maior. & not. pro
ſede. de hoc de priuileg ex ore (Eos) qui fuerant nume
ro 30. vt in hiſtoria, quam hic potes recitare, & recitat
Hoſt. (Delibutio) i. vnctio (Auctoritatẽ) notat ius, ver-
bum vero poteſtatem, quod ſequitur, notat factũ. No.
31 autem Hoſt. quod auctoritas † non pendet a poteſtate,
ſed potius è conuerſo. ad quod de maio. & obe. ſolitæ.
§. præterea. de rebus eccl. non alie. c. vlt. & de prærogatiua
poteſtatis eccleſiaſticæ ad ſecularem aliquid hic
not. & remittit ad no. qui fi. ſint legitimi, per venerabi
32 lem. (Quia vero Chriſtus) Sexta † pars, in qua tractat
de Chriſtianorum omnium vnctione dicens quod quili-
et Chriſtianus iniungitur bis ante baptiſmum oleo ſa
cro. primo in pectore. 2. in ſcapulis, & bis poſt baptiſ-
mum chriſmate. primo in vertice: ſecundo in fronte,
reddens rationes, quare in his locis vngantur, & qua-
re non chriſmate ante baptiſmum, & quare ſolus epi-
ſcopus confirmat in fronte, probans demum aduen-
tum ſpiritus ſancti per vnctionis myſterium deſigna-
ri. (Sanguinem) i. paſſionem ſuam, Pet. (Sacerdotes)
Apoc. 1. (Petrus) 1. Petri. 2. (Vos) ſ. omnes. Chriſti (Ge-
nus electum) i. electi ex omnibus generibus hominum
(Suſcipiat) ſaltẽ in habitu, de baptiſmo maiores (Iu-
ſtus) ad Hebræos. 10. G. (Torporem) i. pigritiam) Mor-
tua eſt) Ia. 2. c. in 3. & 1. q. 1. fertur. quod intellige, vt ibi
no. ſ. ſi tempus datur, & locus. (Sit) ſ. fiat (Apoſtolum)
2. ad Timo. 2. [Caput] quod hoc intelligitur idem, quod
vertex, Inno. (Legitur) eccleſiaſtes. 2. (Oculi) ideſt in
tellectus. & ſumitur caput pro mente, vel anima. diſci
33 plina † enim intrans animam ſapientis, imprudentiã
tollit, & ſcientia ignorantiam; de pœn. diſt. 3. ille rex
tantus (Ratio) Proſper. 2. de contemplatiua vita, do-
minetur vitijs ratio: ſubiiciatur corpus animo, & ani-
mus Deo, & impleta eſt hominis perfectio (libere) Hie
ronymus contra Ruffinum. h. canes latrant pro domi-
nis ſuis, & tu me non vis latrare pro Chriſto [Corde]
de conſecra. diſt. 4. baptiſmi [Memor] ipſe baptizatus
34 [dixit] Mat. 10. & Luc. 12. [Chriſtiani] quare † non dicitur,
Ieſuani, dicam de immu. ecc. decet. lib. 6. ſuper gl. Ie-
ſus [Concurrant] quaſi ſimul cum ipſo currant in per-
fectione charitatis, parati ſi oportuerit, pro Chriſto
mori, ſicut & ipſe mortuus eſt pro ipſis, ad hoc 8. q. 1.
in ſcripturis [Concurrant] can. ita [In odorem] i. exem
plum, imo ad ipſius famoſiſſimam miſericordiam ſe-
cundum Innoc. [Cuius] ideſt gratia cuius nominis, vel
dic cuius nomen. i. cuius forma eſt de infinita miſeri-
cordia, Innoc. [oleum] i. per oleum [Effuſum] i. effuſa,
vel ſicut effunditur oleum ſic nomen, & gratia Chriſti
35 (Sunt epiſcopi) non † ſolum epiſcopi, ſed etiam mona
ci, & ſacerdotes certo reſpectu tenent locum apoſtolo-
rum, vt not. 12. q. 1. videntes (Actuum) 8. c. [Inquit] le-
36 ctio actuum (Venerat) ad robur. quantum † enim ad
abſolutionem peccatorum venerat in baptiſmo (Co-
lumba) dicit gloſſ. quod ſpiritusſanctus apparuit ſuper
Chriſtum in columba, vt ipſum manſuetum, & miſeri-
cordiæ præconem oſtenderet. venit enim nos collige-
re per manſuetudinem. ſuper diſcipulos autem in igne:
quia eos ad conſumendam in ſe & alijs peccati rubi-
37 ginem veniebat accẽdere. Septem † proprietates at-
tribuuntur columbæ, ex quibus eliciuntur 7. dona cõ-
tra 7. capitalia vitia. caret felle, & viſum recuperat. &
per hoc intellectus contra luxuriam. nullum lædit, &
per hoc conſilium contra auaritiam. alienos pullos nu
trit, & per hoc pietas contra inuidiam, gemitum ha-
bet pro cantu, & per hoc timor contra ſuperbiam. iux-
ta fluuium moratur, & per hoc ſcientia contra iram,
grano puro veſcitur, & per hoc ſapientia contra gulã,
in petra nidificat, & per hoc fortitudo contra accidiã
(Baptiſmo) quod dabat Ioannes (Deſcendit) Luc. 3.
38 (cataclyſmo) i. diluuio, & † dicitur a cata, quod eſt cõ-
mune, & clyma, quod reſpicit quatuor mundi clima-
ta: quia totum mundum occupauit, Hoſt. (Reuertẽs)
Gen. 8. & hic recitat Hoſt. hiſtoriã (Oliuæ) *quaſi dicat*
iam habuiſti ſpiritumſanctum deſignari per colum-
bam, quæ elegit oliuam ad deſignandam infuſionem
ſpiritusſancti in vnctione olei. quomodo quidam per
oliuam, ficum & vineam deſignari putant miniſteriũ
trinitatis, vide per Abbacuch. d. in Hiero. (Prædica-
uit) Pſal. 102. benedic anima mea. 2. (*Vngitur*) 7. pars
39 † in qua tractat de vnctione rerum (Morem) gene-
ralem, qui in talibus ſeruandus eſt, de tempor. ordin.
cap. 2. de celeb. miſ. pernicioſus (*Diuinæ*) Leuitici. 8.
40 (Tabernaculum) in † cuius locum ſucceſſit eccleſia,
Pe. (Verum) 8. pars, in qua antipophorizando dicit ec
cleſiam non iudaizare ſeruando ad literam vnctiones
veteris teſtamenti (Alii) alias antiqui, & hanc lite-
ram habuit Hoſtienſ. qui ſignabat contrarium, quod
deferendum ſit antiquorum opinionibus, de tem. por.
ordin. literas, de reſtit. ſpol. literas. *Et dicebat, quod*
41 in dubio deferendum erat antiquis. Sed non, vbi no-
torius eſt ipſorum error, vt hic. ad idem ff. ad l. fal.
l. 1. §. ſi vſusfructus. 9. diſt. neque, & c. noli, & c. negare;
& adde quod dixi de transla. quanto (Neque ſcriptu-
42 ras) no. ad † vulgare, ſic reprobat qui ignorat, ſic per-
cutit, qui non videt. de hoc ſup. tit. 1. cum ſit. & de 10.
modis temerariæ reprehenſionis remittit Hoſtien. ad
ſummam in proœmio circa mediũ ſecũdæ columnæ. ver.
43 ſtudioſius, & ver. ſeq. [Monemus] nona † & vlt. pars,
ſecundum Hoſt. [Conſecrandis] ſup. & alijs ſacramen
tis, de quibus ſine hæreſi non licet aliud credere, vel
ſeruare, quam quod doceat eccleſia Romana, de hære
ticis, ad abolendam. 1. reſponſo, & de hoc de tẽp. ord.
44 cap. 1. quicquid † hic moneat papa, Græcorum eccle-
ſia Græca eſt, & a nobis in multis diſcrepat, vt patet
de oſt. ord. quoniam in plerique, de bapt. licet, & de hoc, de
temp. or. cum ſm. [Licet] dicit Hoſt. quod vera litera eſt,
45 & licet, & in antiqua. Et no. morẽ Romani † põtificis
ad cõſequẽtiam nõ trahi: quod dic vt de tẽp. or. c. 1. Hoſ.
[Hiſtoriã] Tullius li. de oratore, hiſtoria eſt tẽporum te
ſtis, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia
vetuſtatis [Miſticã] ſic eſt accedẽs ad altare, deponit
mitram, & baculum, & ea, dũ ſe voluit ad populũ reaſ-
46 ſumit, vt no. 45. di. diſciplinã, in vlt. gl. ¶ Prima † gl.
ponit caſum. ¶ Gl. i. ad id rñ. per obj. ¶ Gl. ſ. confirma-
47 tione ſi. contrium, & ſoluit. ¶ In † gl. 1. ad id ibi. [Præ-
48 ſes] vide de vſu pallij, niſi, in vlt. gl. ¶ In † gl. 1. ibi [Ac
cedens] forte in legatione patriarchæ Conſtantinop.
quærentis, an poſſet vti baculo paſtorali, cũ Romanus
Põtifex nõ, vt vtatur patet in fi. [& ibi, Patriarchæ Lati
no] ſed proxime ante ipſum fuerat patriarcha Græcus,
a quo ille fuerat cõſecratus, ſecundum Inn. ¶ In glo. 2.
[in fi.] ergo debet loqui ſingulariter, ſicut, & ſ. ſcire te-
xte & ſic ſ. de crimine falſi, quod graui. dũt quidã, quod ſcri-
bitur patriarchæ, & ſuffraganeis, & quoniam loquitur ad ſolũ
patriarchã, vtitur ſingulari. ſimile, de inſtituti. c. 3. di-
cit Hoſt. quod ſoli patriarchæ loquitur. & quod dicit vos. ſ. te.
Et ſubditos, vel. i. veſtrates, nec per hoc fit lata ſignifi-
catio in verbis reſcriptorum, ſed eſt modus loquẽdi, &
ſic non eſt contra, de reſcriptis. Rodulphus. ¶ In gl. quaſi ibi
49 tres] & ſicut † tres eſſe debẽt in conſecratione, ita &
in ſuppletione, vt hic patet, ſic & eo tempore ſupplen
dum, quo fuerat conferendum. inf. tit. 1. c. fi. ¶ In glo.
50 imo [in fine] 15. q. 6. cap. 1. ¶ In † gloſſ. 95. [in fi.] ibi
plene no. ad quid valeat hæc vnctio, & quid iuris, ſi non
habens oleum, vngat chriſmate; & quid ſi vngat
oleo

oleo non benedicto; & nunquid poſſit iterari. ¶ In gl. 1. ibi[antiptoſis]& de his ĩ. de verb. ſigni. forus. ¶ In gl. in euangelio[in fi.]c. 25. ¶ In glo. in libro[in fi.] ecclesiaſtici 34. ¶ In gl.[euangelij]Mat. 6. ¶ In gl. ſe[in fi.] 5. c. B. ¶ In gl. 1. ibi[ſeipſum]i. ad bonos mores, & ad conſequendam vitam æternam[& in fi.]de vſu pallii, niſi ¶ In gl. bñdictio, ibi[communis]ſed liquor eſt diuerſus, vt hoc patet, & in fin. alias incipit hoc idem. ¶ In gloſſ. 68.[in fin.]& adde, quod de hoc no
b ta. 66. di. porro, in 3. gl. ¶ In gl. ſimplex[in fi.]vel dic, in qua. i. in cuius ſpẽ, & ſic ſupfluit gl. ſecundum Hoſt. ¶ In gl. & ſic[ibi, habuit]habebat tñ characterem, de hoc 77. di. in veteri. ¶ In gl. pen. ibi[cum dixit]Math. 28.[& ibi, cum alio]ſ. beato Laterno, qui fuit prius archiepiſcopus Treueren. ſecundum Ho. Sed Inn. III. lib. de miſſarum myſterijs, parte 1. ad fi. c. de baculo, dicit, hunc fuiſſe ſeruum, quia ſucceſſit Euchario, quem cum Valeriano, & Materno Petrus ad prædicandũ miſerat. Et dicit, ꝙ illum baculum cum magna veneratione ſeruat Treuerenſis eccleſia. ¶ In gl. vlt. ibi[finaliter]cõſiderato ſciſmate Græcorum hæc ratio videtur inſufficiens, ſecundum Hoſt.[& ibi poteſtatem]& recuruatio deſignat, cum ſi non bene rexerit, ab eo, qui dedit baculum recuruandum, i. remouendum, ꝙ in Rom. Pon. locum non habet.

ADDITIO.

b In fi. De relatione ſimplici vide Bar. in l. Iulia. de hære. inſt.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio, vel continuatio huius tituli quæ.*
2 *Rubrica hæc, et infra, ne ſede vacante, habent orationem perfectam, & ratio.*
3 *De argumento eodem, vel materia quibus in locis alibi ſcriptum ſit, oſtendit.*
4 *Propoſitio quibus ſit de rebus dicturus.*
5 *Sacramentum quid ſit, & vnde dicatur. 6.*
7 *Sacramenta ſunt ſeptem, & quæ ſint illa.*
8 *Iterabilia quæ, et quæ neceſſaria. 10.*
9 *Character quid in ſacramentis.*
11 *Sacramenta quomodo ſe inuicem excedant.*
12 *Eorum proprietates.*
13 *Cur ſint inſtituta.*

¶ De ſacramentis iterandis, vel non. Rub.

1 Dicto † de ſacramento vnctionis, quia quædam ſunt ſacraméta, quæ non iterantur, ne per iterationem fiat iniuria ſacramento prius collato, de conſe. di. 4. oſtenditur, ideo &c. ſm Gof. vel quia in ſacramẽtis, quæ iterãtur, ſi vnctio fiat, in eis iterab. t vnctio, alias nõ, ideo
2 &c. & põt dici, ꝙ rubrica † hẽt pfectã orõnẽ prohibentẽ, ne iterẽtur ſacramenta: & hoc ſatis cõuenit nigro, ſi cut ĩ. ne ſede vacãte, vt eccl'ia. bñ. cũ ſimilib. vel loquitur de his ad differẽtiã illorum, quæ iterantur, de qbus
3 ĩ. dicetur. de † materia 68. di. §. qđ ergo, cũ c. ſe. 2. q. 7. ſaluberrimũ, in fi. de cõſe. di. 4. quæris, & c. ſeq. ¶ Bre-
4 uiter circa rubricam † videamus de octo. ſ. quid ſit ſacramentum, vnde dicatur, quæ; & quot ſint ſacramenta. Et quæ ſint iterabilia. Quæ non, Quæ voluntaria. Quæ neceſſaria. Quõ inuicem ſe excedunt. de ipſorum proprietatibus. Et ad quid fuerint inſtituta. de primo
5 † Hoſt. in ſumma huius tit. §. 1. dicit ſecundum Grego. & Aug. ꝙ habetur. 1. qu. 1. multi ſecularium, de conſe. diſt. 2. ſacrificium. & c. ſignũ. Sibi tamen placet, ꝙ ſacramentum eſt character quidã, qui per eum, qui poteſtatem habet, corpori humano recipiẽti iuxta ritum eccleſiaſticum viſibiliter, animæ vero inuiſibiliter a ſpiritu ſancto imprimitur, quod ſi digne ſumatur, agit, vel auget abſq; dubio, quod deſignat, titu. proxim. capro, poſt princ. Abbas in decret. cum Marthæ. inf. de celeb. miſſ. dicit, ꝙ ſacrm̃ eſt corporale & materiale elementũ foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentãs, ex inſtõne ſignificans, & ex ſignificatione ptinẽs inuiſibilem, & ſpũalem gratiam. ꝯ primã facit, qđ nõ in oĩ ſacramento imprimitur character, vt ĩ. di-
6 cam. dr̃ † aũt a ſacris, vel ſecretis virtutibus, vt præallega. c. multi ſeculariũ 1. q. 1. vel quaſi ſacrans mentem,
7 vel ſacræ rei ſignũ. Sacra † ſeptem deſignata, per ver. Abluo, firmo, cibo, piget, vxor, ordinat, vngit: Hęc ſunt
8 eccleſiæ ſeptem ſacramenta vocata. Ex his † aũt tria ſunt non iterabilia. ſ. baptiſmus, confirmatio, & ordo. Inde verſus. Fons, ordo, chriſma non, ſed cætera ſunt iteranda. Ratio aũt, quia prædicta tria non iterantur,
9 eſt, quia in his character imprimitur. Videndũ eſt † ergo, quid ſit character. Et dñt quidam, ꝙ eſt quędã poſſibilis qualitas animã illuminãs ad vidẽdum facilius, quid ſit credendũ, & quid operãdũ, & quid nõ, vel melius, ſm Inn. & Hoſt. Eſt quædam qualitas diſponens, & habilitans animã ad ſuſcipiẽdam maiorem gratiã; quæ qualitas a quibuſdam dicitur ſanctitas: quia præparat animã ad ſanctificationem. Ioa. Damaſc. dicit, quod character eſt mentis cuſtodia eo, quod inſeparabiliter cuſtodit mentem, & ipſam præparat, & habilitat ad gratiam, per quam ipſa anima cuſtoditur, Hæc no. Inno. & Hoſt. infra de bap. ſuper rubri. Sed ipſe Inno. ĩ. c. fi. de charactere ordinis dicit, ꝙ eſt figura intellectualis, indelebilis, per quam ordinatus a non ordinato in die iudicij diſcernetur. Alij dicunt, ꝙ eſt ſignũ ſpirituale, indelebile, diſtinctiuum, & ſpiritualis ptãs ad aliquid ſacrum. Et dant quidam theologi ſimile in bello; ibi eſt ſignum omnibus de bello cõe. Et quia militia eſt vita hominis ſuper terram, Iob. 7. a. Alia litera eſt, temperatio, & ſic ponitur de pe. diſt. 2. ſi. n. inquit, ad fi. ſic quilibet Chriſtianus habet in hac militia ſignum commune, ſcilicet baptiſmum, qui facit etiam eum habilem ad alia ſacramenta. Eſt autem in eo ſignum diſtinctiuum; quia per illud diſtinguitur ab infidelibus inhabilibus ad gratiam, & reliqua ſacramenta. ſunt etiam in bello aliqui plus parati ad reſiſtendum, vel pugnandum, & iſti habent ſuum ſignum, vel vexillum. tale eſt ſignum repræſentandum per cõfirmationẽ in fronte, per quã roboratur non ſolum ad pugnam pro ſalute propria contra concupiſcentias, quæ remanent poſt baptiſmum: de conſ. diſt. 4. c. 2. & diſt. 5. c. 2. Sed etiam ad cõſtãtem confeſſionem nominis Chriſti, & defenſionem fidei. vnde in primitiua eccleſia eligebantur aliqui ad publice manendum in loco perſecutionis, alijs occulte manentibus, vt patet in legenda ſancti Sebaſtiani. Sunt & alij, qui habẽt alios regere, vt Duces belli & iſti habere ſolent ſpeciale vexillum, & tale eſt, quod imprimitur in ordine, per quem aliquis fit habilis ad alios regendos, & ſacramen
10 ta miniſtranda. Quæ ſint † ſacramenta neceſſaria, & quæ voluntaria, 10. ĩ. de tranſact. veniens, in 1. glo. Et datur verſus, Ordo voluntatis, torus eſt; dant quinque neceſſe. per quæ patet ꝙ ordo, & matrimoniũ ſunt voluntatis, reliqua neceſſitatis, quod eſt dicere, ꝙ nolens ordinari, vel vxorari ante, poteſt eſſe in ſtatu ſalutis; ſed reliqua 5. contemni non poſſunt. Quomodo autẽ
11 † ipſa ſacramenta ſe inuicem excedant, 10. de conſ. c. diſt. 2. nihil. 95. diſt. ecce, & dantur verſ. Maior in effectu baptiſmus, corpus in eſſe. Coniugium ſigno, maiori chriſma miniſtro. Sed vltra, ibi nor. vel per Hoſtien. in ſumma huius tit. dic, ꝙ etiam ſacramentum ordinis dicitur maius reſpectu regiminis; quia ſcilicet per illud eccleſia regitur, & habentur alia ſacramenta. i. per illud conficiuntur, & conferuntur, pœnitentia etiam dicitur maius reſpectu reparationis, quia ſola poſt lapſum habet hominem reparare. Extrema vnctio reſpectu conſumationis; quia digne

ſumpta dat cõſumationẽ gratiæ. 3. tit. 1. c. vno, in prin.
11 25. diſ. qualis. Proprietates † autẽ ſunt hæ: quia baptiſmus dicitur introeuntium. 32. di. §. verum. Confirmatio dicitur pugnãtium, de conſe, diſ, 5. ſpiritus ſanctus. Corpus Chriſti dicitur progredientium. 29, q. 6. qui recedunt. Pœnitentia dicitur redeuntium, qui in pugna ruerant, de pœ. diſt. 1. ſecunda. Extrema vnctio exeuntium. 95, diſt. §. ſed iſtud. Matrimonium vero, & ordo ſunt voluntatis, vt dixi. Et primum eſt ſacrũ pugnam timentiũ. 33. q. 5. qui ſitit. 2ũ eſt ſacrũ alios regẽtium.
12 1. q. 1. §. ecce cũ honoris, de vltimo † ſciendum, q vt dr 4. ſentẽtiarum, in prin, & hic per Gof. & Hoſt. Sacra ſunt inſtituta propter tria. pp humiliationem, vt dum homo rebus inſenſibilibus & inferioribus ſe ſubijcit reuerenter, ex hoc apud Deum amplius mereatur, ad hoc 11. q. 3. quid ergo. Item propter eruditionem, vt per id, quod foris in ſpecie viſibili cernitur, ad agnoſcendam inuiſibilem ſacramẽtorum virtutem erudiamur; ad hoc de conſe. diſt. 3. prælatum. 3. tit. proxi. ca. vno, in prin. Item propter exercitationem, vt vitetur otium; ad hoc ſup. de renunc. niſi cum pridem. §. verũ, & quod ibi no, Io. And.

SVMMARIVM.

1 *In ordinato in ſubdiaconum ſine manuum impoſitione, & cõfirmato non chriſmatis, ſed olei vnctione non fiet iteratio.*
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Aſſumptus pro ordinato.*
4 *Confirmatio ab epiſcopo ſolo confertur.*
Manus presbyteri ſi ungantur chriſmate, an fieri debeat iteratio, ibid.
5 *Orationes quæ dicendæ in ſuppletione manus, & olei. & quæ non iterandæ, ibid.*
6 *Iterandum quod nihil dicitur, in quibus habeat locum.*
7 *Chriſmandus ſi fuit inunctus oleo, debet vngi chriſmate.*
8 *Epilogus, & Additio gloſſarum. & num. ſequen.*
Manus impoſitio an ſit de ſubſtantia in ſubdiacono, eo. nu. 9. de multiplici manus impoſitione, remiſſ. num. 10.
10 *Benedictio fit etiam his, qui promouentur ad minores. c. ſubdiaconus. 23. diſt. c. quia iuxta. 5. q. 6. intell. & cum hac decretali conciliatio, ibid.*

CAPVT I.

1 Paſtoralis. Caſus. In † ordinato in ſubdiaconum ſine manuum impoſitione, & confirmato nõ chriſmatis, ſed olei vnctione non fiet iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum.
2 Et ſunt † duæ partes. Secunda ibi, ad quod. Et prima ſubdiuiditur. 2. ibi, & ſi. Et quidam dñt, q hæc decret. non fuit ſocia aliarum, quæ ſic incipiunt, Editarum ad conſulta. epiſcopi Helion. de quibus dixi de reſcriptis, paſtoralis, in princ. Alij contra, non curo. nec apparet. tamen idem eſt auctor[Præterea]reſpicit de-
3 ciſam[Aſſumptus]i, † ordinatus ita, q excepta manus impoſitione, nil defuerat[Confirmationis]quæ a ſolo
4 † epiſcopo confertur. 3. tit. 1, c. vno, [Sed oleo] & ſic in qualitate materiæ fuit erratum. Si verò è conuerſo erretur, vt ſi manus presbyteri quæ debent vngi oleo, vngantur chriſmate; non putat Hoſt. quòd ſit aliquid iterandum: quia in chriſmate eſt oleum, vt ſupra tit. proxi. c. vno. §. ad exhibendum. Et quia prope eſt eadem vſia. ff. de contrahen. empt. in venditionibus. peccaret tamen epiſcopus, qui faceret hoc ſcienter, & presbyter, qui reciperet. Et eſt ſimile, quod not. de extrema vnctione, ſi fiat in chriſmate. 95. diſt. §. ſed iſtud[Delinitus]ideſt inunctus[Ad quod]i. ad quæ, vel i. ad primum, & ad ſecundum. ad vtrumque enim reſpondet, quod patet per illud plurale, talibus, vel dic. i. quorum quodlibet; ſic de electione, publicato[Breuiter]& forte nimis breuiter, cum adhuc ſecũdum multos remaneat dubium, ſecundum Hoſtien, vnde accedit ſecundum eum, Tunc ſum obſcurus, cum breuis eſſe labo-
5 ro[Supplendum]dicit Hoſt. quod † dicetur tunc oratio, quæ dicitur, cum fit manus impoſitio, infra cap. fi. In ſecundo etiam caſu, cum vngetur chriſmate, dicetur oratio, quæ dici ſolet in vnctione, etiam ſi prius dicta fuerat, ſcilicet Petre, ſigno te ſigno crucis, & confirmo chriſmate ſalutis, In nomine patris, & ni, &c. aliæ vero orationes, vel ſolennitates, quæ præcedunt, vel ſequuntur non iterabuntur, ſecundum ipſum. quod
6 enim † dicitur nil iterandum, habet locum in actibus diuerſis. Secus in his, quæ inhærent. dic tertiam, quod
7 † ſi chriſmandus fuit inunctus oleo, non ſufficit eum nunc inungere balſamo, ſed chriſmate debet vngi, ad
8 id ſupra tit. proxi. c. vno, in princ. ¶ Gloſſ. 1. † recitat opinionem per obiectionẽ, & ſolutionẽ. ¶ Secunda ſignat contra-
9 rium, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. 1. ibi[non debent]Idem Innoc, & Hoſtien. Tamen quidam recitant, q dixerunt contrarium, quia manus impoſitio, vt dicunt, non eſt de ſubſtantia ordinis, præcipue in ſubdiacono; & facit quod dicam infra c. fi, poſt prin. & ad c. ſolicitudo reſpondetur, quod loquitur de promoto per ſaltum, qui ordinis prætermiſſi non habet characterem. ¶ In
10 gl. 2. ibi[Benedictio]quæ fit etiam † his, qui promouentur ad minores. & facit quod not. de ſecundis nupti. c. 3. [& in fi.]vbi de multiplici manus impoſitione notatur, & plenius per Hoſt. in ſumma huius tit. §. & qualiter. vel ſecũdum Innoc. vera litera eſt hic, diaconatus. vel ſecundum Hoſtien. illud c. ſubdiaconus, loquitur ſecundum antiqua tempora, hæc ſecũdum moderna, & hoc habuit a Ioan. qui hoc no. 5. q. 6. quia iuxta. vnde, ſi bene inſpicias, hæc decret. & illa, miramur. infra tit. 2. ſunt eiuſdem auctoris, ſ. Innoc. tertij. ibi tamen dixit Hoſt. q illud c. quia iuxta, poteſt exponi, vt dicatur de manus impoſitione diaconali. i. quia non habebat ille ſubdiaconus talem gradum, vt diaconus, pœna ſuppletur. & facit ad hanc lecturam primam, quod reſpiciat antiqua tempora, ſecundum Hoſtiẽ. infra de cle. pe. c. 1. dicit tamen, quod conſuetudo Romanæ curiæ approbat primam expoſitionem: quia nec Papa, cum ſubdiaconum ordinat, imponit ei manum; & quamdiu hoc ſeruauerit, & nos ſeruare poſſumus: tamen & imponere ad cautelam, nõ eſt malum, argum. ff. man. quia de mutua, & infra de ſent. excommu. venerabili.

SVMMARIVM.

1 *Sepulti a ſchiſmaticis exhumari debeant an non.*
Veſtimẽta, in quibus celebrauerũt ſchiſmatici iterũ benedici.
Altaria, in quibus celebrarũt ijdem, iterum conſecrari prohibentur, & ratio. nu. 4. & quando. ibid. num. 8.
2 *Diuiſio capituli.*
3 *Indiſpenſabilis caſus qui, remiſſ.*
Degradatus an conficiat, ibid.
5 *A ſchiſmaticis ſi quid manimatum, conſecretur, quid dicendũ & quid ſi baptizent.*
6 *Ab excommunicato quid ſi hac eadem fiant.*
7 *Epilogus, & Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 A nobis. Caſus. Prohibet † ſepultos a ſchiſmaticis exhumari: veſtimenta, in quib. celebrauerunt, iterum benedici: al-
2 taria, in quib. celebrarunt, iterũ cõſecrari. Et ſunt † duæ partes, quarum quælibet diuidi poteſt in tres. ſecunda ibi, nos autem [Sepulti] ſcilicet an debeant exhumari.

ri.[Indumentis] ſ. an debeant benedici [De altaribus]
vtrum. ſ. ſint conſecranda [Degradati] reſpicit ſecun-
dam, & tertiam quæſtionem. & hic ſcripſit Hoſti. illos
3 † caſus indiſpẽſabiles, quos videbis notatos, de apo. c.
ſi. [Celebrarũt] arg. degradatum conficere, de hoc in
fra de cleric. excomm. mi. c. 2. Duntaxat] hoc dicit; q̃a
4 † non eſt hoc intelligendum de mortuis ſciſmaticis,
vel excommunicatis, ſed catholicis, qui non exhuman
tur propter id ſolum, quod a ſciſmaticis ſunt ſepulti
[Supradicta] a ſciſmaticis non conſecrata, ſed a catho
licis, licet ibi ſciſmatici celebrarint, & idem de benedi
ctione indumentorum. videbantur autem iteranda cõ
ſecratio, vel benedictio, quia ab hominibus inſacratis
talia non debent tangi, de conſecr. diſt. 1. veſtimenta,
vel potius in deteſtationẽ ſciſmaticorum, arg. de bapt.
5 licet. ¶ Quid † dices, ſi a ſciſmaticis conſecretur cri-
ſma, altare, indumentum, vel alia res inanimata? dicit
Hoſti. certum eſſe talia non carere effectu, licet execu-
tio, & vſus eorum deſit. dicit etiam, quod circa hoc
nec iura ſunt expreſſa, nec ſpeciales orationes reperiũ
tur in pontificali, de mente tamen iuris eſt, q̃ ſicut or-
dinatis a talibus interdicitur executio, donec cum eis
fuerit diſpenſatum, de hoc de ordina. ab epiſcopo. ca.
2. ſic interdicendus eſſet vſus talium rerum, donec fie-
ret reconciliatio, arg. de translat. c. 1. & de conſecr. ec-
cleſi. conſuluiſti, & c. aqua. & dicit, q̃ faciendæ eſſent
propriæ orationes circa tales reconciliationes. Dicit
demum, q̃ contrarium videtur tenendum, & eſt certũ,
q̃ euchariſtia a talibus confecta non conſecratur, nec
reconciliatur, & ſtatim habet effectum. Idem in bapti-
ſmo, & criſmate. 1. q. 1. multi, ante finem. Sed quod ibi
dicit; chriſmate, poſſet intelligi. i. chriſmali confirma-
tione, vt & ſic loquatur de ſacramẽto, non de chriſma-
6 tis materia. dicit etiam † addendum, quod no. de ſci-
ſma. c. 1. de conſecra. eccle. vel cœmiterii, vel alterius ſa
cri facta per publice excommunicatum. Vide quod di-
cam in prædi. decr. conſuluiſti. de conſe. eccle. vel alta
7 ris. ¶ † Gl. 2. reſpondet per quæſtionem, & ſolutionẽ.
8 ¶ In † gl. 1. [ibi, boni fuerint] vnde dicunt Inn. & Hoſ.
q̃ ſi tales fuiſſent in culpa, vt quia elegiſſent a talibus
ſepeliri, grauiter peccaſſent, & exhumandi eſſent, arg.
88. diſt. cap. ſi. & 90. diſt. cap. fina.

SVMMARIVM.

*1 In ordinatione presbyteri, vel diaconi quæ omiſſa ſuppleri poſ-
ſunt, & quando omnium iteratio facienda, & num. 2. 8. &
quando & per quos 7. & quomodo 9.*

*2 Manus impoſitio introducta ab apoſtolis, & quando adhiben
da. nu. 12.*

*8 In ordinatione quid dicere ſufficeret, niſi formæ eſſent ad id
inuentæ, quæ ſunt ſeruandæ: et ſi ſeruentur, quid conſequa
tur, ibi. a papa, & eccleſia ſtatui poſſunt, nu. 5.*

*Character in ordinatione quando infigitur animæ, & quid ſit
ibid. an infigatur in monacatu, nu. 6. & poteſt infigi conſti-
tutione eccleſiæ, ſicut & in imperatore militi, ſed differen-
ter, nu. 5.*

*8 Iterandi non ſunt actus diuerſi. in actu tamen vero non perfe-
cto incipietur a capite, & exempla.*

10 Fictio commendatur ad cautelam, modo vitetur mendacium.

11 Epilogus, & additio gloſſarum.

Epiſcopi unguntur chriſmate.

CAPVT III.

1 Presbyter. Caſus. Si † in ordinatione pſby
teri, vel diaconi manus impoſi
tio fuerit prætermiſſa: ſtatu-
tis temporibus ſupplebitur. ſecunda pars breuis ibi,
ſuſpenſio [Diaconus] videtur innui ſecus in ſubdiaco-
2 no, de hoc ſupra c. 1. [Manus] in ordinatione † ſacerdo
tis plures ſunt actus, tenere manus ſuper caput, dare il
li calicem, dare patenam, vngere manus, & quilibet a-
ctus ſuam habet ſolẽnitatem. vno omiſſo non per hoc
iterabuntur alii actus. Quidam tamen dicunt datio-
nem calicis, & patenæ non ſupplendam; quia hæc non
ſunt de ſubſtantia, ſed potius eſt ſuppleri, ſecundum In
nocen. pro primo dicto facit 23. diſt. ſubdiaconus, vn-
de dicunt aliqui, q̃ in ordinatione presbyteri per da-
tionem calicis pleni ideſt cum patena, confertur ordi-
nato poteſtas principalis, quo ad principalem actum
confectionis euchariſtiæ, & per impoſitionem manus
epiſcopi ſub certa verborum forma; Accipite &c. Mat.
24. confertur poteſtas ſacerdotalis quo ad actum ſecũ
darium, qui eſt abſoluere, & ligare. Nam & has pote-
ſtates dominus diuiſim contulit apoſtolis. Nam ante
paſſionem contulit primam, poſt reſurrectionem ſe-
cundam, quando ſcilicet inſufflauit &c. Ioa. 19. per im
poſitionem vero manuum aliorum ſacerdotum deſi-
gnatur quædam gratiæ plenitudo. dicunt ergo iſti, q̃
ſi deſiit traditio calicis cum certa forma verborum,
non imprimitur character, nec eſt ſacerdos, qui ordi-
nandus erat. Si vero fiat primum, ſed deſiit ſecundum,
ſacerdos eſt quo ad poteſtatem conficiẽdi, ſed non po-
teſt abſoluere, vel ligare, niſi facta ſuppletione. Si vero
deſiit manuum impoſitio, quam faciunt alii ſacerdo-
tes, licet hoc ſit ſupplendum, tamen primum & ſecun-
dum poterit. ¶ Quid ſi partem orationis dixiſſet, nun
quid ſupplebit totam? ſic, quod verum eſt ſecundum
Innocen. in oratione, quæ in ſubſtantia, vel quæ dubita
tur, an ſit de ſubſtantia, vel ſecundum Hoſtien. aliæ, de
quibus certum eſſet, q̃ non eſſent de ſubſtantia, vel de
ſolennitate, non eſſent neceſſario iterandæ, & ſi vnam
manum iunxerat, non iterabit vnctionem in vncta,
ſed in alia tantum. & vbi dicitur oratio manus in plu-
rali, dicet manum in ſingulari. Item ſi facta eſt vnctio,
& non dicta eſt oratio, dicetur oratio, & nõ fiet vnctio;
ſecus e conuerſo. & poteſt eſſe ratio, quia oratio vide-
tur adhærere vnctioni, & non e conuerſo, quod vide-
tur ex orationibus apparere, ſed Innoc. contradicens,
quod vtroque caſu eſt iteranda vnctio, & oratio, ſunt
enim illi duo actus non ſeparati, ſed connexi. quomo-
do enim diceret, conſecrare, & benedicere dignare
domine manus iſtas per iſtam vnctionem, ſi nulla fie-
ret vnctio, ſupra titul. proxim. cap. 1. in baptiſmo eui-
dẽtius apparet, quomodo. n. diceret baptizo, niſi im-
mergeret etiã ſi prius immerſiſſet. de bapt. c. 1. quod
etiam eadem ratione placet Abb. [Impoſitionem reci
piunt] quod eſt infra, & ſup. interueniente tactu corpo
rali, & ſic non ſufficit manus extenſio, vt quidam dice
bant, argu. ff. de acquiren. poſſ. leg. 1. §. antep. ad quod
de cõſuet. capitul. 2. ad quod tollendum expreſſa eſt
hæc littera, ſecundum Hoſtien. [Ab apoſtolis] de ritu
3 apoſtolorum inuenitur † in epiſtola ad Titũ, q̃ manus
imponebant ordinandis, & orationes fundebãt ſuper
eos, aliam formam non inuenimus fuiſſe ſeruatam. per
4 quod videtur Innoc. quod † niſi fuiſſent formæ poſteæ
ſtatutæ, ſufficeret, quod ordinator diceret ordinãdo,
ſis presbyter, vel diaconus, vel aliud æquipollens. ho-
die vero formæ poſtea per eccleſiam adinuentæ ſunt,
& ſtatutæ de neceſſitate ſeruandæ adeo, quod ſi eis
omiſſis fuerit aliquis ordinatus, ſuppleri debet, vt hic,
& ſup. capit. 1. Si vero formæ ſeruantur, quidam chara
cter infigitur animæ. ideſt figura quædam intellectua-
lis indelebilis, per quod oſtenditur, talem ordinem
fuiſſe collatum, & ordinatus a non ordinato in die
5 iudicii diſcernetur. poteſt † autem Papa, & eccleſia
in talibus formas ſtatuere, & conſtitutiones facere
non contrarias conſtitutionibus Dei: quia & animæ &
ad

ad eas pertinentia ſunt de iuriſdictione papæ, & ſan-
ctorum patrum, ad hoc 10. diſtinct. ſuſcipitis. 95. diſt.
cum ad verum, de maio. & obed. ſolitæ, nec eſt mirum,
ſi conſtitutione eccleſiæ infigitur character aīę, quia &
conſtitutione imperatoris infigitur character militi mi-
litaris induiſibiliter. .. q. 1. quod quidam, ſicut & alijs
ſtigma, vel nota in brachio, vt ab aliis diſcernantur,
vt de ſen. excom. ſi iudex, lib. 6. Character vero milita
ris infigitur ita corpori, q̄ non animæ. quod ex eo ap-
paret, q̄ mortuo milite in ipſius anima de illo chara-
ctere nil penitus apparebit. Si ergo princeps hoc indu-
cit, & hoc inducere poteſt eccleſia, argum. 30. quæſtio-
6 ne 3. cap. 1. In monacatu † non videtur, quod infigatur
character. nam papa de monaco poteſt facere non mo
nacum. nam & ordinem cōſtituit monacorum. de hoc
de ſtatu mona. cum ad monaſterium, in fi. ſecundum
Innoc. & Hoſt. & vide quod ibi dicam ſuper vlti. gloſ.
7 [Introducto] lect. 6. & 8. [Statuto] ergo † his temporib.
ſuppiendum, quibus fuerat conferendum, & quæ ſunt
illa tempora, habes de temp. ordi. cap. 1. & 3. Item per
illos ſupplendum eſt, per quos fuerat conferendum. ſ.
tit. proxi. cap. vno. in prin. & dicit Innoc. q̄ id quod in
ordinibus eſt omiſſum, ſuppleri debet, ſi poteſt, per eū
dem ordinatorem, vel per alium quod obtinet in offi-
ciis etiam veſpertinis. 7. q. 1. nihil, & cap. illud. Igitur
ſi effuſo oleo ſuper manus ordinandi ſuperuenit infir-
mitas ita, q̄ non potuit ordinator verba proferre, nec
ordinationem complere, alius vel idem ordinator alia
vice oleum ſuperfundet, & a capite incipiet verba. Sā
8 ctificare &c. quia licet actus † diuerſi non ſint iteran-
di, in actu tamen vno non perfecto incipietur a capite.
vnde ſi in ſacramento euchariſtiæ deficiat quis in ver-
bis, dum eſt in verbis illis, Hoc eſt corpus, incipietur
a capite a verbis illis, qui pridie &c. Idem eſt dicendū
in baptiſmo. Si vero celebrato ſacramento panis, vel
corporis, deficeret, non reiterantur illa verba: ſed inci
pietur a verbis per quæ conficitur ſanguis, ſcilicet. Hic
eſt ſanguis &c. ſecundum Innocē. & dicit Hoſtienſ. ad-
dendum, quod no. de clerico per ſal. promo. cap. vno.
9 ad fi. [Caute] repete eſt, & poterit ſic † caute fieri ſecun
dum Hoſtienſ. vt epiſcopo ordines celebrante ſit ſibi
defectum patiens quaſi ſuus miniſter, & quando ve-
niet epiſcopus ad verbum competens orationi, ſcilicet
ſuper hunc famulum tuum, vel ſimile, impoſitis primo
manibus aliis ordinādis, vltimo illi manum imponet,
ad quod velandum dicere poterit, aporta vas, vel li-
brum, vt credant aſtantes ex mandato iniunctio ma-
num impoſitam. Et ſecundum Hoſtienſ. non erit in-
tentio ordinantis, vel ordinati, quòd orationes illum
contingant. Innoc. contra, qui dicit, q̄ quando ſupple-
tur manus impoſitio, eſt de neceſſitate, q̄ dicatur ora-
tio, quæ conuenit manus impoſitioni, cum illa ſit adhę
rens. Sed Hoſtienſ. dicit, q̄ paucæ aut nullæ orationes
de impoſitione manus faciunt mentionem, vnde plus
ſibi placet, q̄ non iteretur oratio, vel caute in capella
præſentib. paucis ſecretariis priuatim ordinationem
10 faciat. Commendatur enim fictio † ad cautelam, dum
modo vitetur mendacium. 22. q. 2. vtilem. 43. diſt. in
mandatis. ff. de noua. l. doli, in fin. ad idem de vſu pal.
niſi [Suſpenſio] credo, quod Goffred. habuit in textu,
impoſitio, qui dixit hic hoc debere fieri ab eodem, &
vno contextu ne fiat diuiſio ſacramenti. 23. diſtin. quo
rundam. Inno. dicit, q̄ illa litera falſa eſt & vera de re-
giſtro, cum ſuſpenſio effunditur. exponit Abb. ideſt
11 cum deuotione dicitur. ¶ Gloſ. 2. ponit † differentiā
inter manus impoſitionem preſbyteralem, & diacona
12 lem. ¶ † In gloſ. 1. [ibi chriſmatis] ſed olei [& in fin.]
epiſcopi bene vnguntur chriſmate, ſupra tit. proxi. ca.
vno. §. hoc vnguento, Pe. ¶ In gloſ. apoſtoli [ibi, eis]
Actuum 13. ¶ In glo. vlt. [ibi, omnes] & ipſe ordinans,
dicit Hoſt. q̄ quandocunque ipſe inueniet, ſuper hunc
famulum tuum, vel Emitte ſpiritum ſanctum, vel da ei
dignitatem, vel in talem ordinem dedicamus, vel his
ſimile, ſemper manū imponet; in aliis vel trahet ma-
num ad ſe, vel ſemper caput teneat in ſuſpenſo.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio tituli.*
Hac de re vbi alibi tractetur, ibid. & nu. 2.
2 *Vt presbyteri, vel ſacerdotis filius ab eccleſia remoueatur, licite impetratur,*
Electio facta de illegitimo non valet, niſi fuerit cum eo diſpenſatum.
Diſpenſatio ab illegitimo quo caſu facile obtineatur, ibid.
Illegitimus nec eligi, nec ordinari poteſt, ibid. & quare, illegitimi prohibeantur, nu. 3.

¶ De filijs presbyterorum, & cæteris illegitimis ordinandis, vel non. Rubrica.

1 ¶ Vidimus † de ordinandis, qui varijs ex cauſis impe-
diūtur, & inter quos eſt vitium originis, ideo &c. Gof-
fred. habetur hæc materia 56. diſt. per totum, & repe-
titur in Sexto. huic rubricæ cōuenit, de reſcript. inter
2 cæteras. de teſtibus, ex parte. per † quæ patet licite
impetrari contra filium ſacerdotis, vt ab eccleſia pa-
terna remoueatur; ad idem de electione, cum in cun-
ctis, innotuit, cum Vinton. per quæ patet, electionem
factam de illegitimo non valere, niſi ſecum fuerit di-
ſpenſatum, quod circa alias bene meritum facile fie-
ret in obtento, de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ.
de corpo. vit. c. 2. & ſicut non debent eligi, ſic nec ordi
nari, de ſeruis non ordinandis, conſuluit. Si vero non
conſtat eos illegitimos, ſed ſunt infamati, tunc locus
eſt purgationi, de pur. cano. ca. accedens. Quare autē
3 † illegitimi prohibeantur, no. infra eodem tit. c. 1. lib.
6. in 3. gl. & vide quod dicam infra eodem litteras, ſu-
per gloſ. 2. & quod in Specu. de me ſcripſi ſuper hac ru-
brica.

S V M M A R I V M.

1 *Illegitimus non ordinatur, niſi religioſus fiat, vel religioſe conuerſetur. n. 5. & tunc id fiet de iure communi. nume. 6. nec tunc præficitur, & n. 6. ſed ſimplicē adminiſtrationem obtinebit, & qualiter, ibid. a ſecularibus tamen dignitatibus non ſic repellitur, nu. 3.*
2 *Fornicatio large ſumitur, ordines large ſumuntur. ibid.*
3 *Illegitimi ſi per ignorantiam ſunt promoti, quando excuſentur, & an credere natales ſuos matri debeant. & quid ab eis agendum, nu. 4. vers. conſuluit.*
Matri an credendum de natalibus filij.
5 *Religioſa conuerſatio vbicunque ſit, æquiparatur religioſis cōmuniter viuentibus.*
6 *Locus non ſanctificat hominem.*
7 *Diſpenſatus in ſacerdotio propterea non poteſt conſequi curam, & ratio.*
8 *Serui prohibentur ab ordinibus, dignitatibus, & monaſterio.*
9 *Additio gloſſæ.*

C A P V T I.

1 Vt filij. Caſus. illegitimus † non ordinatur, ni-
ſi religioſus fiat, nec tūc prǽficitur. Et
ſunt duę partes. ſecunda ibi, ſed neq;
non facientes ad titulum. Prima pars duas ꝓbationes
ponit, & a prima vnum caſum excipit. ibi, Niſi [in for-
2 nicatione] Large † ſumitur. 36. quæſtione prima, cum
ergo [Ordines] large ſumuntur. ſic 1. quæſtione prima
§. quolibet. ad fi. quæſtionis, Egi. & c. de ordinationib.

&c.

& c.quibuſdam,& quæſtione tertia.non ſolum,in prin.
6.quæſtione prima,infames,in fi.28.q.1.nullus.ad idē
5 4.diſtin.cap.2. facit quod no. 33.diſtinct.in ſumma
[Promoueantur] a ſecularibus † dignitatibus non ſic re
3 pelluntur.ff.de decur.l.2.§.nullum, & l.ſpurii. quid ſi
per ignorantiam tales ſunt promoti,habetur apud oēs
probabilis ignorantia excuſata,de ordi. ab epiſcopo.
c.1.& arg.C.de teſta.l.1.de offi.præto.l.3.ipſe vero ce
cidit in cōſpectu Dei,ſi veritatem nouit,licet id ſit oc
cultum,de tempo.ord.c.fi. Si vero ignorauit, vt quia
mater coniugata admiſit presbyterum, nec ei reuelauit,
excuſatur. ff. de in ius vocan. quia ſemper. verbis
4 † autem matris in his prima facie eſt credendum, de
proba.per tuas,de præſumptionibus,afferte, & c.litteras.
& quia in dubio tutius eſt abſtinere,de tēp.ord.ad
a aures:non tñ cogitur [a] credere,ex quo natus eſt ex nuptiis.
C.de teſt.l.neq; profeſſio, & patet ex no. de pœ.
& remiſ.oſtien.conſulut tamen Hoſt.q ſeruet talis cō
ſcientiam ſuam, & vadat ad papam pro diſpenſatione,
quam facile in hoc caſu obtinebit[Canonica]Idē
5 † credo vbicunque religioſe conuerſentur: quia locus
non ſanctificat hominem.40.diſt.nō loca,Philip.[Viuentes]
6 & tunc † de iure communi ad ordines promouentur,
de hoc infra cap.vlt.[Prælationes] in eiſdem,
vel aliis monaſteriis, Sed nec in eccleſia ſeculari.16.
quæſtio.1.legi.dicunt enim Petr.& Abb.& Egi. quod
ſimplicem adminiſtrationem, de qua remoueri poſſit
ad nutum prælati,poterit obtinere, dummodo curam
non habeat,quod probant per decr.infra eodem,propoſuit.
ex quo enim promouetur ad ſacros,& adminiſtrationem
non curatam habere poterit, vt ibi per
b hoc [b] & id,quod dixi in gl.pro ti.ſatis † patet, q ſi Pa-
7 pa cum aliquo diſpenſauit in ſacerdotio,& per hoc nō
poteſt conſequi curam.nam ius eccleſiæ diſpenſat cū
religioſo.in ſacris, & tamen per id non præficitur curæ.
vide in Spec.tit.2.§.nunc de epiſcoporum, ante fi.
8 verſ.vtrum autem,in fi.[Sed neque † ſerui]repete,promoueantur
ad ordines,Hoſt.vel ad dignitates,vel re-
9 cipiantur in monaſterio,Pe.¶ In fi.primæ † glo.ſimile,
de ætate,& qualitate.cap.1.de vi.& honeſta. clerico.
cap.1.Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Cogitur. Vide Bar.in l.filium.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alieni iuris,& ibi ponit ad propoſitum q.de filio regis, & vide infra eo.Michael.

b Hoc.Vide Io.An.in c.poſtulaſti,ſupra de reſcrip. & in Spe.tit. 2.§ fin.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus filius ſacerdotis,qui hoc tacite per reſcriptum apoſtolicum paternam eccleſiam impetrauit,remouetur ab ea, & quando num.3.*

2 *Diuiſio capituli.*

4 *Sacerdotium large ſumitur hic.*

CAPVT II.

1 Ad præſentiam. Caſus. illegitimus filius † ſacerdotis, qui
hoc tacito per reſcriptum apoſtolicum paternam eccleſiam impetrauit,re
2 mouetur ab illa. Et ſunt † duæ partes. Prima narrat ſurrepticiam
impetrationem, contra quam.Secunda dat
3 iudicem,ſecunda ibi,ideoq;[Tacito]ſcienter. † T.Vin.
vel ignoranter,Goff.& Hoſt.[miniſtrauit] hæc nō fuit
forma litterarum,ſed nunc ferebatur, q ſic erat rei veritas,
vel ſecundum Pet.bene fuit illa forma,ſed tacuit
ſe in ſacerdotio genitum[Conſtiterit] aliter nō [illegible] ſet
hoc diffiniri;vt no.de tenon.poſt tranſlatione [illegible] cū
4 igitur[Sacerdotio] arg. [illegible] ¶ In 1.gl. [illegible] Sup
literis]maxime huiuſcemodi.de hoc eo.ti.ad [illegible] 4.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotis filius eccleſiæ paternæ præeſſe non poteſt.*

2 *Patris delictum nocet filiis in ordinum ſuſceptione, et ratio,*

3 *Additio gloſſæ.*

CAPVT III.

1 Præſentium. Caſus.Filius † ſacerdotis eccleſiæ paternæ præeſſe non
poteſt.hoc dicit hoc c.& le.
2 [Patiaris] contra delictum † patris nocere non debet
filio innocenti ff.de decur. l. generaliter.§.ſpurios. &
l.ſpurii.& l.3.§.pe.ff.de pœ.crimen. C.de pœ.ſancimus.
Solu.eſt ſpeciale propter ordinum prærogatiuam, qui
dantur non ſolum propter recipientes, ſed etiam propter
alios,et ne p id infametur eccleſia. infra de obli.
ad ratioci.c.vno, & adde quod no.in tia eo.c.2.lib.6,
3 & per Hoſt.in ſumma,eo.ti.§.quæ eſt cauſa.¶ In † glo.
1.[in fi.]Idem Inno.& hæc vera de illegitimis.

SVMMARIVM.

1 *Ad nepotes filij prohibitio, vt non miniſtret in eccleſia paterna,an extendatur.*

plinam. i. doctrinam, & cuſtodiam, vt præcepit, & cir-
ca officia, quare & de negligentia obligatur, vt ſequi-
tur, argum. ſup. de offic. archid. ea quæ, vnde & de ip-
ſis rationem reddet, vt hic dicitur [Donet] alias det
[Nocturna] i. ad vigilias nocturnas, vel matutinũ, de
quo de cele. miſſ. c. 1. [Singulis] ordinandis, & diſponẽ
5 dis. Goff. [Quacunque re] ad ipſum pertinẽte, de quib.
aliqua 25. diſtin. cap. 1. verſi. ad primicerium. alias cul
pa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti. ff. de reg.
iu. culpa eſt; de hoc de temp. ord. ad aures, ſecundum
6 Hoſtienſ. [Capacem ſenſum] ideſt multa † recipien-
tem, percipientem, & retinentem (Vacet) ideſt inten-
dat, vel operam det (Inſtruantur) diaconi, & inferio-
7 res clerici, Goffred. & dicit Hoſt. hic colligi 5. † neceſ-
8 ſaria ſtudioſo * cupienti proficere. primum, quòd ſin-
gula diligenter conſideret, ibi, de ſingulis. ſecundum,
quòd de probabili dubio ſe non reddat certum, ſed pe
ritiores interroget. C. de inge. manu. ſi viam; & hoc
ibi, ſtudium habeat. tertium, quòd ſit capacis ſenſus
ibi, capacem ſenſum &c. quartum, quod totus verſe-
tur circa ſtudium, ibi, abſque vlla vacet negligentia.
quintum, quod non dedignetur inſtrui ab eo, cui ma-
giſterij officium iniunctum ſit, vt hic, & 24. quæſtio.
8 3. ſi habes. ¶ Tertia † gloſſ. ſignat contrarium, & tri-
pliciter ſoluit. ¶ Vlt. gloſ. ſignat contrarium, & ſoluit.
9 ¶ In † gloſſ. vlt. (ibi, Officium) Rodo. exponebat ipſe,
ſcilicet archid. (& in fi.) vel poteſt dici ſecundum Ho-
ſtienſ. quod ſecundum ordinationem rubricarum vno
deficiente ſupplet alter, ſcilicet deficiente epiſcopo ar
chidiaconus, quo deficiente, archipresbyter, & ſic or-
dinatim, ad quod facit quod dixi in rubrica.

A D D I T I O.

a Neceſſaria ſtudioſo. Vide in quodam vocabulario iuris, habetur informis in vet. ſcholaris, ſed vide plene & eleganter per ſolennem doctorem d. Baptiſtam de ſancto Seuerino in ſuo aureo tractatu de modo ſtudendi, col. 2.

¶ De officio ſacriſtæ. Rubr.

¶ De officio ſacriſtæ, ſcilicet theſaurarii. 25. diſ. perlectis. in fine. continuatio per ſe patet.

S V M M A R I V M.

1 *Cura pro officio, & ſolicitudine.*
2 *Primicerij etymologia.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4. & num. 5.*
Cap. ea, quæ. ſup. de offic. archi. & hoc, quomodo conueniant, eod. num. 4.
5 *Canonica non detrahitur de relicto pro luminarijs.*
Olei quæſtor & cuſtodia cui incumbat, ibid. ver. poteſt etiam.

C A P V T I.

Vt ſciat. Archidiacono. De ſuperioribus, & in-
feriori officio idem eſt dictum (Cu-
1 ram) ideſt † officium, vel ſolicitudi-
nem, de animabus enim curam non habet (Valorum)
dic vt ſ. tit. 1. c. 1. (Incerta) alias ſera. ſub clauibus, quę
2 continentur, La. ſecundum nomen † primicerii, quaſi
primus in cera. videtur hoc ad ipſum pertinere. dicit
3 Hoſt. quòd per præmiſſa ſatis patet ſolutio. ¶ Gl. † 2. ſoluit
contrarium. ¶ Gloſſ. vlt. obiicit, & ſoluit. ¶ In gloſ. 2.
4 (in fi.) vel ſecundum Hoſt. † ibi loquitur ſolum de col-
lectis, & criminalibus, hic de vaſis, veſtimentis, & to-
to theſauro, qui ad manus ſacriſtæ peruenit. ¶ In gloſ.
5 vlt. (in fi.) & de relicto † pro his luminarijs non detra-
hetur canonica. ſ. de teſta. c. vlt. poteſt etiam dici ſecũ
dum Hoſt. quod ſacriſta quæret oleum, et ipſum tradet
cuſtodi, qui illud cuſtodiet, et expendet.

¶ De officio cuſtodis. Rubr.

¶ De officio cuſtodis, quaſi miniſter ſacriſtæ, et ideo Iſidorus non curauit de hoc officio. 25. diſtinct. perlectis, Goff.

S V M M A R I V M.

1 *Pallium hic per. i. ſcribi debet, & vbi per. e.*
Ad cuſtodem quæ nam pertineant cuſtodire, ibid.
2 *Indeſinenter quid facere quando intelligamus.*
4 *Auaritia, & prodigalitas in magnis, & minimis fugienda.*
5 *Mediocritas in cunctis intelligenda.*
Minimum melius, optimum, quod eſt, quando inſpiciendum, eod. num.
6 *Diſcretio contraria auaritiæ, & prodigalitati.*
7 *Incorrigibilis qui eſt, remoueri poteſt ſine accuſatore, & ratio.*
Suſpendi debet a beneficio priuſquã quis deponatur, & alius ſubſtituatur, ibid. ver. qui dicitur.
8 *Credet non ſtatim epiſcopus archidiacono, & quo caſu.*
Inſcriptioni non ſubijcitur archidiaconus, ſicut officialis, eod. numero.
9 *Conſenſus eius adhibendus, cum res ad eum communiter ſpectet.*

in diſſenſu epiſcopi, & archidiaconi recurritur ad archiepi-
ſcopum, ibid.
10 *Laudi Dei eſt contrarius miniſter malus; bonus aũt eã auget.*
11 *Epilogus, ſuffragium, & Additio gloſſarum. & nu. 12. 13.*
& nu. 14. 15.
Medium ſequendum, & nu. 14. §. 1.
Ab officio ſuo remouetur minus idoneus. §. 2.
Campana eſt ſignum multa ex re ſubiecta ſignificans, & af-
fert exempla, eod. nu. 13.
Eius etymologia ad finem.
14 *Dignitas vt alteri præferatur, quæ conſideranda.*
15 *De cuſtode inquiret epiſcopus ad denunciationem archidia-*
coni.
Per denunciationem licet agatur, quo caſu fiat ab admini-
ſtrando remotio cuſtodis, ibid. ver. dicit Goff.

C A P. I.

1 Cuſtos. Sup. oportet, ut quod eſt ꝟ. [pallia) dicit Ho. ꝙ hic † ſcribi dẽt per i. pal
leum per e. de hoc de uſu pal. ſuper
rubrica [utenſilia] exceptis uaſis aureis, & argenteis, &
ueſtimentis precioſis, quorum cuſtodia pertinet ad ſa-
criſtam ꝭ. tit. 1. c. uno, ſecundum Hoſ. [Indefinenter]
2 præfectus † uigilum tota nocte uigilare debet propter
incendium, ff. de offi. præ. uig. l. pe. & ult. concor. ꝟ. de
3 depo. bona fides, Vinc. [Peruigil] i. † ualde, uel perfe-
cte uigil, & ſic præpoſitio auget. dic ut not. de conſue.
cap. 3. [Oleum] ſup. tit. 1. c. uno, ꝭ. dic ut ibi. et no. ꝙ ne
4 dum † in magnis ſed etiam in minimis uitanda eſt pro
a digalitas,ᵃ et auaritia fugienda, Hoſti. [Diſcretione]
5 no. cuncta † mediocritate et temperamento intelligẽ
da eſſe, ut hic. et de don. apoſtolicæ. 12. q. 2. bonæ, de
ſent. exc. ut ſanæ, 4. diſt. ſit rector. 45. diſt. diſciplina,
& c. omnis. et c. ſunt nanque. 3. diſti. deniq; ff. de ædil.
edic. ſi quis uenditor, in fi. 10. q. 2. hoc ius porrectum.
ff. de leg. 1. legato generaliter. C. de dona. ſi quis argẽ-
tum. aliquando uero inſpicimus, quod eſt minimum.
ff. de hære. uel ac. uen. l. quod filii. ff. de lega. 3. l. numis.
ff. man. ſi fideiuſ. ff. de reg. iuris, ſemper. ꝟ. de cenſi. ex
parte, quãdoq; id, quod melius eſt exigimus; in auth.
de ſanc. epiſ. §. ſi quis oratorii. col. 9. de decur. l. hono-
res, in prin. C. de his, qui ad eccleſ. confu. 8. q. 1. licet.
quãdoq; requirimus, qđ eſt optimũ. ff. de uer. obli. ubi
autem non apparet, primo reſponſo. ff. de tuto. et cura
l. diuus. 63. di. metropolitano, primo. c. 1. §. fi. in auth.
de monacis. §. ordinatione, col. 1. Gof. et Hoſt. uide de
b reg. iur. in obſcuris.ᵇ 6. lib. [Virtutum] et ſic diſcretio
6 † contraria eſt auaritiæ et prodigalitati, de quibus, de
præb. auaritię. de conſue. c. pe. docet. n. diſcretio diſcre
te expendere, facultatibus conſideratis, de ſolu. capit.
2. ad idem Tobi. 4. ber. et præuideri ſterilitates, et ca-
ſus, qui contingere poſſent, Gene. 41. de ſeruis non. or.
7 c. 1. [Indomitus] ex quo † incorrigibilis eſt, ſine accuſa
tore remoueri poteſt; quia notorium eſt ipſius crimen.
17. diſt. nec licuit. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum. 2. q. 7. qua
propter. 81. diſt. Maximilianus. 23. diſt. c. ſi. ꝟ. de iure-
iur. querelã, ſm Inn. qui dicitur addidiſſe, ꝙ priuſquã
deponatur, et alius ſubſtituatur, debet a bñficio ſuſpẽ
di, de æta. et qual. quæris. et in ſimilibus idem, ut ſi nõ
8 portet coronam [epiſcopo] non † ſtatim credet epiſco-
pus arch. ſi denunciator inficietur; ſed tunc ex integro
c cognoſcetur. ff. de cuſto. et exhi. re. diuus.ᶜ tamen ſi-
ne inſcriptione audietur archidiaconus, ſicut officia-
9 lis. 4. q. 4. §. aliquando, Vin. [Eiecto] de conſenſu † ar-
chidiaconi, cum commune gerat officium utriuſq;, de
offi. arch. ad hæc. §. fi. et ſi diſſentiunt, recurratur ad
archiepiſcopum, arg. de temp. or. nec epiſcopi, de iure
patro. nullus, Hoſt. et adde quod ſecundum eum dixi
10 ꝟ. tit. 1. c. 3. [ut] ſup. ſic [Laudem] no. ꝙ † malus mini-
ſter eſt contrarius laudi Dei. ſi bonus, illam promouet,
11 & exaltat. Hoſt. ¶ Secunda † gl. ſignat contrarium &
ſoluit. ¶ Tertia gl. arguit, all. 6. iura, ponens tres ver-
12 ſus. ¶ In † 3. gl. [ibi, reſpiciendum eſt] ſequitur, iudicã
ti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur quam
expoſcat cauſa [& ibi, Si quis, in fi.] iudicibus non mo-
dice ſæuientibus freni temperies adhibetur. ¶ In glo.
[ſic ergo, ibi. l. 2. lib. 10.] grammatici & oratores iam
decreto probati, ſi ſtudentibus ſe non præbent vtiles,
reprobantur. ¶ In gl. [arg. quod ibi. Nemo] l. 3. eſt, &
vide de adulte. c. 3. ſuper vlt. gloſſ. ¶ In † gl. 1. [ibi, in
13 Cauſis] hoc capitulum probat, ꝙ campana eſt ſignum
congregandi capitulum. & ſequens probat, quod eſt
ſignum exeundi ad bellũ: & illud capitulum probat,
ꝙ eſt ſignum actionis horarum. dicit Hoſtien. ꝙ quan-
doque eſt ſignum actionis gratiarum, vt qñ glorioſam
victoriam obtinuerunt Chriſtiani. Idem poteſt dice-
re de laudabili conſuetudine, per quam de ſero pulſa-
tur pro ſalutatione virginis. quandoque eſt ſignum fa-
ctæ electionis, quandoque ſubtractionis alicuius ab
hac vita, vt Paduæ. aliquando excõicationis, aliquãdo
gaudij, & honoris alicuius perſonæ, proceſſionaliter oc
currendi, quandoque ignem extinguendi, quandoque
lectum intrandi, quandoque ad parlamentum populi
conuocandi, quandoque ad corpus Chriſti honoran-
dum. dicitur autem a Campania, vbi prius vſus ipſius
fuit inuentus. ¶ In gl. 2. [in fi.] ſm Ala. dicebat Vincẽ.
14 quæ dignitas † alteri præferatur, prius conſideranda
eſt lex municipij, deinde tempus ordinationis. ff. de al
bo ſcri. l. 1. & ꝟ. de maio. & obed. c. 1. ¶ In gl. 3. [ibi, Mi
nus] vt in Clementinis, de iur. patro. c. 1. & vide quod
dicam de ſimo. & ſi quæſtiones, ſuper glo. aliud [& ibi,
Vnde verſus] Idem verſus no. ꝟ. de offic. deleg. quærẽ-
ti, & ꝟ. de cenſi. cap. 3. [& ibi, illud] Oui. 2. metamor-
pho. ¶ In gloſſ. vlt. (ibi, ar.) ſecundum Lau. (& ibi, Re-
mouẽdus] quod non credo, niſi conueniatur crimina-
liter, vel per inquiſitionem. ꝟ. de ſimo. licet, Vinc. vnde
15 † dicebat Hoſtien. quod ad denunciationem archid.
d inquiretᵈ epiſcopus. remittit etiam ad no. de iudi. no
e uit, ver. ſed cumᵉ dominus. dicit Goff. licet per denun
ciationem agatur ad correctionem: tamen quia iſte
ineptus erat ad adminiſtrandum, & ſic peccabat, ab
adminiſtrando remouetur: quia aliter corrigi non po-
terat.

ADDITIONES.

a ¶ Prodigalitas. Et quod minus ſit vicium, an prodigalitas, an auaritia. vide plene per moder. in l. is, cui bonis interdictum eſt, ff. de verbo. obliga.

b Obſcuris. Et ibi vide per Dy.

c Diuus. Ibi vide plene Bar. de iſtis denunciationibus, & vide de celli. co. c. præterea, & de accuſa. ſicut olim.

d Inquiret. De iſta materia vide gl. & qđ ibi no. & ſcripſi 2. q. 1. in primis, & in q. 7. c. ſicut, & ibi etiam ſcripſi, & in iurib. ibi allegatis. & vide glo. ſummæ. 2. q. 7. & quod no. 2. q. 1. ſi peccauerit, Archid.

e Cum. Et vide de accu. c. qualiter, el 2. & in gl. ma. & in gl. ſic. inf. de ſimo. & in Spec. de denun.

S V M M A R I V M.

1 *Cuſtodis cura quæ.*
2 *Columnæ eccleſiæ qui dicantur eſſe, & nu. 6.*
3 *Almæ, epitheti eccleſiæ etymologia.*
Cuſtodes habent & aliæ eccleſiæ præter cathedralem, eo. n.
4 *Comparatiuum comparatiuo afficit mirabilis loquẽdi modus.*
Meliore qui ſectatur, deterioribus omiſſis, amicus efficitur
Dei, ibid. ver. Dydimus.
Laudandi doctores qui ſint. ibid.
5 *Ex imperfectis duobus melius eſt ruſticitatem ſanctam ha-*
bere, quam eloquentiam peccatricem.
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Dolus bonus, contra quos exerceatur, eod. nu. 7. ver. in gloſſ.
vlt. & num. 8. §. 2.
8 *Additio gloſſarum.*

CAP. II.

1 Cuſtos. Omni † ornamento non precioſo, ad hoc ꝫ. cap. proxi. ſecundum Hoſtien. (Præparatum) ſic & archipresbyter
euchariſtiam. de offic. archipresbyteri, officium. [Sin-
2 gulas] 7. ſ. inf. de celeb. miſſ. c. 1. [Columnis] ergo † nõ
ſolum epiſcopi, & ſuperiores, vt de accuſa. qualiter. 2.
& ideo, ſed etiam inferiores columnæ dicuntur, ſecun-
dum Hoſt. argum. de præben. maioribus [Synodus] To
letani concilij, vbi hoc capitulum fuit factum [Alma]
3 ſecundum † deriuatores. q. ſancta, pulchra, virgo, & nu
triens, ab alo alis. alit enim verbo & exemplo [Eccle-
ſia] quælibet cathedralis. nam & aliæ cuſtodes ſuos ha
bent, de offic. ord, cum vos [Quales] in antiqua hoc ſe-
quebatur plus mediocres &c. dicebant Tan. & Vincẽ.
4 nota. mirabilem modum loquendi † quòd compara-
tiuum additur comparatiuo [Et ſanctiores] vnde ver-
ſus. Qui meliora videt, ſi deteriora ſibi det. Vltio di-
gna Dei lumina tollat ei. Et Dydimus ad Alexandrũ.
Quiſquis deterioribus omiſſis meliora ſectatur, is ip
ſe quidem Deus eſt, ſed amicus Dei efficitur. præfe-
rendi ſunt igitur ſacerdotes, & potius meriti, & anti-
qui, & proprij, & morales verboſis. Et ſecundum Sen.
laudandi ſunt, non qui magna celeritate verba præ-
cipitant, ſed qui vitam docent: & cum dixerint, quid
faciendum ſit, faciendo probant, & in eo non com-
prehenduntur, quod dixerint fugiendum. Hierony-
5 mus ad Nepotianum. d. Ex duobus † imperfectis
a melius eſt ruſticitatem ᵃ ſanctam habere, quam elo-
quentiam peccatricem, & ibi præcedit, verba volue-
re &c. ibi vide ſupra eadem litera, & vide ad Pamma,
6 4. eo. & ſuper eccl. c. 9. [Hi tres] iunguntur † & alij, per-
ſonæ, ſiue rectores, vicarij, teſtes, ſynodales, & officia-
les epiſcoporum, ſecundum Hoſt. [Inuidia] Matth. 8.
ad literam, & vide ſuper eccleſ. 4. cap. & ſuper Gal. 3.
7 G. pulchre de inuidia. ¶ Penult. † gloſſ. no. alleg. 6. iu-
ra: ad contra. all. 7. & ſoluit. ¶ In gl. 1. [ibi. §. hoc nihi-
lo.] vide de reſcrip. edoceri, ſuper 1. gloſſ. ¶ In gl. pe.
[& ibi. §. Ordinationẽ] ibi, quia inter numeratos opti-
mos appar[u]erit, is abbas ſit, & ordinem ſimul, & vir-
tutem ſuffragantem habens [& ibi. §. rogo] vide de te-
ſti. licet vniuerſis, ſuper 3. gloſſ. ¶ In gloſſ. vlt. [ibi, Bo-
nus dolus] aſtutia, ſcilicet, præſertim quę exercetur ad-
8 uerſus latronem, vel hoſtem. ¶ In † gloſſ. 1. [ibi, De-
bere] quod non eſt nouum: imo cępit hoc a tempore
apoſtolorum, act. 2. ad fi. & 4. ad fi. Hoſtien. ¶ In gloſſ.
[& ita ibi, Licet] vbi de hoc, & ibi, Sol. ſecundum Tan.
¶ In gloſſ. vlt. [ibi intelligitur] de bono. & infra de cu
ſto. eucha. cap. 1. [& in fin.] de hoc 20. quæſtio. 3. con-
ſtituit, & de conuer. coniu. dudum, circa fin. Ioan.
Andreæ.

ADDITIO.

a ¶ Ruſticitatem. Adde, quod alibi refert d. Feli. de ſancto Aug. ꝙ cũ ei relatum fuiſſet de vita S. Antonij de Padua, ꝙ magno clamore cępit dicere, Surgunt indocti, & capiunt regnum cęlorũ, nos autem cum ſcientijs noſtris mergimur in profundum.

¶ De officio vicarij. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli, ſiue continuatio.*
De vicario duplicis generis tradit hic titulus, ibid.
Vbi de vtroque alibi tam, ſub hoc titulo, quam extrinſecus ibid. & num. 2.
3 *Pro vicarijs aſſignandis, vel pro ipſorum officio exercendo nihil a vicarijs exigi debet.*
4 *Vicarius quando det commendatitias.*
Recuſatur coram ſuo epiſcopo, ibid.
De vicarijs archiepiſcoporum, remiſſ. ibid.
5 *Officialis epiſcopi dat impuberi curatorem.*
Vicario epiſcopi principali delegantur cauſæ, foraneo nõ, ibid. ver. item principali.

1 ¶ Viſo † de his, qui eccleſię ſeruiunt nomine proprio,
videamus de his, qui ſeruiunt nomine alieno, Goff. &
communiter per totum tit. tractatur de vicario, qui de-
ſeruit eccleſiæ, excepta decr. pe. vbi tractatur de vica-
rio iuriſdictio. habente. Et de hoc ſecundo proſequitur
2 rubrica in 6. Et de primo rubrica in Clemen. ad † ma-
teriam facit 16. q. 7. in noua. 93. diſt. c. ſi. & 94. diſtin.
c. 1. de vicarijs habetur, de reſcrip. c. poſtulaſti, de fil.
presbyt. conſtitutus, & ca. Michael, de præben. extirpã
3 dæ, & de exceſ. prela. illud, pro vicarijs † autem aſſignã
dis, vel pro ipſorum officio exercendo nihil a vicarijs
exigi debet, de ſimo. ad noſtram, de pœnis, licet. de vi-
cario in beneficio, de electione, cum ex eo. §. porro.
4 & de regu. iur. beneficium, lib. 6. quando † vicarius det
commendaticias, de tempo. ord. cum nullus. §. 1. & 2.
quòd coram epiſcopo recuſatur eius vicarius, de offic.
delegat. ſi contra vnum. §. vlt. de vicarijs archiepiſco-
5 porum ſatis, de offic. ordin. Romana, quòd † officialis
epiſcopi dat impuberi curatorem ad cauſas ſpiritua-
les, de iudi. cap. fin. Item vide de præben. ſtatutum, in
fin. Item principali vicario epiſcopi delegantur cauſæ
per papam, foraneo non, in Clemen. de reſcriptis, &
ſi principalis, & certo caſu, quo non poteſt habere of-
ficium, nec ipſius vicariam, de regu. cap. 1. verſic. ad
prioratus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius, ſi beneficium curatum poſtea ſit adeptus, vicaria priuabitur.*
2 *Rectores eccleſiarum, quando ipſæ in temporalibus pleno iure ſpectant ad monacos, vicarij monacorum inſtituti vocantur.*
3 *Ob abſentiam vicarius non priuatur beneficio, niſi moneatur.*
4 *Canonicum quod non eſt, nec ſequendum, ſed corrigendum.*
A petitione quibus caſibus quis repellatur, co. nu. ver. & eſt no. & num. 5.
5 *In beneficij cauſis iudex etiam petente aduerſario inquirit ex officio, & imponere ſilentium poteſt, num. 6.*
7 *Agit nullus inuitus regulariter.*
A petitione tamen iniqua & iniuſta deſiſtere cogitur, etiam ex poſt facto, ibid.
8 *Suffragium, & additio gloſſarum.*
9 *Ordinari an quis poſſit ad titulum perpetuæ vicariæ.*

CAPVT I.

1 Ad audientiam. Caſus. vicarius, † ſi beneficium curatum poſtea ſit adeptus, vi
caria priuabitur. Et not. ꝙ hæc decre. Alexand. pręceſ-
ſit dec. de multa. & duo facit, primo narrat factum. ſe-
cundum, ibi, quia igitur, dat iudicem [Monacos] quan
2 do † eccleſiæ quoad temporalia pleno iure ſpectat ad
monacos, rectores ibi inſtituti ſolẽt vocari vicarij mo-
nacorum, vt patet ĵ. de præbẽ. de monachis [30. annis]
factum narrat, Tan. & Hoſtien. ſubaudit, maxime: ta-
3 men quantumcunque † abſit, non priuatur, niſi monea-
tur. ĵ. de cleri. non reſi. ex parte, ſecundum Phil. [in di-
uerſis] etiam factum narrat [non eſt canonicum] ergo
4 † nec ſequendum, ſed corrigendum, de fil. presbyt. ad
hoc [A petitione] impetrat reus contra actorem; de
hoc de reſcrip. c. vlt. Hoſtien. [Deſiſtere] ex quo cõſtat,
a ꝙ iniqua eſt petitio. Et eſt notabile ſecundum Inno. ᵃ
quòd

q..d a repellitur non ſolum, cum in libello continetur ineptitudo, ſed etiam cum alias eſt notum, hic enim non dicebat in libello ſe habere plures perſonatus: tamen, ex quo erat id notorium, quod non poteſt eſſe occultum, de tranſlat. quanto, repellitur, ſecundum
5 Innocen. & Abb. & hoc maxime locum habet † in beneficiis, in quibus iudex etiam tacente aduerſario inquirit ex officio, ſupra de elect. cum nobis olim. eſt hic
6 ar..p ex † quo conſtat, quòd aliquis litigantium ſuper al..uo beneficio nõ habet ius in beneficio, poteſt vtrique ex officio ſilentium imponi, etiam ſi alias libellus ſit inepte formatus, ad idem de fil. presby. cap. 2. & 3. & c. quoniam, de reſcrip. inter cæteras, de pac. cum clerici, ſm Hoſt. qui etiam ſuper hoc remittit, de offi. deleg. cum contingat, & de re iudi. cum Bertoldus. quãuis ergo † regulariter nullus inuitus compellatur agere, cogitur tamen ab iniqua, & iniuſta petitione deſiſtere, etiam ex poſt facto, ſi fuerat ab initio repellenda, de iudic. examinata, vbi de hoc in vlt. gl. & ibi remittam; & fit hoc, vt reſtringantur lites, de reſcript.
8 nonnulli. ¶ In † prima gol. [ibi, Nemo ex his] vide de prob. ex litteris, ſuper gl. 1. ¶ In gl. 1. [ibi, Tranſlatus] ſecundum Tan. [& ibi, De multa] vide quod ibi dixi,
9 de conſt. lo. execrabilis [& ibi, Intitulata] vnde ad † talem titulum perpetuæ vicariæ poterit ordinari. s. de re ſc. poſtulaſti, & hoc notant hic antiqui; ſed Goff. videtur tenere contrarium. & Hoſt. dicebat ſe neſcire, an fuerit vitium ſcriptoris, in glo. Goſt. all. etiam de fide inſtru. G. perpetuus [& in fi.] quod dic vt in conſtitutione Cle. c. tit. quæ de eccleſiis. 1. reſpon.

ADDITIO.

a Innoc. Vide Inno. in c. conſtitutus. ſup. de fi. presby. & de diuor. ſignificaſti, & in c. cum contingat, infra de offi. deleg. & in ca. mandatum, de reſcri. poſt Comp. & vide in deciſio. Rotæ, cõcl. 30. & duabus ſeq. & vide Bar. in l. ſi vnus. §. pactus, vltra mediũ. ff. de pac. & gl. ibi, & in l. vbi pac. & doct. C. de tranſac. maxime Bal. & Sal. & Bar. in l. eum cui ita. §. qui ita. ff. de verb. obl. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei vendi.

SVMMARIVM.

1 *Vicarias plures quis habere non poteſt, & de quo vicario intelligatur. nu. 4.*
2 *Perſona pro rectoribus eccleſiarum vocantur in Anglia.*
Tales tamen non dicuntur habere perſonatus.
3 *Vicarij, ſi ſe contra prælatos erexerint, puniuntur.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 6.*
Vicariæ in quibus caſibus habeant locum, ibid.

CAPVT II.

1 Prouideas. Caſus. Plures † vicarias quis habere non poteſt. & primo ponitur dictum. ſecundo ipſius ratio, ibi, quia cum perſonis] i. rectoribus † eccleſiarum,
2 qui vocantur perſonæ in Anglia reſpectu vicariorum, & tales iuxta vulgarem modum loquendi, licet dicantur habere perſonatus, non tamen dignitates; quod dic vt no. j. de cleri. non reſi. quia nonnulli, Hoſtienſ. [Eccleſiis] j. eo. tit. c. fi. [Deſeruire] etiam per iuramen
3 tum interdum; quo caſu ſi ſe contra † prælatos erexerint, puniuntur, vt dicitur j. de exceſſ. præl. illud, ſecun
4 dum Hoſt. [Præter vnam] hoc † verum de vicario perpetuo. aliquando enim ex cauſa admittitur temporalis, de app. peruenit, cum ſuis concor. ſaluo tamen eo, quod habes de elect. nemo deinceps, libr. 6. ¶ Prima
5 † gl. obiicit, & ſoluit ſubdens tria, q in vicario concur
6 rere debent. ¶ In † glo. [ibi, Deſeruire] vnde dicebat Vin. vicariæ non habent locum, niſi vbi quis hẽt plures eccleſias ex diſpenſatione, vel eſt abſens ex diſpenſatione, vel in caſibus, quibus licitum eſt habere plures eccleſias, cum perſona ibi continuam reſidentiam facere teneatur, de ætate, & qual. eam te, de elect. cum inter. Sed Hoſt. in decr. extirpandæ, no. 12. caſus, in quibus locum habet datio vicarij, & eoſdem not. hic in ſumma [& ibi, debet eſſe] ſup. vel fieri, quod dic, vt in Cle. eo. tit. quæ de eccleſiis. 1. reſpon.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus per epiſcopum inſtitutus, per rectorem remoueri, vel portione ſua fraudari non poteſt, & nu. 7. 13. non poteſt inſtitui ſine aſſenſu & auctoritate epiſcopi, n. 3. 13. & an perpetuare poſſit quid exigatur. 14.*
2 *Inſtituere, quibus modis hic accipiatur.*
4 *Vicarius temporalis nunquid à ſucceſſore totius temporis ſalarium petere poſſit.*
5 *Succeſſor tenetur ad debita prædeceſſoris, & quando.*
6 *Niſi particula non proprie ponitur.*
7 *Rector non habet in vicarium ſuum iuriſdictionem.*
8 *Ordinarius totius diœceſis ſolus eſt epiſcopus.*
Vicariumne poſſit epiſcopus remouere ſine conſenſu repræſentantis ex cauſa, eod. num. & num. 12.
Præſentator ſeu patronus, citari debet in eius remotione, ibidem.
9 *Cap. ad hæc, in fin. de offic. archidiac. intellectus.*
10 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum. nu. 11.*
14 *Capituli conſenſus interuenire debet in vicarij inſtitutione, & quibus caſibus, & 15.*
15 *Cap. cum apoſtolica, infra de preben. ſpecialem continet caſum. Officialem inſtituit, & deſtituit epiſcopus, ibid.*
16 *Vicaria non eſt penſio, ſed beneficium vicario conſtitutum.*

CAPVT III.

1 Ad hęc. Caſus. Perpetuus † vicarius a per epi
a ſcopum inſtitutus: per rectorem remoueri, vel portione ſua fraudari non poteſt. Et primo ponit illud duplex dictum. ſecundo excipit, licet non proprie, ibi, Niſi [Inſtituit]
2 idest † ordinauit, ſiue conſtituit. vel hoc dicit, quia & inſtitutionem auctorizabilem de mandato epiſcopi fecit, ſicut alias de re iudic. cum Bertoldus. vel idest
3 ſubſtituit, Hoſtien. [Aſſenſu] aliter † non poſſet fieri: tũ quia agitur de vicaria de nouo conſtituenda, & per conſequens de certa portione redditum aſſignanda. ſup. de preben. niſi eſſent, & cap. extirpandæ: tum quia inſtitutio ſpectat ad epiſcopum, de hoc de offi. archi. cum ſatis, Hoſt. [Perſona] quæ vicarium conſtituit [De
4 functa] quærebant antiqui Vinc. Tan. Phil. pone † vicarius eſt temporalis: mortuus eſt prelatus, nunquid vicarius a ſucceſſore totius temporis ſalarium petere poterit? & videtur q ſic, ff. locati, qui operas. C. de cõdi. ob cauſam, ſi pecuniam. argu. contra. ff. locati. l. ex conducto. §. item cum quidam. ff. de condi. cauſa da
b ta, ſi pecuniam. ſo. totius temporis ſalarium b petet, ex quo per eum non ſtat, niſi in reſiduo operas locaſſet. ff. de officio aſſeſſo. diem functo. ff. loca. ſed addes. §.
5 cum quidam. tenetur enim ſucceſſor † ad debita prædeceſſoris, de ſol. cap. 2. Addiderunt tamen Vincent. & Tancre. hoc eſſe verum, ſi res intuitu eccleſiæ acquiſitæ remanſerunt ſucceſſori; alias petat ab hæredibus. & adde quod dicam de locato, propter [Niſi] non
6 † ponitur proprie. ſimile de pecul. cleri. cap. vlt. [Committat] vel niſi ipſo conſentiente, de don. conſultationibus, ad fi. Hoſtien. Ad hoc de regula. beneficium, li.
7 6. [Per iudicem] ſ. epiſcopum. P. non † ergo per rectorẽ ſui: & quamuis ſubſit quo ad ſeruitium, vt ſ. ca. proxi.
non

non tamen quo ad iuriſdictionem, vt hic patet.ſolus
8 † enim epiſcopus totius diœc.eſt ordinarius, vt not.de
offi.archipresb.c.fi.¶ Quærit Hoſt. an epiſcopus ſine
conſenſu repræſentantis, eſto q vivat, ex cauſa poſſit
hunc vicarium remouere? nõ videtur, arg. ꝭ.de re. iu.
in prima regula, & videtur expreſſum de offic. Archi-
dia.ad hæc.§.fin.ſed cõtrarium dicit verum:alias epi-
ſcopus haberet inferiorem iudicem, & collegam, & eſ
ſent in vno corpore duo capita quaſi monſtrum. con-
tra id, de offi.ord.quoniam.putat tamen, q perſona
debet citari, vt & ipſum defendat, ſi velit. & ſic intelli
9 gitur † decre.ad hæc, in fi. & ſic per vtrunque commu-
niter amouetur perſona, citato & certificato iudice.ſ.
epiſcopo ſolo cauſam examinante, & iudicante. & eo-
dem modo intellige, quod ibi dicitur de archidiaco-
10 no requirendo, ſecundum Hoſt.¶ Prima † gl.ponit opi
nionem, quam reprobat.ſecunda reſpondet opponen-
do, q ſolus prælatus, &c.¶ In 1.gl.[ibi.l.vlt.]de iudi.
11 exhibita.ſuper 1.gl.¶ In † gl.1.[ibi, Quidam]Ala. &
12 Innoc.qui dicunt, q ſi non interuenit † conſenſus pa-
troni, prouiſio non durat poſt mortem perſonæ.remit-
tit, de filiis presby.propoſuit[& ibi, Perpetuum]dice-
13 bat Tan. ſi non accederet † conſenſus epiſcopi, mor-
tuo prælato vicaria eius expiraret:quia non eſſet, cuius
officio fungeretur. & eſt ſimile, quod in tranſactione
dicitur. ꝭ.de tranſac.veniens, ſecundum Go. & ex hoc
ſequitur, q non poteſt minui eius portio, nec ſine cau-
14 ſa remoueri, ſecundum Hoſ.dixit hic † Vin.q ad hoc,
vt epiſcopus poſſit perpetuare hunc titulum, neceſſa-
rius eſt conſenſus capituli, maxime vbi præbendæ &
canoniæ per capitulum ſolum, vel epiſcopum & capi-
tulum conferuntur. ꝭ.de his quæ fiunt a præla.ea noſci
15 tur; & quod † dicitur eo.ti.cum apoſtolicam, ſpeciale
eſt ſecundum eum.officialem vero etiam ſine capitulo
conſtituit, & deſtituit, vt dicam ꝭ.eod.ſua[& ibi, prin
cipali]ad hoc de eccl.ædi.c.3.[& ibi, Non credo]idẽ
Tan.& Gof.[& ibi, Vacante eccleſia]de hoc ꝭ.de iure
patronatus, poſtulaſti, vbi contrarium not.in vlt.glo.
¶ In gl.2.[ibi, ſolus prælatus]facit de præb. cum non
ignores.¶ In vltima gl.[in fi.]quæ videtur eſſe contra
16 ria.ſed hoc † non eſt penſio, ſed beneficium vicario
conſtitutum.ſimile de præb. ſignificatum, Abb.

ADDITIONES.

a Vicarius.Quis dicatur perpetuus, & quis tẽporalis, & an vica-
rius vicarium dare poſſit, vide quod no.in c.G.perpetuus, de fi-
de inſtr.& ibi etiam in gl.an perpetuus vicarius dicatur habere
ti.in eccleſ.& de perpetuo & temporali vicario etiam vide not.
ſup.de reſcri paſtoralis, & ibi ar.q habeat titulum.Archi.
b Salarium.Vide Bar.in l.1.§ diuus.ff.de vari.& extraordi.cog.&
late Iaſo.in l.diem functo, cum ibi plene no.ff.de offi.aſſeſ.

SVMMARIVM.

1 *Vicarium non poteſt ſibi ſubſtituere prælatus, & quo caſu,
nu.2.3.& 9.& quando.*
§.Qui vero.c.extirpandæ, inf.de præbendis, intellectus.
5 *Epilogus, & adductio gloſſarum, nu.6.& ſeq.*
6 *Cap.cum Bertoldus, infr.de re iud.& §.ſi quis mandauerit,
leg.ſi procurator.ff.de procur.& leg.neq; tutoris.C. man-
dati, intellectus,*
*Iudicis, Geſtoris, Procuratoris, & Vicarij differentiæ quæ-
dam referuntur inter ipſos, ibid.& nu.7.*
9 *Infirmi, vel impediti ſi non habent mandatum ſubſtituendi,
delegent cauſas tunc pendentes.*

C A P V T IIII.

1 Clericos. Breue eſt, & dupliciter ſummatur
.ſ.q † prælatus non ſubſtituere po
teſt ſibi vicarium, vel q vicarius
non poteſt dare vicariũ[Inferioribus]ſedm ſecundam
lecturam expone.i.ſiue ſint vicarij presbyteri, ſiue dia
coni, ſiue ſubdiaconi[Vicariis]i.presbyteralibus, vel
inferiorum ordinum, & littera, vicariis, congruit intel
lectui ſecundo:alias vicarios, & congruit primo[cum
2 id]ſcilicet, q † prælatus poſſit ſibi vicarium conſti-
tuere, intelligas perpetuum & ſine auctoritate epiſco
pi:alias de conſenſu epiſcopi non eſſet abſonum, ſed
conſentaneum iuri ſcripto; & ſic non contradicit, ſed
concord.de cleri.peregri.c.fi.& facit quod no.in Cle.
3 eo.tit.c.vno, in gl.in hoc. immo legitur, quod † qui-
cunque poteſt ipſum habere, habeat, vt ſi neceſſe fue-
rit, vbi ipſe prælatus deficit, miſſarum ſolemnia ſup-
pleat.7.quæſt.1.illud, & c.nihil.In hoc tamen caſu nõ
4 excuſatur prælatus a perſonali reſidentia; & ſic † non
eſt contra, de præbendis extirpandæ.§.qui vero.nec
minuitur, immo augetur cultus diuinus, quod ſemper
fieri debet, de conſtitu.ex parte.§.1.& c.cum.M.§.fi.
5 ¶ Prima † gloſ.ponit duas lecturas, contra ſecundam
opponit, & ſoluit.¶ In glo.1.[ibi, Conſueuit]ſecundũ
Goffr.Tancr.ponebat vtrunque, & Vinc.dixit etiam
Goffred.& pro eo.C.de iudi.a iudice, hanc[a] vicarium
6 † non poſſe vicarium conſtituere; ſicut nec delega-
a tus.Non ob.ſecundum eum, de re iud.cum Bertoldus,
vbi factum narratur.nec obſtat ff.mandati, ſi procura
tor.§.ſi quis mandauerit, & C.de procurato.neque tu
tores:quia aliud in geſtore, & in procuratore quam in
iudice, adhoc de procur.c.3.lib.6.dixit Hoſt.q breui-
tatis cauſa glo.Goff.nimis manſit obſcura, cum hic po
tius videatur loqui in negociorum geſtore, vel procu-
7 ratore, quam in iudice.vnde † dixit aliud in procura-
tore.qui per lit.conteſ.fit dominus, vt in l.neq; aliud.
in vicario, qui nunquam fit dominus, Item geſtoris,
vel procuratoris perſona non videtur electa, vt in leg.
contra ſi procuratorem. vicarii perſona videtur ele-
cta, ut hic, ar.de offic, archipresby.c.1.& 2.ff.de ſolu.
inter artifices, maxime propter certum miniſterium,
quod ei uidetur demandatum, infra titulo proximo,
capitulo ultimo, immo & poteſt dici ſpeciale, quod ui-
carium non ſubſtituat propter infinitatem uitandam.
arg.de reſcriptis. cum in multis. libro ſexto, cum ſuis
8 concor, 11.q.3.quoniam, licet † autem in iure uicario
ſibi alium ſubſtituere nõ poſſit, arg.ff.de peri.& com.
rei uen.l.neceſſarios.§.ult.& de iure do.ſi uſufr.Dicit
tamen Hoſt.quod ad tempus modicum, & ex magna
b cauſa, non nimis frequẽter, poterit alium relinquere[b]
loco ſui, ſicut fit tota die, arg.ff.de offic.eius.cui man.
9 eſt iuriſdict.l.1.1.reſponſo, uerſ. huius rei, & infra
de appell.peruenit 2.verſ.Interim.quando non † ha-
bent mandatum ſubſtituendi, ſi ſunt infirmi, uel impe
diti, delegent cauſas tunc pendentes[& ibi, ſ.Vica-
rios]quidam habent hic principium glo. lege totum
10 continuum[& ibi.§.qui uero]uel dic cum Lau.hoc † lo
cum habere, cum prælati ex diſpenſatione non promo
uentur, uel abſunt, uel cum conſuetudo excuſat non re
ſidentem.Goff.infra de appel.peruenit, de clerico non
c reſid.c.penult.hoc not.Lau.& Innoc.[c] ſupra, capitu-
lo 1.& pone exempla, infra de elect.cum ex eo, de re-
gula.beneficium, libro ſexto.

ADDITIONES.

a Conſtituere.Vide multa allegata per d.Iaſ.in le. a iudice.C.de
iud.
b Alium relinquere.Et an potuit relinquere alium, qui ſit de pa-
tria, vide pulchre & plene per d.Iaſ.in l.ſi eadem.ff.de off. aſſeſ.
& aliqua in ſimili per Barb.in conſ.19.col.2.primo volu.
c Inno. Et vide gl.vltimam.ſup.de conſti.cum omnes, & ibi Io.
Andr.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Papę in vrbe iuriſdictionem non habet extra vrbem.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Cap. hoc tractat de vicario iuriſdictionali.*
Vicarius hic alias vocatur officialis, ibid.
Hic non confert beneficia ſine ſpeciali mandato. ibi.
Habet ordinariam iuriſdictionem, ibid.
4 *Titulus de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdi. loquitur de iuriſdictione delegata, non ordinaria.*
5 *Vicarij ceſſat iuriſdictio, epiſcopo, vel eo, qui eum dedit, mortuo.*
6 *Vicarius, vel officialis poteſt ab epiſcopo conſtitui ſine conſenſu capituli, & pariter remoueri, ibi.*
7 *Vicarij Papę officium, et poteſtas quę, et n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 19. & 21.*
10 *Vrbis appellatione an includatur eius dięceſis.*
Commiſſionis forma attendi debet, eodem numer. verſ. ſed in hoc.
11 *Cardinales in vrbe habent ius epiſcopale in ſubditos tituli ſui.*
12 *Vicarius Papę adęquatur vicario epiſcopi.*
13 *Praeuentioni locus eſt in cauſis pertinentibus ad ſubditos.*
14 *Vicarij papalis poteſtas eſſet per conſtitutionem declaranda.*
15 Vicarius *datus ad tempus an poſſit reuocari, & numero 16.*
16 *An reuocantes ſint periuri, & inciderint ob id in pęnam.*
17 *De finibus eſt qui eſt de municipio.*
18 *Chriſtianitas tota eſt generalis prouincia papalis.*
19 *Suffragium gloſſarum.*
Proconſulis iuriſdictio quanta, ibid.
Delegatus non poteſt delegantis cauſam extra ſuam iuriſdictionem, eod. nu. §. in 3. gloſſ.
20 *Additio gloſſarum, & nu. 21.*
Commendatitias non dat officialis, ibid.
21 *Specialis ſpecificati ſecuta clauſula generali in mandato virtus.*

CAPVT V.

a Sua nobis. Caſus. † Vicarius Papę in vrbe
iuriſdictionem non habet ex-
tra vrbem. Et primo ponit di-
ctum, & ipſius rationem, ibi, quoniã. quam fortificat,
ibi, Praeſertim. ex quibus infert, quod mandat, ibi,
2 Mandamus. & vt † dixi in rubrica, iſta in titulo tra-
ctat de vicario iuriſdictionali, quem alias vocamus
officialem [Litteras] de ſimplici iuſtitia, vel ſuper be-
neficio, vel alio ſimili impetratas, ſecundum Innocẽ.
3 ſed planum eſt, quod † officialis non confert benefi-
cia ſine ſpeciali mandato. infra cap. fin. lib. 6. [Iuriſdi-
ctio.] probant hic Innocen. & Hoſtienſ. vicarium ha-
bere iuriſdictionem ordinariam per modum arguen-
di, qui no. 25. diſtinct. perlectis, in magna gloſſ. quod
vide no. inf. eod. cap. 2. in gloſſ. 2. lib. 6. & Hoſtien. re-
4 mittit ad ſummam, eodem tit. Dixit etiam Inn. † quòd
de iuriſdictione delegata, non ordinaria loquitur. ff.
de officio eius, cui man. eſt iuriſdi. per totum. No. au-
tem Hoſtiẽ. de offic. deleg. quoniam abbas, ad fin. quod
5 mortuo epiſcopo, vel eo, qui vicarium dedit, ceſſat
iuriſdictio vicarii; alle. de offi. vica. Romana, ad fi. lib.
6. & quod no. ne ſede vacante, illa, & c. fi. ſic etiam di-
cit de conſuet. ſeruari, quamuis plerunque capitula ta-
les confirment, vel remoueant, pro eis, de ma. & obe.
cum olim. & d. de iud. iudicium. remittit etiam de hæ-
6 reticis, ad abolendam. in princ. Scias † etiam, quòd
epiſcopus conſtituere poteſt ſibi officialem ſine
conſenſu capituli ſui, & remouere, vt etiam ipſe Ho-
ſtienſ. no. in ſumma. eod. tit. §. a quibus, verſ. ſed nun-
quid. & hoc etiam approbat conſuetudo in talibus ſer
uanda, de his quæ fiunt a prælatis, ea noſcitur [Vica-
7 rij] de officio † eius vicarij Papæ in vrbe ſæpe a nobis
iuriſtis quæritur de his, ad quæ neſcimus reſpondere;
quia alibi, quam hic, de ipſius iuriſdictione non ha-
bemus. ¶ Quæritur enim ſæpe, an excommunicatos
pro manuum iniectione ſubditos, vel aliunde venien-
tes poſſit abſoluere, de facto ſæpe videmus, quod ab-
ſoluit; quod puto ex ſpeciali commiſſione fieri: aliter
non puto, quod poſſet ſaltem aliunde venientes. & idẽ
videretur de ſubditis, ſi diceretur, eum habere vicariã
illius poteſtatis tantum, quam habet Papa in vrbe, vt
Patriarcha, vel epiſcopus vrbis, non quam habet vt e-
piſcopus orbis, includens vrbem, vt. l. tunc etiam ſub-
ditos non abſolueret, niſi in caſibus, in quibus abſol-
uerent etiam alii epiſcopi, vt ipſorum vicarii, de ſen-
8 ten. excom. † peruenit, &c. quamuis, de cętero, ea no-
ſcitur, mulieres, quod de his, & cap. fina. ¶ Quæritur
etiam, an conferat beneficia in vrbe ſpectantia ad col
lationem Papæ, vel inferiorum vt poſſet Papa? & vt ſu
pra dixi, non, niſi ad hoc habeat ſpeciale. j. capitulo
9 fina, libro ſexto. Item † an ordinare poſſit, vel com-
mendaticias ad ordines dare? & tenendum eſt quod
habetur de tempor. ordina. cum nullus, libro ſexto.
10 ¶ Dubitatur etiam, an † diœceſis vrbis includatur in
eius iuriſdictione? de iure videretur quod non. ff. de
officio præfecti vrbis. l. vlti. & ſic non veniet, vbi aliud
non exprimatur, niſi continentia ædificia, & ſuburbia
a per decret. ſi ciuitas,* de ſentent. excomm. libr. 6. ſed
in hoc oportet commiſſionis formam attendi. facit
quod hic dicit textus, & infra de priuileg. porro. Item
11 † cum in vrbe ſint tituli cardinalium, qui quo ad ſuos
ſubditos habent ius epiſcopale, vt dicam infra de ma-
iori. & obe. his quæ ſuper vltima gl. quæritur, an iſte ui
carius cognoſcere poſſit de cauſis ſubditorum cardi-
nalium: & uidetur quod ſic, per hanc decr. quæ ſolum
excludit iuriſdictionem extra urbem. ergo plenam ha
bet in urbe, quam & Papa quo ad cauſarum cognitio-
nem, cum ſit idem auditorium, de conſuetudine. ca. 2.
de app. Romana. lib. 6. Item conſtat, quod legatus Pa-
pæ aditur per querelam. inf. de officio legati, capi. 1. er
12 go & in urbe uicarius urbis. Item † nec minus debet
poſſe vicarius Papæ in urbe, quam uicarius epiſcopi, qui
b cognoſcit de cauſis ſubditorum [b] prælatis ſubiectus e-
piſcopo, vt dicetur j. de officio ordin. paſtoralis, in 1.
13 gloſ. Licet fatear † locum eſſe præuentioni, ut ibi di-
cam, niſi ſpeciali iure aliud competat & per hoc ſit re
ſponſum ad id, quod uidetur quibuſdam, quod uica-
rius non habeat papalem, ſed epiſcopalẽ, uel patriar-
chalem poteſtatem. unde licet legatus poſſit, qui æ-
quatur proconſuli, & præſidi. de offic. lega. capitul. 2.
lib. 6. eo. li. de elect. ſi abbatem. Vicarius tamen non
poterit niſi immediatos urgere, nam, ut dixi, non mi-
nus debet poſſe, quam epiſcopus, uel eius uicarius.
14 Iſta omnia † ſi per conſtitutionem declarentur, eſſet
commendabile, non obſtante, quod conſtitutio eſ-
ſet localis. cui reſpon. per decret. fundamenta. de e-
lect. libr. 6. Item & in aliquibus uniuerſalis, per ea,
quæ dixi in princip. huius gloſſ. In vrbe. Poteſt ergo
reſtringi locus a committente, ut in certo loco tan-
tum uices ſuas gerat ſecundum Hoſtien. ſic etiam po-
teſt determinari tempus; ad hoc infr. titul. 1. de cauſis
15 & utrobique † puto, quod & reuocari poſſit poteſtas
per concedentem. unde & Paduæ conſului uicarium
per capitulum datum ad tempus, uacante ſede, an-
te tempus reuocari poſſe. & facit quod dixi ſupr. in
3. gloſſ. & de precario. capitul. fi. ff. de iudic. leg. iudi-
16 cium. ¶ † Vidi dubitari [c] ſi conſtituentes ad cer-
tum

tum tempus, an ſi prius reuocant, teneat reuocatio, & dato quòd teneat, an ſint periuri, an inciderint in pœnam. breuiter, ſi ſine cauſa reuocant, licet aliquibus videatur, quòd ſint periuri, vel in pęnam incidant: tenet tamen reuocatio per iura pręall. Si vero id faciunt ex cauſa, vt quia male gerit officium vendendo iuſticiã, vel his ſimilia, faciendo propter tacitam conditionem ſub intellectam, de iureiur. quemadmodum, non ſunt
d periuri, nec debent pœnam.[c] & hoc breuiter ſufficiat propter ea, quę dixi infra, de pręb. dilecto, ſuper iuramento, & Di. in quęſtione de teſte iurato ſuper regula, quod ſemel, de reg. iu. lib. 6. (Extra illam) & eius fines,
17 quia qui de † finibus eſt, de municipio eſt, de verb. ſigniſi. pupillus, Vin. de hoc de ſent. excomm. ſi ciuitas, lib. 6. (Cum ipſe) Papa vnde poteſt per ſeipſum negocia expedire, Goff. ad hoc inf. de off. or. Romana, ad fi.
18 lib. 6. (Speciali) quaſi tota † chriſtianitas ſit ſua prouincia generalis: quia eſt & generalis vicarius Chriſti, cuius eſt terra, & c. de deci. tuam. 9. q. 3. per principalem.
19 ¶ In gl. 2. (ibi, Inuitis) vide de re iudi. cum Bertoldus ſuper vlt. glo. (et ibi. §. vlt.) ibi dicitur, ꝙ pleniſſimam, iuriſdictionem habet procõſul etiam ſuper eos qui Romę, vel quaſi magiſtratus vel extra ordinem ius dicũt. ¶ In 3. gl. [ibi. l. vlt.] vide de pęn. ꝙ autem, ſuper gl. 2. [& ibi. ff. de iuriſ. om. iud. l. vlt.] vide de ſent. exc. a nobis, inf. ſuper gl. [& ibi. l. vna] delegatus non paret delegati cauſam extra ſuam iuriſdictionem, et ſi paruerit,
20 ab ipſo geſta pro infectis habentur. ¶ In † gl. 1. [Ibi, iuriſdictionem] commendaticias autem non dat officialis, de temp. ord. cum nullus. 1. reſpon. lib. 6. [et in fi.] Tan. et ĩ. eo. c. 3. lib. 6. quod intelligit Ho. niſi aliquod
21 † de ſpecialibus ſpecificatum fuerit, ſecuta clauſula generali; et de hoc ĩ. e. tit. c. 2. li. 6. in gl. fi. ¶ In gl. vlt. ibi, retractari poteſt, ſecundum Io. Vin. et Phi.

ADDITIONES.

a Si ciuitas. Et vide ibi Io. An. et per Bart. in l. vrbis. ff. de verb. ſig.
b Subditorum. Vide quod no. in c. fi. ſup. de off. archipresb. per Io. An. et infra de of. ord. cum ab eccleſiarum.
c Dubitari Audiui alias viua uoce d. Fran. Curtium ſeniorem magnum proonoſticum dicẽtem, quod per iſtud dictum alias lucratus fuerat quam plures ducatos, prout refert eius affinis d. Rochus de Curte in ſuis ſcriptis in quadam repe. quam fecit ſuper Rubrica inf. de iure patro. ibi uide.
d Pęnam. Vide etiam gl. in l. hac edictali, de proh. feu. alie. per Fe de. §. item ſacramenta, et ibi per Bal. facit quod no. Bar. in l. cum precario. ff. de preca.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij, & Eccleſiis deſeruire compelluntur vicarij per ſubtractionem fructuum, & vicariatum.*
Diuiſio capituli, ibid.
2 *Vicarius perpetuus curatus. c. quæ de eccleſiis, eod. ti. & c. de multa, inf. de præbendis habent locum etiam in vicarijs perpetuis curatis, ibid.*
3 *De prouentibus, qui vicarijs ſubtrahuntur ex cauſis in decretali allegatis quid agendum.*
Prædam ſuam reputat quidam alienum delictum, vel negligentia, ibid.
4 *Alternatiua demonſtrat arbitrium iudici conceſſum, ſed honeſtum eſt ordinem ſeruare.*
5 *Suffragium & additio gloſſarum.*

CAPVT VI.

1 Ex parte. Caſus. Per ſubtractionem † prouentuum, & vicariatum compellũtur vicarij ordinari, & eccleſijs deſeruire. & in prima deciſa cõſultatio. in ſa riſio, ibi, mandamus (Reſideant) nec alios vicarios ppetuos ſibi ſubſtituant, ĩ. eo. clericos, ſecũdũ vnam lecturam, Ho. [In presbyteros] iſtud eſt contra Goff. in his, quæ dixi
2 ſup. c. 1. ſecundum Hoſtien. [Cura] not. perpetuum † vicarium curatum; ad hoc, de præben. ſuper eo, libr. ſexto. vt ergo patet hodie per Clemen. eod. tit. quæ de eccleſijs, decret. de multa, de præb. & decre. licet canon, de electione, & ſup. de elect. cum in cunctis. ita locum habent in perpetuis vicarijs curatis, ſicut in rectoribus. (Subtractionem) & per excommunicationem ſecun-
3 dum Vincent. (Prouentuum) ad tempus, quos † tamen non imburſabis, ſed alteri, qui idem ſeruicium facit, aſſignabis, vel alias in vtilitatem eccleſiæ hæc conuertes. inf. de clericis non reſi. ca. penult. & hoc eſt contra multos iudices, ne dicam epiſcopos, qui alienum delictum, vel negligentiam reputant ſuam prædam, & de hoc ſup. de offic. or. irrefragabili, ad fi. Hoſt. (Vel ipſa-
4 rum) iſtud † alternatiuum[a] demonſtrat, quòd in arbitrio eſt epiſcopi, a qua incipiat: tamen honeſtum eſt ſe-
5 cundum Hoſtien. ordinem ſeruare. ¶ In † glo. 1. (l. penult.) vide de verb. ſigniſi. abbate, ſuper vltima gloſſ.
6 ¶ In † gl. 1. (ibi, Fuerint) vnde ſecundum apoſtolum. 2. ad Theſſalo. 3. d. Qui non laborat, non manducet, Hoſtien. ¶ In gl. vltima, in fi. de hoc plene. ĩ. de elect. licet, in gl. antepenult. libro ſexto.

ADDITIO.

a Alternatiuum. Et quia verba diriguntur ad iudicem, iuxta not. per Cy. & doc. in l. quicunq. C. de ſeruis fugi. & per Bar. de Sal. ibi plenius, & per Bal. & per Bar. in l. 1. ff. de effractoribus, & vide gl. in c. a crapula. inf. de vi. & hone. cle.

¶ De officio, & poteſtate iudicis delegati. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomia ſiue diſpoſitio tituli.*
2 *De officio & poteſtate iudicis delegati vbi alibi tractetur.*
3 *Delegatorum tractatus quare præmittitur tractatui legato-* [illegible]
4 *Delegati definitio quæ.*
5 *Poteſtatis verbum qua ratione ſit additum huic rubricæ.*
6 *Poteſtas, & officium, ac iuriſdictio an & quibus differant inter ſe, & nu. 7.*

1 Viſo † de his, qui gerunt vices alienas in diuinis officijs, vel iuriſdictione voluntaria, eſt videndum de his, qui gerunt vices alienas in iudiciis, vel in iuriſdictione contentioſa, ſecundum Goffre. & Hoſtienſ. hæc
2 materia † per ſe diſtincta non habetur in decretis: de cauſis tamen delegatis ibi habetur. 28. diſtinct. quia ſunt, cum ſi. ad litteram videntur. 25. quæſtio. 2. igitur, & cap. ſequen. ſed de legatis loquuntur. repetitur autem hæc rubrica in Sexto, & Clemen. Item rubricæ conuenit. de officio le. & ſtuduiſti, et cap. vltimo, de offic. ro. ordina. ſignificauit, & c. paſtoralis. 1. & 2. reſpon. de reſtitut. in integrum. cap. penultimo, de arbitr. per tuas, de mutu. pe. cap. primo, de teſtibus, dilecto, de re iudi. cap. fin. de appellat. ſuper eo, in fin. & ca. cum cauſam, libro ſexto. de reſcript. ſtatutum. §. primo, & §. in nullo, & per totum. de procuratoris qui, de iudi. cap. primo, & vltimo. §. penultimo, in Clemen. de hæret. ne aliqui.
3 ¶ Circa rubricam tria quæro, primo quare † tractatus delegatorum præmittitur tractatui legatorum. Solu. delegatus Papæ quo ad cauſam ſibi commiſſam maior eſt legato, de offi. lega. ſtuduiſti, & quolibet ordinario. ĩ. eod. ſane. 2. Ideo merito de ipſius officio præmittit ob eandem cauſam. Specula. in principio ſui operis, de iudicibus tractaturus, de delegato præmittit. ¶ Secun-
4 do quæro † quid ſit delegatus? Solu. Tancr. & Goffr.

dicunt, q delegatus eſt, cui a ſummo pontifice, ordinario, vel delegato principis cauſa committitur. Hoſtien. dicit, quod eſt is, cui cauſa committitur terminanda, vel exequenda vices delegantis repræſentans, & in iuriſdictione proprium nihil habens, ff. de officio eius cui man. eſt iuriſd. l. Guiliel. in Spec. ti. 1. in prin. dicit, quod eſt is, qui ex alterius commiſſione recipit alicuius cauſæ iudicialem cognitionem. curioſus in his prolixitatis amator circa quamlibet iſtarum diffinitio-
a num [a] ſe poſſet per oppoſitiones extendere: ſed quia ſuſtineri poſſunt, & quiſque bonum habuit intellectũ,
5 non plus inſto. ¶ Tertio quæro † quare hic in rubrica addatur verbum, poteſtate, quod in aliis rubricis ſ. & ĩ. proximis, & in rubricis ſlorum in fi. & C. nõ inſeritur: Veritas eſt, quod iſtud eſt de volũtariis, ideſt quę a voluntate compilatoris dependent. poterat enim hoc in rubricis proximis inſerere, & hic, ſi voluiſſet, omittere, vnde & in antiquis compilationibus, excepta ſecunda, non erat hoc verbum, quod tamen erat in rubrica, de officio ordinarij. in prima, & quinta. poſ-
6 ſet † tamen dici, quod poteſtas, & officium differunt, ſicut & no. ſuper rubrica de reg. iu. li. 6. ad hoc ſ. de bigamis, c. 2. in fi. quaſi officium reſpiciat id, quod prin-
b cipaliter delegatur, [b] poteſtas vero reſpicit id, quod propter delegationem de iure poteſt delegatus, vt cum quærimus, an delegatus ſubdeleget, an cogat delegatum. an poſſit ſine collega procedere. an puniat impedientes, & his ſimilia. forte ob hanc cauſam
7 Goffred. & Hoſtien. tractabant vt diuerſa † officium, & iuriſdictionem delegati. ſed Guiliel. in Spec. titul. 1. omnia iſta commiſcet, ſcilicet officium, iuriſdictionem, & poteſtatem, quia igitur habent aliqui officium ſine iuriſdictione, aliqui cum iuriſdictione. inf. capit. fi. ideo hoc annectit, de reliquis, quæ ſummam tituli reſpiciunt, vide in ſummis, & in Specul. eod. titul.

ADDITIONES.

a Diffinitionum. Diffinitio, vt ſit bona, debet plura continere, de quo vide Bartol. in l. 1. ff. de teſta. & uide differentiam inter diffinitionem, & alluſionem vocabuli, in l. 1. ff. de acquir. poſ. per ipſum.

b Delegatus. Bart. etiam ponit differentiam inter iuriſdictionem, & officium, in l. 1. ff. de iuriſ. om. iu. & aliter ponitur poteſtas in l. 1. ff. de tutel. ubi uide Bal.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus papæ poteſtatem recipit non ſolum in partes, ſed etiam in alios iuriſdictionem impedientes.*

2 *Poteſtas hic pro dignitate ſumitur.*

3 *Iuriſdictio quibus modis probetur.*

Minæ, & terrores potentum ſæpe iudicia peruertunt, ibidem.

4 *Verbi in alia verba ſolutio.*

5 *Manifeſtum pro patenti & notorio.*

6 *Argumenta euidentia fidem faciunt, et æquantur manifeſto, num. 5.*

Minans in occulto cautionem præſtare debet. ibid.

7 *Per cautionem ſi crudelitati non poſſumus medere, quod conſilium capiendum.*

8 *Delegatus in occidentes, vel verberantes aut alias iniuria afficientes aliquem litigantium nunquid poterit animaduertere, & quando, & nu. 10.*

9 *Cautionem præſtare nunquid eum, quem ſuſpicatur litigatores offenſurum, coget.*

10 *Locum tutum partibus prouidere debet.*

11 *Delegatus, & ſubdelegatus Papæ etiam extraneos excommunicare, & mulctare poterit.*

12 *De Papæ iuriſdictione ſunt omnes.*

13 *Brachium ſeculare delegatus inuocat, & quo caſu.*

Interpretatio longa quod habuit, non eſt immutandum, eod. numer.

14 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum. nu. 15. 16.*

Per vim vel per per potentiam quæ fiunt, infirmantur.

Conſentire quibus modis delicto dicatur, & quæ pœna conſentientibus huiuſmodi irrogetur. eod. nu. in finem vſq.

CAP. I.

1 Quia quæſitum. Caſus. Delegatus † Papæ poteſtatem recipit, nõ ſolum in
a partes, ſed etiam in alios, qui ſuam iuriſdictioné [a] impediunt. Communis diuiſio. ſecunda ibi, ſic tibi [Quę]
2 i. poteſtas. ſimile. ĩ. de iud. c. fi. & in his † ponitur poteſtas pro dignitate, non pro habente dignitatem, alias diceretur hic poteſtas, vt ĩ. de homi. tua. §. 1. [Præcipimus] & ſic de delegato Papæ loquitur, vt inf. dicam. & ſupple per te ſecũdum communem interpretationem,
3 de qua dicam in fi. [Minis] violentia † ſine dolo. Nã
b & his modis turbatur iuriſdictio, [b] ſecundum Inno. dicit Hoſt. vel ſtatutis, de ſentent. excomm. grauem, terrores autem, & minę potentum ſæpe peruertunt iudicia. 11. queſ. 3. quatuor. C. quod metus cauſa, ſi per impreſſionem. C. de iniur. l. pe. in auct. vt ab illuſtri. ad fi. col. 5. 33. quæſtio. 2. ſiue, 31. q. 2. Lotharius [Silere] vel literis renunciare. ĩ. de ſentent. excommu. grauem, Goff. [Eluditur] quod tolerandum non eſt, de poſtula. bonæ, 2. ĩ. de alie. iu. mu. cauſa fac. c. 1. Hoſt. [Trahun-
7 *In poſſeſſionem mittere etiam veram poteſt delegatus principis. & hoc ſine armis in eccleſiaſticis, & an in ſecularib. pertinentibus ad iudicem eccleſiaſticum. §. quid de ſeculari bus; non autem delegatus inferioris, ibi. uer. delegatus vero.*
9 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſ. nu. 10.*
Lex a diuo Pio. ff. de re iu. nõ loquitur de delegato principis.

CAPVT VII.

a
1 Significaſti. a C. Delegatus † Papæ exequitur ſententiam ſuam, quam exequi non poteſt, aut nõ vult is, cui eam commiſerat exequẽdam. deciſa conſultatio, & reſponſio [Aliis reſiſtentibus] ſup. vel ob aliam cauſam. non. n. refert, qua de cã non poſſit [Ab eo.] ſ. delegato noſtro [Auctoritate] nunquid † ex eadem auctoritate poſſit inuocare brachiũ ſeculare, dubitatur. Inn. hic tenet, quod delegatus Papæ bene cogit ſeculares poteſtates, vt exequantur. 23. quæſt. 5. adminiſtratores, & c. principes, de offi. ord. c. 1. cum in cauſa ſibi cõmiſſa, & omnibus pertinentibus ad cauſam gerat vicẽ delegantis, inter quę pertinentia eſt executio: alle. 93. diſt. c. fi. de reſcriptis, ſuper litteris, & c. cum cõtingat, & ĩ. eo. paſtoralis. §. quia vero. Ber. hic tenet loquendo de conſeruatore, vt no. eo. ti. c. 1. in fi. ſecundæ gl. li-
b bro ſexto. Hoſt. tenet idem. b ſ. eo. ca. 1. in fi. dicens, ꝙ iur. veritate conſiderata, vbicunq; delegatus non poteſt ſuam ſententiam aliter exequi, recurrit ad brachium ſeculare, & ipſum diſtringit, vt ſuam ſententiã exequatur, ut ibi, & ſ. e. præterea. ſ. eo. ſane, de cler. ex. mi c. 2. cum ſuis concor. allegat in contrarium: quia ſe
3 cundum ſtylum † curiæ, qñ Papa hoc intendit, apponit clauſulam, Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. & hoc ꝯrium dicit hic Abb. ꝙ tenet curia, ut ſic iura contra. loquantur in ordinario, ut inf. de officio ord. quoniam, et uide qđ ibi dicã ſuper fi. ul. gl. et ĩ. de excel. prælat. tanta, in fi. cum ſuis ſimilibus. Iſtud ẽt dicit et tenet Arch. de hære. ut officium, lib. 6. Guil. utranq; opi. recitat in Spe. tit. 1. §. ſequitur, uerſ. ſed nũquid ſeculare. et ibi uidetur ſibi placere prima, cũ ordinarius, qui eſt minor, hoc poſſit. ad id quod dr̃ de ſtylo, rñdet, ꝙ interdum ponitur, quia plus timeri ſolet etc. uel dic, ꝙ non eſt abſurdum in reſcriptis apoſtolicis exprimere affirmatiuas ſubintellectas, ut dixi
c de reſcriptis, mãdatum. c Quid dicemus? certe ſi curia
4 † tenet ſecundam ut dicit Abb. et Archi. non eſt plus inſtandum: alias mihi placeret prima per iura ſ. allegata. ſed ſcđm illã opi. quæ habet, ꝙ nõ poteſt, uĩ ꝙ ipſe delegatus habeat ordinariũ ſup hoc requirere, & ordinarius ad ipſius mãdatũ inuocabit. facit de off. ord.
5 paſtoralis. An † ãt ordinarius, a quo eſt appellatũ, inuocare poſſit dicã ſatis e. ti. c. 1. ſuper gl. pe. [Executioni]
6 ẽt manu † militari, ff. ne vis fi. ei, qui in poſ. mit. l. ſi qs miſſus, Vin. ſed Inn. dicit, ꝙ non dẽt bellũ indicere, ꝯ quẽq̃. hoc. n. eſt ſolius principis. 23. q. 3. c. 1. & 2. cũ aũt
7 liceat † ſibi ſniam ſuã exequi, vt hic patet, poterit dare corporalẽ poſſ. nõ ſolũ cã cuſtodiæ, ſed verã, de eo, qui mit. in poſ. c. 1. & 2. ar. de re iud. cũ aliquib. C. de iu. ꝑ peradũ. ff. ad mun. ea, quę. & eſt hoc verũ, ſi ſine armis, & ꝯtentione defenſionis hoc facere pt: alias non aſſumet arma, nec ipſe bellum faciet, ſed recurret ad brachiũ ſeculare, & iudicẽ ordinariũ; qui hoc manu militari exequatur. ĩ. de hom. poſtulaſti. 23. q. 5. adminiſtratores. ff. de rei vẽ. qui reſtituere. hoc indiſtinctẽ de poſſeſſionib. eccleſiaſticis. ¶ Quid de ſecularibus, his caſibus, q pertinẽt ad iudicẽ eccleſiaſticũ, ſicut dotis, & in ſimilibus: hic eſt diſſenſio. Dñt quidã, ꝙ hoc caſu delegatus nunquã per ſe dẽt poſſeſſionẽ dare, ſed recurret ad ordinariũ ſecularẽ, qui ff. ſint leg. cãm. 2. 11. q. 1. de perſona. 95. diſt. cũ ad verum. Alij, ꝙ ex quo principale eſt de iuriſ. eccl. ergo & executio, de don. inter vi. & vxo c. 3. ſm Inn. primũ iuſtius ſm Hoſ. p decr. poſtulaſti, de fo. cõp. & ibi no. & pdicta de delegato principis intellige. delegatus verò alterius nõ dat poſſeſſionẽ, ſed decernit mittẽdũ, & ordinarius mittit. ff. de dã. inf. ec. l. 4. §. 1. ff. de re iud. a diuo Pio. ſm Inn. vide qđ poſt eum dicã de off. or. cũ ab eccleſiarũ, ſuper ver. obſeruari, & qđ dicã de fo. cõp. ſi quis ꝯ, ſuper gl. hoc iõ, vbi ponã 4. ſpãlia de delegato principis, quę no. hic Pe.
d & Abb. d de his in Spe. ti. 1. §. ſequitur. ver. poteſt ẽt, &
8 de ſcđo decreto. §. pe. [Mandare] per † ſe. ſ. e. quærẽti. vel p ordinariũ, vt hic. & ĩ. c. prox. vel per ſubdelega-
9 tũ. ĩ. c. ex litteris, Hoſ. ¶ Prima † gl. rñdet per q̃õnem. ¶ In 1. gl. [ibi, a diuo pio] vide de fo. cõp. ſi quis cõtra, in prin. pe. gl. ¶ in gl. 1. [ibi. l. vna] vide ĩ. de priuileg. cũ olim. 1. ſuper vl. gl. ¶ In gl. pe. [ibi. l. vlt.] in fi. vide
10 de off. ord. c. 1. in vlt. gl. ¶ In † 1. gl. [ibi, a diuo pio] dixit hic Goſ. ꝙ lex iſta loquitur in delegato alterius ordinarij, non in delegato principis [& in fi.] vel dubitatur, an eſſet functus officio ſuo eo, ꝙ commiſerat alij
e executionem ita, ꝙ amplius e non poſſet exequi; ad hoc ĩ. c. 2. ſm Hoſt. & Abb. ¶ In gl. 2. in fi.] ſaluo quod habes, de crimine falſi, ſuper eo.

ADDITIONES.

a Significaſti. Vbi autem poſsit executio fieri in parte per delegatũ, in parte per aliũ, vide tex. in c. veniens, de teſtibus, & quod ibi Feli. in pe. notabili per Aret. & Panor.
b Tenet idem. Inferior etiam epiſcopo, etiam qui ex cõſuetudine, vel priuilegio habet iuriſdictionem, hoc poteſt, vt probatur in c. dilecto, cum ſua gl. 2. inf. de ſen. excõ. lib 6. & tenet Arch. de ſtatu mon. c. vno, ad fi. lib. 6. & probatur in cle. quia cõtingit, de reli. dom. in gl. inuocato, coniuncta gl. in cle. 1. de vita & honeſt. cler.
c Mandatum. Et quando implorat eccleſiaſticus brachium ſeculare, an ſecularis teneatur ſtare ſimplici requiſitioni, & proceſſui eccleſiaſtici, an debeat de facto cognoſcere, vide ad materiam Bar. in le. diuus. ff. de cuſto. & exhi. reo. & Arch. in c. adminiſtratores. 23. q. 5. & 11. q. 1. ſtatuimus. & facit qđ no. Io. An. inf. de off. or. c. 1. ſup gl. pe. & vide d. Petrũ de Anc. in repetitione c. ea, quæ fiũt. de re. iu. li. 6. in 10. q. & facit l. in criminali, & qđ ibi no. Bal. C. de iuriſ. om. iud.
d Abb. Vide Bar. in l. a diuo Pio, in prin. præalle. & plenius in l. ſi ***rum, & l. iubere cauere, ff. de iuriſd. om. iud. & vide gl. & doct. in c. ſi quis contra, de fo. compe.
e Amplius. Quod non eſt, quia verba debent intelligi cum effectu, de cler. non reſi. relatũ, & ibi concor. in gl. 3. & uidetur mirabile, quia ſi totam cauſam alij cõmittat, vltra de illa non ſe intromittet, vt in c. ſuper quæſtionũ. & inf. & tamen ſi committit executionẽ, vltra quam nihil reſtat apud ipſum, illam in defectu ſubdeleg. aggreditur, niſi dicatur iſtos intelligere in caſu, quo res ſit integra. v. de c. quamuis, eo. tit. li. 6. & gl. ibi. & inf. e. in litteris, in glo. 1. & ſuper illa.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius ſi ſcit eum non canonicè inſtitutum, quem delegatus papæ mandat ei, in poſſeſſionem inducere, non reſiſtet violenter, & quid faciet.*
2 *Prælatorum nomen hic largè ponitur.*
3 *Adminiſtrabit an interim prælatus de cuius canonica inſtitutione agitur.*
4 *Decretalis huius intellectus, quis ſecundum Hoſt.*
Reſiſtere executioni iudicis, & quibus modis quis poſſit, eo. num. & num. 11. & 12.
5 *Interceſſere poteſt Papa veritas duobus modis, & quibus.*
6 *Epilo-*

6 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum. nu. 7. 8. & nu. 9. & ſequentib.*
9 *Compoſitio amicabilis, vel prouiſio iudicis in cauſa beneficij poſſunt intercedere.*
10 *Compoſitionem coram ſe factam mandare ne poſſit delegatus executioni.*
12 *Cap. Niſi eſſent, de praben. intellectus.*
13 *Præiudicium ſi fiat epiſcopo per executionem delegati, quid erit agendum.*

CAPVT VIII.

a
1 Si quando. [a] Caſus. Si † ordinarius ſcit eũ nõ canonice inſtitutum, quem delegatus Papę ſibi mandat in poſſ. induci, non reſiſtet violenter, ſed precibus inſtabit, vt differat, donec Romanus pontifex conſulatur.
2 [Prælatos] large † ponitur. ſic j. de off. ord. cum ab eccleſiarũ [Traxerint] vt quia per litteras Papæ, vel alias dicũt ſe ibi canonicos, vel canonicãdos, ſm Inn. Item ſi vendicarent prælaturas, qđ magis videtur amicum litterę, quæ ſequitur, & quæ præcedit [Iudice] delegato [Alio modo] nõ canonico, Goſ. [Certum ſit] hoc eſt contra id quod not. 11. quæſt. 3. non debet [Reſiſtere] contra inſ. eo. ex litteris. dic vt ibi dicam ſuper gl. pe. ſuper ñ. pe. glo. & j. e. lane, ſuper ver. rebel. [Inſtare] repete, dicẽ [vt differat] ꝙ ſi hoc facere nolit, preciſe neceſſe eſt obedire. inf. eo. paſtoralis. §. quia verò. quid
3 † erit, nunquid ſic interim adminiſtrabit in ſuæ & multarum animarum periculum? ſic. s̃ de elect. dudũ. 2. [b]
4 Hoſt. intellexit † hanc decre. quando certum eſt ordinario mandatum eſſe iniuſtum, non tamen eſt id notoriũ. tunc. n. & ſi non poſſet violenter reſiſtere, poſſet tamen rationabili cauſa reſiſtere. ſ. appellando, ar. de ſi. presby. quoniam, de temp. ord. ad aures. ſed hic, quia occultum, epiſcopo non eſt credendum. 6. q. 2. ſi tantũ, ſm Hoſt. & ſic ſoluit Pe. contra de decre. eam te, de æta. & quali. nobis. eius enim eſt ſententiam delegati ſui confirmare. ff. de re iud. duo iudices. T. & Vin. [Innoteſcat] per † appellationẽ, vel conſultationẽ. ¶ Prima
5
6 † gl. ſoluit per obiect. ¶ Vltima gl. ſoluit per qõnem.
7 ¶ In † gl. 2. ibi, Herertaius] vide de preb. dilecto, ſup 3.
8 gl. ¶ In gl. 1. [in fi.] vel hic non agebatur de eccleſia, tanquã de beneficio, ſed tanquam de proprietate, ſm Io. qui hoc no. 1. q. 3. ea quæ. qđ vr̃ falſum, vnde dic trã
c ſactionẽ [c] proprie. nec hic quæritur de iuribus. vnde di
9 cebat † Goff. ſecus, ſi amicabili cõpoſitione, vel iudicis prouiſione, & concor. qđ dicam de tranſac. ex litteris.
10 ¶ In gl. pe. [in fi.] gl. Ala. & arguit Vin. ꝙ † iudex delegatus compoſitionem coram ſe factam mandare põt executioni, ſi eſt licita, ſicut diffinitiuam. Sed Inn. quẽ hic ſequitur Abb. dicit, ꝙ hoc dicere eſt abſurdum, ꝙ
d iudex delegatus ad iuſticiam tranſactionem mãdet [d]
11 executioni, cũ hoc non ſit ſibi commiſſum. dicit † ergo, ꝙ eſt mens litteræ, ꝙ cum hic iudex delegatus eſſet ſuper beneficio, & perſonis, de quibus hic agitur, & dicat prædicta facere delegata poteſtate, inferiores ſibi reſiſtere nõ debent, niſi appellando. ſi vero nõ diceret ſe id facere auctoritate delegatã, dicit Inno. ꝙ ſine appellatione poſſet ei reſiſtere. idem dicit, ſi in iudicio ſuo exprimeret errorem, vt quia diceret. ad me pertinet exequi tranſactionem partium, licet ſola inſtitutio, vel iuſticia ſit mihi cõmiſſa; alleg. de ſen. excom.
12 per tuas. nec † ob. de præben. niſi eſſent: quia ibi iudex nil exequitur, ſed Papa confirmat, quod factum fuerat auctoritate delegationis & compromiſſi. dicit ergo, ꝙ iudicibus male procedentibus & in non cõmiſſis reſiſtere poſſumus facit, quod no. 64. diſ. quia per 11. q. 3. non debet. facit 7. q. 1. quia frater, ibi, ſpiritu contumaciæ, & ff. de iniu. l. nec magiſtratibus, & cõtra ipſos competit interdictum, vnde vi, ar. ff. de iure fiſci. l. prohiberi. Si verò male agant circa commiſſa, non debet eis reſiſti, niſi per appellationem. Ex quo autem per appellationem ſuſpenſa fuiſſet iuriſdictio, poſſet violenter ei reſiſti, cum non ſit iudex, arg. de appel. bonæ, & c. dilectus. quod intelligit Inn. cum is, qui reſiſtit, poſſidebat rem, vel ius, in quo fit miſſio, vel executio. ſed ſi non poſſidebat, licet res aliter eum tangat, non reſiſtet violenter, vt hic. nec obſtat, ſi dicat, hic ordinarius quaſi poſſidebat ius inſtituendi; ergo ſm prædicta reſiſtere poterat. reſpondet enim, ꝙ id locum haberet, ſi peteretur ius inſtituendi; quo caſu violenter reſiſteret etiam ſine appellatione, cum ſecum non eſſet actum. ar. prędictarum decr. & ff. de re iud. a diuo pio, niſi poſſet ſibi aliquid imputari. Sed hic non negabatur ius inſtituẽdi ad epiſcopum pertinere, nec ſibi aufertur eius poſſeſſio, licet clericus mittatur in poſ. canonicatus, & prabendæ. capitulum autem ſi appellaret, prædictam reſiſtentiam facere poſſet: quia ipſius iuri detrahitur. ¶ In gl. vlt. [ibi. ſuper eo.] T. & idem Vin. Phil. Inno. &
13 Abb. dicebat Hoſt. ſi epiſcopo † ſit præiudicium, expreſſa cauſa rationabili poterit appellare. inducebat eadem iura. Pe. dicit, quod debet excipere, & ſi nõ admittitur exceptio, tunc appellet.

ADDITIONES.

a Si quando. No. etiam ibi, tranſactione, vel alio modo &c. tex. qui probat, quod legatus poteſt mandare executioni tranſactionẽ coram ſe factam a partibus, de quo per Bar. & alios in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff de pac. vnde hic Inn. & in c. niſi eſſent, de præb. vbi tenet idem, quod hic, & vide etiam hic d. An. Pomum in ſcriptis ſuis multa allegantem.

b Secundo. Vbi vide in gl. quia tamen, & ſuper illa Io. And. & in c. ſu p gl. ſi. de elect. & facit quod no. Bar. in l. 1. §. 1 ff. quod falſo tuto. aucto. & l. iuſte, & quod ibi no. ff. de acqui poſſ.

c Tranſactionem. Imo dura fuit tranſactio, ideo epiſcopus non parebat, & Papæ notificat, vt in ſi. c. patet, & ſentit gl. 2. nec in tit. quærendo ſufficit compoſitio, vide Io. And. inf. de tranſac. cap. 2. ſuper prima gl.

d Executioni. An autem poſſit quis petere pronunciari cũtractũ aliquem nullum, & quo iure id peti poſſit, vide Bar. in l. quę ſub cõd. §. ſi. & an poſſit peti contractum confirmari, vide Inn. in c. 2. de confir. vti. vel inuti. an iuramentum habeat executionem paratam, vide Bar. in l. 3. ff. de iureiuran. & quid de confeſſione, vide in l. poſt rẽ. ff. de re iud. & quid de tranſactione, vide Bar. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
2 *In noua iniuria noua fiet impetratio.*
Officio ſuo functus quibus modis iudex dicatur, & quis, & quibus caſibus, ibid. & num. 3. 6. 7. 8. & 9.
3 *Executoris poteſtas, vel officium an & quando expiret, ſi ſic ſibi ſcripſit in vna epiſtola.*
4 *Compromiſſarius ad eligendum an ſemel eligendo functus ſit officio ſuo, alio reiecit.*
5 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſ. num. 6. 7. & num. 8. & 9.*

CAPVT IX.

1 In litteris. Breue eſt. Et † primò deciſæ conſultationi reſpondet. ſecundò cauſam reddit ibi, quia ſemel. & pars eius, de reſt. ſpo. in litteris [Delegatus] ſecus in ordinario. & intellige hoc de quocunque delegato, qui tunc poſſit exequi; de hoc j. de ſo. comp. ſi quis contra [Sententiam] diff. [Ceſſat] dicit Pe. hoc verum in cognoſcẽdo, ſed non in tuendo; alleg. j. c. quærenti. tu dic vt ibi.
2 Vnde dicit Hoſt. ꝙ in † noua iniuria noua fiet impetratio; alleg. de reſcrip. c. ñ. [Functus] habet hoc locũ, ſiue iudex ſit delegatus, ſiue ordinarius, ſi ſententia non ſit iniqua: quia contra ius litigatoris lata. ſi enim appellatum non eſt, tranſit in rem iudicatam, de re iu. cum inter

ter vos. Si vero appellatum eſt, ad iudicem appellatio
nis ſpectat ipſam ſententiam confirmare, vel infirma-
re. ſ. de reſcri. dilectus. 2. in fi. niſi tacite, vel expreſſe re
nunciatum ſit appellationi, in quo caſu rata manet
ſentẽtia, ac ſi appellatum non eſſet; quod dic, vt not. &
legitur, de re iud. quod ad conſultationẽ, de ap. dile-
ctæ. ſm Inno. ſaluo eo, qđ de ſen. exc. dicitur. ĩ. de ſent.
excom. licet, lib. 6. Si vero ſententia ſit nulla ipſo iure,
diſtinguitur inter iudicem ordinarium, & delegatum.
nam ordinarius iterũ a capite ipſam cauſam incipiet
a audire. C. quõ & quando iudex, ſi præſes. Delegatus [a]
vero, quia functus eſt officio ſuo, licet male, ſe non in-
tromittet amplius, ff. de arbi. qualem, in fi. erit ergo ad
ipſum, qui eum dedit, recurrẽdum. C. quomodo & quã
do iudex, ſi vt proponis, quod dic vt no. ĩ. de accu. qua
b liter [b]. 1. & vide quod ibi dicam [c] ſuper 1. gl. & de re iu
c di. de cætero, ſuper 1. gl. in fi. hęc vera in ſententiis. Se
cus in præceptis, vel in aliis factis, quæ præcedunt ſen-
tentiam, vel ſine ſententia emittũtur. nam illa poſſunt
iterari, ſi non habent effectum, vt ſup. de electio. cũ ter
ra, de præb. relatũ. ſ. e. ſignificaſti, de arbi. qualẽ. §. fi.
3 per † q̃ patet [d] ſm Inno. & Ho. q ſi mandetur alicui, q
d mihi prouideat, vel prouideri faciat de beneficio, & il
le pro me ſcripſerit in vna eccleſia, in alia ſcribere po-
terit, antequam in prima ſim receptus. poſtea vero nõ
poſſet quaſi functus, vt hic, & de hoc dicam ĩ. de pręb.
pro illorũ, in prin. nec ſi iam de iure prouidit, licet poſ
ſeſſionem de facto non habeat; alias ſequeretur abſur-
dum, q quis de facto per vnum mandatum conſeque-
retur plures prouiſiones contra intentionem mandan
tis, quod non eſt ſentiendum. ſ. de reſcr. ad aures, & c.
ad audientiam. 2. aliqui contra ſm Inn. quorũ opi. to-
lerari poſſet ſm Ho. qñ prima eccleſia, in qua ſcripſi,
ita proterua eſt, q nullo modo vult obedire, ar. 92. diſ.
ſi quis ordinatus. & c. ſeq. & 7. q. 1. paſtoralis. ita tñ, q
adepto ſecundo renunciatũ ſit primo. ĩ. de præbe. de
multa. facit ẽt pro iſtis, q verba notanda ſunt cum effe
ctu, & quod idẽ eſt, non eſſe, & inaniter eſſe. ſ. de tranſ
la. inter. licet tñ hæc opinio pia ſit: prima tamẽ verior
& iuſtior, ſm Ho. vide quod dixi ĩ. de re iud. c. 1. in gl.
ſi iudex. Secus tamen, vbi nõ tenet de iure, nec de facto
prima prouiſio, vel vbi mandato de recipiendo paritũ
e non eſt: quia tunc ſcribere poterit [e] in ſecunda. decre.
4 vero, in † noſtra, de reſcri. loquitur, cum plures litteræ
ſuper eiuſdẽ prouiſione ſunt fraudulenter obtentę, &
ibi de hoc Cõp. ſ. de reſcr. capitulũ, in 4. charta, ver. in
omnib. dicit Inn. notabile contrarium, de iure patro. cũ
dilectus. & ſoluit, q ibi loquitur de reſeruatione: hic
de nudo mandato, vel hic ſe corrigit ſecundum eun-
dem. de compromiſſario vero ad eligendum an ſemel
eligendo ſit functus, dic vt ĩ. de elect. ſi compromiſſa-
f rius, [f] lib. 6. no. ẽt hic Inn. id qđ eſt expeditũ ĩ. eo. quã-
5 uis, li. 6. ¶ Secunda † gl. alle. duas cõcor. & ponit 10. a-
6 lios caſus, quib. expirat iuriſdictio delegati. ¶ In † gl.
2. [ibi, Iudex] ſemel bene, vel male pronunciando fun
ctus eſt officio ſuo [& ibi, Iudicium ſoluitur] ſequitur,
7 vetante eo, qui iudicare iuſſit. ¶ In † glo. 1. [Ipſemet)
op. Hoſt. de decr. ſuper quęſtionum. §. porro. committẽ
do. n. executionem nil ſibi retinuit de iuriſdictione, &
ſic deſijt eſſe iudex, vt ibi, vnde poſtea ẽt per ſpeciale
pactum partium iuriſdi. non reaſſumit. ĩ. e. ſignificãti
bus. reſpondet hoc intelligi poſſe, quando ſibi aliquid
coertionis retinuit, vel iuris interpretatione iuriſdi-
ctio non videtur amiſſa, vt verbum intelligatur cum
effectu, ut in gl. ad hoc. ĩ. e. quamuis, li. 6. & ne contin-
gat mandatum apoſtolicum eludi, & victorem inutili
ter laboribus, & expenſis fatigari, de app. ut debitus.
8 ¶ In gl. 2. [ibi, Nomine ſcribitur] vel † qui ſimpliciter
cum alio, uel aliis datus eſt. ĩ. eo. vno delegatorum [&
ibi, Recuſationem] quod dic, vt ĩ. e. iudex, li. 6. [& ibi,
Appellationis] etiam fruſtratoriæ. ĩ. de ap. cum appel
9 lationis, li. 6. [Et in fi.] & quãdo † pronunciat ſe per lit
teras non poſſe procedere. ĩ. eod. ſignificantibus, & de
g hoc in Spe. ti. 1. §. reſtat. [g]

ADDITIONES.

a Delegatus. Vide pulchre per Iaſ. poſt alios in l. qui per ſalutem. ff. de iureiurando.

b Qualiter. Et ibi vide diſtinctionem pleniſſimam Io. Cal. & per Bar. in l. quod iuſſit, & in l. iudex. ff. de re iud.

c Dicam. De materia vide in l. ſi vt proponis, C. quõ & quãdo iudex, in l. iudex, ff. de re iud. & vide no. & quæ ſcripſi in c. cũ ceſſante, dẽ ap. & in c. qualiter, el 1, in gl 1. cum ibi alle. de accu. qđ in executore dato ad prouidendum, vide no. ſup. de reſc. c. capitulum, in gl. fi. & d. Bal. in l. ſi vt proponis, alle. Arch.

d Qualẽ. Ibi vide Bar. quo ad interlocutorias, & inſ. de app. cum ceſſante.

e Poterit. Vide Io. An. in decr. capitulum, poſt gl. in ver. itẽ quęris, quid ſi collatio. ad materiam vide Io. An. de exceſ. prę. inter. ſuper gloſſ. bene non valuit, licet ſit alia materia, & de conceſ. præb. cum noſtris, in gl. & male.

f Compromiſſarius. Quid in contractibus, teſta. iudiciis, & aliis actibus, vide plene per Bar. in l. ſerui electione. ff. de lega. 1.

g Reſtat. Et ibi per Guil. & Io. An. plures ponuntur modi, quibus finitur iuriſdictio deleg. quod intellige ſane, ſi opponatur, vide tex. in l. elegantes. § 1. & ibi Bar. ff. de cond. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Non reſtituet actorem poſſeſſionem, & deiectionem probare volentem, reo abſente non per contumaciam, delegatus etiam datus ad diem.*

2 *Qualibet, id eſt aliqua de quibuslibet.*

3 *Litterarum præſentatio non facienda, abſente aduerſario, quando quid committitur intra certum tempus expediendum.*

Lapſus temporis quando noceat, ſi quid fieri committatur intra tempus, ibid.

Cauſa rationabilis, id eſt probabilis, ibid. ad verbum, Taliter.

4 *Epilogus & Suffragium gloſſarum. nu. 5.*

Laniare quis dicatur, ibid. & nu. 11.

Venditio, vel in poſſeſſionem miſſio bonorum ex cauſa abſentiæ, vel alia quando fiat, ibid. nu. 5. & nu. 6. 8. 9. etiam contra eccleſiam, nu. 10 & 11.

6 *Additio gloſſarum.*

Reſtitutio aduerſus venditionem, vel miſſionem in poſſeſſionem bonorum factam ex cauſa abſentia, vel ad appellandum dabitur, & quando, ver. Io. Cal. dixit. & nu. 9. et quando. nu. 12. ad verb. poſtea.

7 *Poſſeſſionem habere bonorũ litis agnoſcendæ cauſa aliud eſt, et aliud habere corporalem bonorum poſſeſſionem, et ratio.*

8 *Ad venditionem bonorum reuocandam quadriennium exit, circa fi. ver. et tunc extat, et nu. 9.*

12 *Cap. ex litteris, de pign. intellectus.*

De amiſſis rebus ſtatur iuramento amittentis, ibid.

Violentia ablatiua quare diſtet ab expulſiua, ibid.

13 *Mutatio quibus modis fiat.*

In capitulo hoc de quo agatur, ibid.

14 *Contumacis pœna quæ. et ſup. nu. 6. 8. 9. 10. et 11.*

Litis conteſtatione omiſſa proceditur et quando contumace reo, ibid.

CAP. X.

Conſultationibus.

De dona. & de iure patr. cõſultationibus. pars
1 huius. & hoc dicit. Reo † abſente nõ per contumaciam,
deleg. ẽt datus ad diẽ non reſtituet actorẽ, poſſeſſionẽ
2 & deiectionem probare volentẽ. cõis diuiſio. 2. ibi, † ſu
per quo [Qualibet] i. aliqua de quibuslibet, Pe. de con-
di. appo. verum [Obtinuerit] ſup. ſub hac forma [Cer-
tum tempus] ſit cautus impetrator talium litterarum,
3 † quòd ſi videt aduerſarium abſentem, litteras non præ
ſentet, donec ille ſit reuerſus: alias inutiliter habetur
tẽpus, vt hic, & ĩ. de app. ſuper eo. 2. qđ intelligo, ſi per
numerũ dierum, mẽſium, vel annorum præfigitur tps;
a alias non expediret cõſiliũ iſtud, vt ibi [a] dicam [Eum]
ſcilicet

ſcilicet impetrātē[Taliter]ſcilicet ſine iudicio, & cau-
ſa rationabili, cauſa ſcilicet probabili, de cle.non reſi.
relatū[Præfixæ]in reſcripto, alias præmiſſum[poſſit]
4 etiam ſi citetur. ¶ Secūda † gl. reſpondet per quæſtio-
nem, an ꝯ abſentē &c. alias tres ll. ꝙ non, & tres ad ꝯ-
rium, & ſoluit diſtinguendo tres ſpecies poſſeſſionum.
¶ Vltima gl. reſpondet per obiectionem. ¶ In gloſ. 1.
5 [ibi. §. quid ſit latitare]latitare dicitur, † qui turpiter ſe
occultat. vnde ſi latet timēs tyrannum, bona non ven
duntur. Idem, ſi latet in frau.:em; ſed non creditorū.
Si vero plures habeat cauſas latitandi, inter quas eſt il-
la fraudandi creditores, bona venduntur[& ibi, Non
videtur]ĩ. de dolo, prout in 1. gl.[& ibi, Eo tempore].
non latitat fraudandi cauſa, qui & ſi iudicium accipe-
ret, abſolui deberet; nec ponderatur, ꝙ poſſet per iudi-
cis incuriam condemnari[& ibi, Ignorare]abſens rei-
publi.cā ſine dolo. ſi nō defenditur, bona eius poſſidē-
tur, ſed nō vendūtur[& ibi. l. vlt.]ſi nō defenditur pu-
pillus, creditores in poſſeſſionem mittuntur[& ibi, Si
fundum]alias incipit, Celſus, & alias eſt lex, & dicit,
quòd ſi peto fundum, & abſens non defenditur, nō de-
bent bona abſentis poſſideri: ſed debeo mitti in poſ-
ſeſſionem fundi[& ib., Cum proponas]ſi non defen-
ditur reus, datur actori poſſeſſio bonorum eius, & trā-
ſacto tempore a compete:i iudice petitur venditio[&
ibi, Et qui iurat]vide vt lite non cont. quoniam, ſuper
vlt. gloſſ.[& ibi. §. hæc autem]vide de dolo. cauſam, ſu
per 3. gloſſ.[& ibi. §. vlt.]Creditor miſſus in poſſeſſio-
nem cauſa rei ſeruandæ, cuſtodiam habet, non poſſeſ-
ſionem. vnde poſtea prætor ſecundo decreto poſſeſſio
6 nem decernit. ¶ In † glo. 2.[ibi, eo tempore]dicebat
b T. has leges loqui, quando non intereſt [b] actoris reum
ad iudicium veniſſe[& ibi, Solutio]ſecūdum T. dice-
bat autem ipſe Tan. Vinc. dixiſſe ll. iſtas habere locum
lit. conte. ſed ei ob. ſecūdum eum præ. §. fundum. vnde
alij dixerunt aliud ſecundum ll. aliud ſecūdum cano-
nes, vel aliud in delegato, quam in ordinario. Io. Cal.
dixit regulare, actorem mitti in poſſ. ſi reus abſens nō
defenditur: ſed reus poſtea veniens. & probās iuſtam
cauſam abſentiæ reſtituitur in integrum, vel ad appel
c landum. [c] & hæc dixit intelligi, quādo tam modicum
tempus fuit ſtatutum, quòd ante finem termini citari
non potuit, quod ſemper fieri debet. C. vbi in rē actio.
d l. 2. infra vt lite nō cōte. quoniam. [d] idem recitat Vinc.
in ſecūdo apparatu, & tene quod gloſſ.[& ibi, poſſeſ-
7 ſionem mitti]ſicut † aliud eſt habere poſſeſſionem bo.
cauſa litis agnoſcendæ, vel incipiendæ, & aliud habe-
re corporalem bonorum poſſeſſionem, vnde habenti
e primam denegatur ſecunda. C. de inoffic. [e] teſt. l. 2. Ho
ſtié.[Et ibi, Et etiam venduntur]Innoc. & Hoſt. in de-
cret. dilecto, de verb. ſign. dicebant, ꝙ raro ſit vendi-
8 tio † niſi contra latitantem [f] per iura, quæ ĩ. allegabat
f gloſſ. & raro ideo dicunt, quia contra puberem, mino-
rem, & contra furioſum, & etiam contra pupillum, ſi
conueniatur ex alieno facto, ſit venditio, ſi eis expe-
diat, vel ſi debitum, quo ſunt obligati, vrgeat, vel ſi di-
latio ſit allatura damnum creditori. ff. ex qui. cauſ. in
g poſſ. l. Fulcinius. §. adeo, [g] & l. ſi pupillus, & l. apud Iul.
1. reſpō. § ſi. & l. in poſſeſſonem. 1. reſpō. & §. 1. & l. ſi nō
expedierit. ff. de bo. au. iu. poſ. 1. reſpon. & 1. §. immo
plus videtur ex prædictis ll. licet multi contradicant,
ſcilicet ꝙ vbicunque iuſta cauſa mouerit iudicem, fa-
h ciet fieri venditionem. [h] nam ſi faciet cōtra prædictas
perſonas ſic fauorabiles, fortius contra minus fauora-
biles, & ſi dicas, ꝙ contra prædictos id facit ex cauſa
iuſta, quia finguntur latitare propter ſuos tutores, vel
curatores, qui latitant, reſpondet hoc non videri: quia
veriſimile eſt, ꝙ ſi hoc eſſet, aliqua lex hanc rationem
reddidiſſet, quod non eſt inuenire. immo per l. Fulci-
i nius. §. adeo, dicit expreſſè, [i] quòd contra prædictas
perſonas ſit venditio, etiam ſi nullus latitet. Item ſi
miſſio, & venditio in generali ſit etiam in aliis, quam
quæ petita ſunt, quare etiam non fieret in perſonali?
Sed oppones, quomodo tam graue damnum infliga-
tur non contumaci, & ordine iudiciario non ſeruato?
Reſpondent hoc fieri propter malitiam latitantis, &
contra alios propter multa mala, quæ poſſent eueni-
re, niſi fieret, licet rariſſimè fieri debeat niſi contra la-
titantem, & tunc extat bonum remedium, quia ſi fiet
venditio, cum non eſſet debitum, agitur præiudiciali
in rem, ad recuperationem rei venditæ, vel ad reſcin-
dendum contractum, ſi non ſunt veræ cauſæ venditio-
nis; puta non eſt vtile his, pro quibus venditio facta
eſt, vel non erant grauati debitis, vel dilatio non erat
creditoribus damnoſa, vel iudex nimium feſtinauit.
k ff. de dam. infect. ſi finita. §. ſi forte. [k] ff. de priuil. l. im-
9 peratores. ¶ Quid † ſi ſit venditio contra non latitan-
tem, quaſi latitet? Sol. reſcindetur venditio vel ipſo
l iure, [l] vel per beneficium reſti. in integ. argum. præ. §. ſi
forte, & l. Fulcinius. §. ſi quis. imo dici poſſet, quod
cum ſententia, quòd res debitorum vendantur, ſit
tantum interlocutoria, vnde ſummaria ſit examina-
tio. C. de bo. auc. iu. poſſ. l. fin. §. ſin autem, Si iudex
m poſtea inuenit ſe deceptum, [m] poterit illam ex officio
reuocare, & venditionem ex ea ſecutam, & ſolutionē
debitori factam, argum. ff. de rebus eorum, qui ſub tu.
vel cu. l. magis puto. §. ſi enim. ff. de tranſact. cum hi §.
ſi prætor, quod not. de appell. cum ceſſante. Poteſt
etiam ipſe verè non latitans appellare ĩ. 10. dies a tem
pore, quo ſciuit hanc ſententiam contra ſe latam.
C. quomodo & quando iudex. l. 1. de re iud. quod ad
conſultationem, & capit. cum Bertoldus, verſic. poſt-
10 modum. & habent † ſecundum eos locum prædicta,
ſcilicet miſſio in poſſeſſionem, & venditio contra ec-
cleſiam, ſicut & contra pupillum. ſubmittunt demū,
11 quòd latitare † dicitur quicunque expreſſæ vocatio-
ni iudicis non obedit. ff. de priuileg. creditorum. l. cre-
ditores. hanc materiam vide in Specu. de ſecundo de-
creto. §. nunc dicamus, verſic. illud autem[& ibi. §. ſi
fundum]& infra de eo, qui mit. in poſ. cap. ſi.[& ibi,
Hoc denegatur]Pet. hic ſatis ineptè dicit quoſdam te
nere, ſcilicet G. Naſo. quòd reſtitutio cōtra abſentem
contumaciter, vel ex culpa ſua ſit danda, etiam lite nō
cōte. per decr. ex litteris, de pigno. ſed ipſe poſt multa
12 † reſpondet, quòd illa decre. loquitur in vi ablatiua;
hic loquimur in expulſiua; & in illa ſufficit violētiam
probare per teſtes: de rebus perditis ſtatur ſacramen-
n to. [n] C. vnde vi, ſi qñ. C. quod met. cau. c. ſi. ſed in iſta
neceſſe eſt legitimè probare duo illa, de quib. in gl. ſe.
vel ibi nulla reſtitutio facta fuit, ſed iudex ex officio
ſuo res malè fecit vendi, & precium mercatori tradi,
recepto ipſius iuramēto ſuper reb. perditis, vt ſup. vel
dic verius, ꝙ in illo c. non agitur principaliter de reſti.
vel emenda, ſed ſolum de hypotheca rerum mariti, q̃
habebat mulier in ipſius reb. poſſeſſis a fratre[& ibi,
Poſtea]ſ. poſt annum: quia prius reſti. in integ. vel ap-
pellatione non eget, & patet ex eo, qđ ſequitur. ¶ In
13 gl. vlt. ibi, Mutat caſum]intendit gl. ꝙ † ſit mutatio in
qualitate perſonæ, ipſius rei, & in ſtatu cauſæ[& in ſi.]
nō valet, qđ dixerunt quidā, ꝙ hic agebatur de eccle-
ſia tanq̃ de beneficio, vnde procedi debebat, alias po-
terat parte cōtumace lite nō cōte. per decr. de eo, qui
mit. in poſ. eũ qui, li. 6. qđ eſt falſum: quia decr. illa ad-
huc nō emanarat, & qa hic nō ſolum de eccleſia quæri
14 tur, ſed ēt de poſſeſſione. dicebat † Hoſt. ꝙ ſi in pœnam
contumacis bona eius poſſidentur, & interdum di-
ſtrahuntur, vt dictū eſt in magna gl. multo magis vbi
cōcurrunt contumacia, delictū violenti, & fauor ſpo-
liati, procedi poterit lite nō conte. & ſic poteſt intelli-
gi iſte finis, & ff. de min. in cauſæ. 1. §. cauſa, & multo

potius quādo agit de poſ. quam ſi ageretur de proprietate, arg. C. ſi de mo. poſ. l. vna, ĩ. de foro comp. ex parte. remittit tamen ad ea, quæ no. vt lit. cont. ca. 2. ſi teneas hoc dictum Hoſ. & G. Na. adde quātū, ſ. q; iuriſdictio delegati expiret certo termino, vt omnia conueniant, quæ decr. exprimit, ſi caſum ſpecialem inducat. ſimile quod dixi inf. de emp. & ven. peruenit.

ADDITIONES.

a Dicam. In gl. ſiat ergo, & vide ſup. eo. de cauſis, ſuper gl. 1.
b Intereſt. Quia forte dies cita. erat feriata, vel quia iudex non ſedit illa die: ſecus, ſi actor illo die non cōparuit, quia propter hoc non minus dicitur actoris intereſſe contumacia rei, vt no. gl. in l. 3. §. fi. ff. de eo, per quē fac. erit. ſed alia gl. dixit cōtra, quia idem in hoc caſu, quod duob. prox. in l. 2. ff. ſi quis in ius vo. non ie. & cū illa ibi tenet Bar. & in l. prædicta. §. fi. & vide gl. & Io. An. in ca. fi. de dolo & contu. & Bar. in l. non videtur, ff. de iud.
c Appellandum. Secundum materiam l. fi. ff. de reſt. in int. vbi vide gl. & Bar. & in l. is, qui reipublicæ. ff. ex qui. cau. ma.
d Quoniam. Iſta iura loquuntur, quando conuentus nominat dominum in iudicium, & tunc ſit illa alia citatio.
e Inoffic. Ibi vid. Cy. & doc. & gl. & Bar. i l. Pap. §. 1. ff. de inof. teſ.
f Latitantem. Et cauſa fraudandi creditores, vt in §. quid ſit latitare, hic alle. & quæ requirantur, vt poſſit fieri venditio, vide Bar. in §. cum hoc. in l. Fulcinius, hic alle.
g Adeo. Eſt ergo deterioris cōditionis minor, vel pup. quā maior quia cōtra maiorē nō fit vēditio, niſi latitet, ſed bñ cōtra minorē, aut pupillū. ad hoc vid. Bar. i l. ſi minor, & l. ſe. ff. de bo. au. iu. poſ. & an illo caſu dēat pupillo dari tutor iuito, vel cūr. & adulti, vide Bar. poſt gl. i §. adeo. in ſ. all. in l. apud Iulianū, ff. e. ti. & l. ſe.
h Venditionem. Etiam contra non latitantem, & quando procedatur contra hæreditatem iacentem, cum ibi deſit latitatio, vide in l. ſi quis inſtituatur, per totam l. ff. de hære. inſt. & ibi Bar. & Bal. & etiam in l. cum debitoris, C. de iud.
i Expreſſe. Et idem dixit in l. ſi minor, ff. de bo. auc. iud. poſ.
k Forte. Ibi vide Bar. vide & in l. Fulcinius. §. ſi quis poſſidet, præ all. & in l. ignorāte, de reſt. mili. C. per Cy. & doct. & Bal. & Sal.
l Iure. Hoc pbat imperator. ff. de priui. credi. vbi vid. Bar. q; diſtinguendo cōcordat opi. & in l. Fulcinius. §. ſi quis poſſidet. ff. ex q. cau. in poſ. ea. & in l. ignorare, C. de reſ. mil. & ibi plenius p Sal.
m Deceptum. Vide pulchre per d. Iaſ. multa allegantem in le. nec quicquam, in §. vbi decretum, ff. de off. procon. & leg.
n Statur ſacramento. Vide Alex. in auct. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. in 4. co. ver. ſed ipſe bene.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa iuriſdictionem habet ſuper ordinarium, & quemcunq; maiorem.*
2 *Diuiſio decretalis.*
3 *Cauſa delegata, & ipſam ſpectantia intelliguntur delegata.*
4 *Rebellis iudici quis dicatur, & nu. 6.*
5 *Delegati iuriſdictio vltra annum, ex quo definitiue pronunciatum eſt, non extenditur.*
6 *Prohibitus extra iudicium, ne cui res reſtituatur, quando quis acquieſcere non tenetur, & qualiter ei reſiſtere debeat.*
7 *Tradere qui vult rem, petat ſibi caueri ſufficienter ab eo, cui rem tradit, quod ipſum ſeruabit indemnem contra alium.*
Vt poſt prohibitionem non procedatur, niſi facta remiſſione, ſpeciale eſt in noui oper. nun. eo. nu. ver. qui dicit.
Creditor creditori alteri non poſſet prohibere creditorem agere, ibid. ver. creditor autem.
8 *Prohibitio non eſt modus auferendi, vel impediendi actionē.*
9 *Negocium, contumacia, rebellio, vel delictum.*
Sacerdotale ſi interdicatur officium, & epiſcopale interdicitur, non contra, ibid.
10 *Epiſcopus per delegatum poteſt excommunicari.*
11 *Specialiter quod ad te pertinet, ſi interdici præcipio, nō includitur, quod eſt tibi cum alio commune.*
12 *Epilogus, Suffrag. & Additio gl. nu. 13. 14. & n. 15. et 16.*
15 *Ab ingreſſu eccleſiæ vbi de ſuſpenſione tractetur.*
16 *Interdici quæ poſſint ex epiſcopi facto.*

CAP. XI.

1 Sane quia Caſus. Delegatus † Papæ in cā ſibi cōmiſſa iuriſdictio. hēt ſup ordinariū,[a] & quemcunque maio-
2 rem. Et in prima † deciſa cōſultatio. In ſecunda reſſio,
tria faciens. Primo præmittit reſponſionis cauſam. Secundo reſpon. 3. reſponſum declarat. 2. ibi, ideoque.
tertia ibi, ita q; [vnde] ſcilicet quia vices noſtras gent
3 [cauſa illa] ſibi † delegata, & ipſam ſpectantia ſupra
eod. præterea, [Maior] 7. q. 1. peruenit, vbi de hoc [Perſona] maior, minor, vel æqualis [iuriſdicti.] ordinaria,
vel in reſcripto ibi directo ſpecificata [Rebellis] ſcili-
4 cet † non obediendo in his, quæ ſpectant ad cauſam,
vel impediendo iuriſdictionem ipſius. ſup. c. ſi quando, & c. ſignificaſti, & c. 1. In his de hoc, ſiue impediat
iuriſdictionem, vt ibi, ſiue non obediat ei circa executionem, vt hic. Siue impediat exequentes de mandato
ipſius delegati iniuſtè & violenter, vt ĩ. e. ex litteris. Si
verò diceret quis executionem non faciendam, aliquam iuſtam cauſam prætendens, ſuper hoc delegatus deberet eum audire. ĩ. de re iud. cum ſuper, & cauſam ſummatim examinare. ff. de re iudi. a diuo Pio.
5 §. ſi verum, & hoc ĩ. annum: quia † vltra, ex quo diffinitiuè pronunciatum eſt, non extenditur iuriſdictio de-
6 legati. ĩ. e. quærenti. Quid ſi † aliquis extra iudic. ū prohibeat alicui, ne rem reſtituat? reſpon. poteſt hoc facere, ſed nec alius tenetur acquieſcere, niſi velit, ar. C. de
rei vendi. ſi fundum. ff. de re iud. ſæpe, niſi hoc faciat
per iudicem prohiberi. in quo quidē caſu ꝯ ipſum agi
poteſt, vt prohibitionem faciat remitti, arg. ff. de noui
ope. nun. l. 1. in princ. & l. de pupillo. §. qui rem, & §. ſi
7 is. & l. prætor. §. 2. C. de inge. diffamati. Sed † is, qui rē
vult tradere, poteſt ſibi aliter prouidere, vt ſ. petat ſibi
caueri ſufficienter ab illo, cui rem tradit, q; ipſum ſeruabit indemnē contra aliū. ff. de rei vē. is a quo, & l. ſe.
C. de pet. hær. l. fi. §. ſi autem, ſm Inn. qui dicit in denūciatione noui operis ſpeciale, q; in illa poſt prohibitionem non proceditur, niſi facta remiſſione, de hoc de
no. oper. nun. c. 1. & 2. creditor autem alteri creditori
non poſſet prohibere creditorem agere, cum eo prohi-
8 bente petere poſſit, ar. ff. de iud. ſæpe. nec † eſt prohibitio modus auferendi, vel impediendi actionem. C. de
rei ven. ſi fundus, ſm Inn. [Quod iudex] delegatus [Ne-
9 gocij] ſ. † cōtumaciæ, rebellionis, vel delicti [Temperatè] 45. diſ. diſciplina [Sacerdotale] per hoc interdictū
eſt pontificale, ſed nō conuertitur. ĩ. de exceſ. præla. ex
litteris, & de do. & cōtu. veritatis [Interdicatur] dic vt
10 ĩ. eo. c. 2. lib. 6. per quam † decr. tollitur, quod quidam
dicebāt epūm per delegatum excōicari nō poſſe, cum
ſit certa pœna ſtatuta hic. ſ. e. de cauſis [Specialiter] vt
11 dñt Pe. & Abb. poſt Inn. per hoc † excludit terram, quā
epiſcopus cum alio, vel alijs cōem haberet, & hoc, pūctando poſt illud verbum. Hoſt. exponit, ideſt immediatè, niſi fiat alia interpretatio. ſi coniungatur cū verbo, ſupponat, non egemus his verbis [Supponat] ſaluo
iure nouo, de quo dixi ĩ. de ver. ſign. cum in partibus.
12 in fi. ¶ Secunda † gl. arguit pro, & contra. ¶ Antepe.
gl. no. in pœnis &c. & ſi. contrarium. ¶ Pe. gl. reſpondet
13 per quæſtionem. ¶ In † gl. antep. [ibi. l. vlt. in fi.] vide
14 de offic. Arch. c. 1. in vlt. gl. ¶ In † gloſ. 2. [in fi.] La. an
etiam eius, quod de epiſcopo dicitur. ĩ. de pœ. & re. ca.
vlt. ad idem ff. de iur. om. iu. eſt receptum. ¶ In glo. cū
habeat [in fin.] dic vt ibi in gloſſ. ſimile. ſi. ¶ In gloſſ.
15 penult. [in fi.] de ſuſpēſione † ab ingreſſu eccleſiæ dic
vt infra de ſent. excom. is, cui, lib. 6. ¶ In gloſ. vlt. [bi,
16 Nomine ſuo] dicit Vincē. ex facto † epiſcopi non poſſe
interdici, niſi quæ ſpectant ad menſam ſuam; alleg. de
reſcr. edoceri. dicit Hoſt. quòd tex. loquitur; qualitercunque contumax fuerit, & rebellis, cum propter delictum domini ſui terra interdicatur, vt in iuribus alle-
b gatis. & per hoc dicit Arch. de ſen. excom. ſi ſententia,[b]
lib. 6. Hoſt. accedere opinio. T. q; propter contumaciā
epiſcopi S. ciuitas ipſius poſſit ſubijci interdicto, quod
ſibi placet. & dicit, q; Vincen. tenet contrariā hic, eo-

ius gloſſ. ſupra poſui[& ibi, Pro delicto]dic de hoc, vt 2. quæſtio 4. in ſumma, & 24. quæſt. 3. in ſumma [& in fi.]& infra eodem & G. de iureiurand. ex reſcripto, Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Ordinarium. Vnum tamen bene tene ſemper cordi, quod ordinarius tamen poteſt ſupplere, & corrigere malitiam, & defidia, ſeu errorem ipſius delegati a papa. c. ſignificauit, de offi. ord. quod bene no. vt ſcias in actu practico deducere. Parona.

b ¶ Sententia. Quomodo intelligatur iſto caſu terra eſſe domini, vide ibi Archi. & Io. And. & plenius Io. Cal. in tractatu ſuo de eccl. interdi. membro 2.

SVMMARIVM.

1 Impetrauit ſi primus dignitatem primam in eccleſia vacaturam: ſecundus impetrauit certam dignitatem ipſius eccleſia, cum vacaret, illa poſtea vacans primo, non ſecundo debetur.

2 Mentio priorum litterarum etiam in impetratione beneficij facienda.

Anteferri ſi quem alteri priori impetratori in adipiſcendo beneficio velit papa, qua vtatur clauſula, ibid.

3 Nepos ſuccedit collaterali in beneficio.

4 Vacationis per reſignationem mentio facta an comprehendatur vacatio per mortem.

5 Data eſt inſpicienda, non præſentatio.

6 Executor etiam ſecundus prouidet ſimul cum primo executore impetranti primo.

7 Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum nu. 8, 9.

Remittere, an ſit dare, vel donare, coniunctio, glo.

CAPVT XII.

a 1 Ex parte N. a Caſus. Si † primus impetrauit primam dignitatẽ in eccleſia vacaturam: ſecundus impetrauit certam dignitatem ipſius eccleſię, cum vacaret, & illa poſtmodum vacat, primo, non ſecundo debetur. ponitur partis conqueſtio, & papæ prouiſio. ſecunda ibi, quoniam [Ad te] vnum de coniudicibus, quibus ſcribitur [In eccleſia] in qua plures ſunt archidiaconatus [Contingeret] not. quia non dixit, quam duceret acceptandam[Mentione] & † ideo nõ

2 valuerunt, de reſcrip. cæterum, & c. ſuper literis. Ponitur hodie in litteris apoſtolicis, Non obſtante, ſi alij per noſtras, vel noſtrorum legatorum litteras in eadẽ eccleſia dignitatem expectent, quibus te volumus anteferri: ſed per hoc eis in alijs dignitatibus, cum vacabunt, nolumus præiudicium generari[Vt ſi] ponit formam ſecundarum litterarum [Auunculus] ſuccedit

3 ergo nepos collateral. ſic de arbi. cap. 2. de acc. accedens. de deſcendenti not. de fil. presbyt. ad extirpandas[Dimittere] an dimiſerit, non conſtabat: & ideo dicit infra, ſi vacat[Faceres aſſignari] hic quærebat

4 Hoſtien. an locus † eſſet huic executioni, ſi archidiaconatus auunculi vacaſſet per mortem, quod eſt hodie terminatum, quod non. infra de reſcript. ſuſceptum, libro ſexto. Ad contrarium allegat hic mentem ſcribentis, & quia minus ſuſcepta eſt vacatio per mortẽ, vt in gloſſ. ad id de reſcrip. eam te. alleg. etiam ff. de leg. 3. fidei commiſſa. §. ſi cui ita fuerit, de legat. 1. ſi fundum per fideicommiſſum. §. Iulia. alias eſt lex, & incipit, ſi Titio pecunia, C. de inſtit. & ſubſti. ſi mater. ff. de condit. & demonſtratio. Iulia. ait. Et refert, quod dicit Innocent. pro hac parte iudicaſſe: ipſe tamen dicebat, quod ſi eſſet executor, conſuleret papam, argumen. ff. de leg. 3. cum filiofamil. per totum remitter, de conuer. coniu. c. 1. in fi. & adde quod dicam de concess. præben. ex parte b [Dixiſſe] not. quia † datam in-

5 ſpicit non præſentationem, ſecundum Hoſtien. qui per hanc litteram multum infringit opinionem contrariam, remittens de reſcript. capitulum. Idem hic. G.

6 Na. Pet. & Abb. [Aſſignetis] ex viribus huius † ſecundi mandati executor primus, & ſecundus ſimul prouideãt primo impetranti, quod alias ſecundus non potiſſet.

7 ¶ Secunda † gloſſ. obijcit, obiectioni ſignat contrarium, & ſoluit opin. ſecundo quærit, arguit pro, & ſoluit. ¶ Vlti. gloſſ. ſignat contrarium, ſoluit, & remittit.

8 ¶ In † gloſſ. 2. [ibi, quia etiam] vide de ſimo. capitul. pen. ſuper gloſſ. 2. [& ibi, in fraudem] facere videtur in fraudem, qui non facit, quod facere debet, vel non vtitur ſeruitutibus[& ibi, ſi pignus] Si coniunx coniugi pignus remittit, non uidetur donaſſe. ¶ In † gloſſ.

9 2. [ibi, Conditione] Idem not. 8. quæſtio. 1. apoſtolica [& ibi, Qui ſtudet] de hoc eadem quæſt. ordinationes, in 1. gloſſ. ubi dicit Ioan. quòd non eſt ſimonia [& ibi, Sunt ſimoniaca] facit quod no. 1. quæſtio. 3. ſaluator, & infra de ſimo. cap. cum pridem, & de iureiuran. & ſi Chriſtus, in glo. quædam enim[& in fin.] dic, vt infra

c de ſimo. cap. vlti. Goffre. & Hoſtien. vt ibi dicam c ſuper vlti. gloſſ. ¶ In gloſſ. vlti. [ibi, quam ſecundæ] Idẽ Innocent. & Hoſtienſ. vel poteſt dici, quod vtrunque fuit priuilegium, ſecundum Iac. de Al. & ſic reprobatur opinio Mel. vt dixi ſupra de reſcrip. cap. 1. [& ibi,

d de reſcri. c. d 1.] vide quod ibi dixi ad fin. vltimę glo. [Et in fin.] Innocen. dic vt infra de reſcrip. tibi qui, & de præben. cum cui, libro ſexto, & no. de conceſſ. preb. ſi ſoli, eodem libro.

ADDITIONES.

a ¶ Ex parte. Pondera etiam iſtum tex. quod poteſt dici gratia ad archidiaconatum primo vacaturũ. & ſic no. quod datur ius ad vacaturam, quod eſſe non debet. cap. 2. de conceſſio. preb. c. ne captandæ. eo. tit. in 6. ſed eſt ſpeciale in papa qui poteſt concedere. c. 2. de conceſſ. præben.

b ¶ Ex parte. Et per Bar. de offi. præſ. l. illicitas. §. fin. & Bal. & Sal. in l. nemo. C. de epi. & cle.

c ¶ Dicam. Et vide Io. Cal. in repe. c. nauiganti. de vſu.

d ¶ Capitulo. Super gl. 2. in ſupplctione, quæ incipit nec eſt verum.

SVMMARIVM.

1 Formam iuris delegatus ſeruare debet, vbi contraria voluntas papæ non apparet. ſed diſtinguendum, nu. 6.

2 Si quando, id eſt aliquando.

3 Exceptionibus quando quis renunciauit omnibus dilatorijs in contractu, & competituris, quid iuris remiſſ.

4 Epilogus, ſuffragium, & Additio gloſſarum. nu. 5. 6.

Exceptiones vt admittantur uiles ſi ſcribatur, quæ reijciantur, & nu. 7.

CAP. XIII.

a 1 Ex parte tua a Caſus. Vbi † contraria voluntas papæ non apparet, delegatus iur. formã ſeruare debet, & rationabiles exceptiones admittere

2 [Si quando] id eſt † aliquando, quia ſemper nec expedit, vt patet, de reſcript. cauſam[Statutum] Exemplũ infra eodem ſuper eo, de bap. dilecto, & de præben. c. fin. [Aequitatem] de tranſac. capit. fin. [Admitti] de

3 † illo, qui renunciauit in contractu omnibus exceptionibus dilatoriis, & qui renunciauit competituris, vide in Spec. de renun. & con. §. 1. ver. pone ergo, al quis, & ver. quid ſi quis, & ad materiam, de arb. §. vlt. ver. Irẽ quid ſi compromiſſum, & quæ ibi ſcripſi [Credimus] non negat, quia hoc facere poſſet, qui ſi faceret obo-

dientium

4 diendum eſſet, vt in gloſſ. ¶ Prima † gloſſ. arguit, allegat vnam concor. & vnum contrarium, & ſoluit, in fin. iterum arguit. ¶ Secunda reſpondet per contrarium. ¶ Vltima gl. allegat tres canones in contrarium, & ſol
5 uit. Item allegat vnam legem in contrarium ¶ In † gl. 2. [ibi, obligatione] hanc, & l. qui peculii, vide de priui. paſtoralis, ſuper vlti. gloſſ. [& ibi. l. 1.] vide de iureiuran. veniens. ſuper gloſſ. 2. [& ibi. §. Quęſitum] vide de offio. ord. ſi ſacerdos, ſuper gl. 2. [& ibi, Exemplo] vnus quiſque ſequitur patris originem, nec vllā pro
6 more prouinciæ referri ſinatur exceptio. ¶ In † glo. 1. [ibi, Accepimus] Petr. dicit diſtinguendum, an fiat contra formam, & tunc non valet, an præter formam, & tunc valet allega. quod no. de re iudi. cauſam. in 1. gloſſ. & intellige, vt ibi dicam. ¶ in gloſſ. 2. [ibi, Et
7 conſtet] ſecundum Naſo. ſatis conſtat, quando † ſcribit, ꝙ nullæ exceptiones admittantur. vel dici poteſt ſecundum Hoſtien. quod tunc moratoriæ non admittuntur, ſed ſic peremptoriæ. C. de preci. impera. offer. quoties. Idem Goffr. alternatiue [& ibi, debent] alias appellari poſſet ſecundum Ala. [& ibi, Audita] & de dolo & contu. c. 2. optime facit quod no. ī. de reſtitutione ſpolia. Item cum quis, in fin. 1. gloſſ. coniuncto eo, quod ibi addidi [& ibi, Qui peculii] & 12. quæſtio. 2. ſine exceptione, vbi de hoc in 1. gloſſ. [& in fi.] Idem ſecundum Hoſtien. ſi aliquas enumerat, ſecuta clauſula generali, ad hoc infra de procur. qui ad agendum, libro ſexto. ¶ In gloſſ. vlt. [ibi ſolutio] ſecundum Vincen. & Tan. Idem Goffre. Innocen. & Hoſt. [in fi.] ſolue, vt ſupra ſecundum Vincen. & Goffred. hic, & in ſumma huius titu. penult. columna, verſ. & eſt notandum.

ADDITIO.

a Ex parte tua. Contra hoc cap. oppo. & videtur, quod proceſſus factus per iudicem iſtum non valuerit, vt quia contra formam mandati, vt in c. dilecta, de reſcrip. ergo hæc ſolu. non fuit contra formam, licet ſit præter, vt dixit glo. in c. cauſam, de re iudi. Bal.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta dignitati non expreſſo nomine perſonæ, trāſit ad ſucceſſorem, & numero 3. & aliis ibi deſcriptis.*

2 *Agere pro procedere improprie in perſona rei, proprie vero in perſona actoris accipitur.*

3 *Loci pro dignitatibus.*
Continens pro contento.
Succeſſor ſemper cognoſcit, ſi ſcribitur dignitati, ibid. & nu. 4. 5. & 11. & 24.

4 *In iudicis perſona aliud ſtatuitur, ibid.*
In litigantium perſona, & ratio. ver. ſolutio.

5 *Delegantis nomen ſemper exprimitur in commiſſione.*
Delegati vero non ſemper, ver. Dicit Hoſt.
Mandata dantur ad res diuerſas, eod. nume. ver. quando ſcribitur.

6 *Mandatum ad negocia quando dicatur, & quando expiret.*
Mandati actio non finit, licet mandatum finierit, & quo caſu, ibid. ver. ſi tamen.
Procurator ad negocia poteſt agere, & experiri, & alium procuratorem conſtituere, quod indiſtincte non poteſt procurator ad iudicia, ibidem, ver. talis etiam, & numero 8.

7 *Mandatum ad iudicia quod dicatur, et quando finem habeat & nu. 8. & 9.*

8 *Res integra quando dicatur in perſona procuratoris ad lites.*
Procurator ad lites poteſt reuocari ante litem conteſtatam. nec poteſt ſubſtituere ante ipſam, neque præciſe cogi ſubire iudicium, ibid. & nu. 9.

10 *Mandatum ad iuriſdictionem quando ſit, & triplex ſit diſtinctio.*
Iuriſdictio ordinaria ſi committatur, quando extinguitur, ibidem, & numero 11. & 12. et a quibus committi poſſit, numero 11.

12 *Si committatur in certa prouincia cuipiam, antequam eam ingrediatur, an iuriſdictionem & quam habeat.*

13 *Leg. 1. de officio præf. præto. & leg. 1. 2. & 4. §. poſt hoc ingreſſus, & leg. aliquando, de offic. proconſ. intellectus.*

14 *Iuriſdictio delegata cum committitur a principe, & quando finit, & nu. 23.*

15 *Authen. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus, intellectus, et nume. 18.*

16 *Executio cum demandatur, idem quod in contentioſa delegata dictum eſt, numero 14. excepto caſu ſi mixta eſt. verum ſi pura mandatur, quando ceſſet mandatum, ibid. ver. ſed ſi pura.*

17 *Contra executionem an, quibuſque caſibus opponi poſſit, & numero 18.*

19 *Ordinarium princeps facere quibus rationibus intelligitur, et num. 21. & eius iuriſdictio ceſſare, vel reuocari, & a quo poſſit, num. 20.*

20 *Authen. de iudi. §. 1. & 2. & §. iudicis, vt intelligendi.*

21 *Delegatus etiam ad vniuerſitatem cauſarū quaſi ordinarius cenſetur, & alii committere eam non poteſt, niſi in caſu, & qualiter, ſingularem tamen cauſam poteſt.*

22 *Is dicitur iuriſdictionem tunc habere propriam.*
Leg. legatus. 1. de offici. proconſul intellectus, ibid.

23 *Officialis epiſcopi iuriſdictio nunquid ceſſet epiſcopo mortuo remiſſ.*

24 *Adiunctio coniudicis in cauſæ cognitione quomodo facienda ad verb. factum.*

25 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. & nu. 26.*
Succeſſor an delegationi prædeceſſoris ſuccedat, & numero 27. 32.
Rerum vocabula immutabilia, hominum mutabilia, ibid.
Nominatim exhæredatus quis.

27 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum, & nu. 28. & inferioribus.*
Succeſſor dignitatis ſuccedit etiam in delegatione, licet non facta literarum præſentatione, ibid.

28 *Cap. ſuper eo. 2. de appellat. interpretatio.*
Præſentationis reſcripti tempore ſufficit, quem eſſe eum, cui ſcribitur, licet non fuerit datæ tempore, ibidem.

29 *Decretalis hæc in quibus locum habeat.*

30 *Conſilium morte ne expiret.*
Phœnix auis vnica, & quomodo perpetua fiat, ibidem. et numero 31. eius apparitio tempore Claudii Impera. ac deſcriptio ibid.

31 *Reſurrectionem oſtendit Cæcilia beato Maximo exemplo phœnicis, et ita conuenit ad fidem Chriſtianam.*
Piumbini auis natura. ibid.

32 *Succeſſor in nomen, ſuccedit et in nomen rei eo nomine relicte.*

33 *In teſtamentis plena fit interpretatio, quia fauorabilia.*
In iuriſdictione vero delegata fit ſtricta.

34 *Archidiaconi multi in eccleſiis Pariſien. et Carnoten.*

35 *Imputandum ei, qui potuit legem apertius dicere etiam in reſcriptis.*

CAPVT XIV.

a
1 Quoniam abbas. [a] Caſus. Delegatio † facta dignitati non expreſſo nomine perſonæ, trā-
2 ſit ad ſucceſſorem [Ad agendū] i. ad † procedendū, vel
b hoc dicit, qa reus excipiendo fit actor. ff. de exce. [b] l. 1.
alias

2 aliæ proprie ponitur quo ad actorem; † impropriè
quo ad reum. ff. de eden. l. 1. ſimile not. de reſcript.
3 pleranque. Hoſtien. [Locorum] ideſt dignitatum, quæ
locis præerant, vt abbas, vel epiſcopus talis loci. dice-
bat autem Innocent. quod ex quo dignitati ſcribitur,
non perſonæ, ſemper ſucceſſor cognoſcet, & ſi tran-
c ſeat ille ad alias dignitates, [c] dimittit delegationes
ſucceſſori, & hoc ſiue ſit delegatus; de offic. ord. paſto
ralis; ver. niſi forſan, ſiue ordinarius. C. de iudi. l. mor-
4 tuo. Nam † regulare eſt, ſucceſſorem teneri ad id, quod
prædeceſſor, de ſol. capit. 1. 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus.
12. quæſtio. 2. hæc huius placiti, 18. quæſtio. 1. dudum.
C. de ſeruo corrupto. l. furti. ſignat Hoſtien. contra de
d decret. ſignificauit, [d] de reſcript. Sol. aliud in perſona
iudicis, de quo hic loquitur, aliud in perſonis litigan-
tium, de quibus in contrario, & ſ. quæ ſententiæ ſine
app. rc. eum qui. ratio, quia iudex æquitatem ſeruat,
lites diffinit, iuſtitiam facit, de tranſact. cap. fi. ſup. ca.
proxim. & cap. de cauſis. partes vero cauilloſæ ſunt, li-
tes inculcant, reſcriptis abutuntur, de reſcript. non
nulli, & cap. fin. & ideo fauor ampliatur, & odium re-
5 ſtringitur, de regu. iur. odia, libr. 6. Item † contra, gene
raliter mandatum expirat re integra morte mandan-
tis, vel mandatarij, inſtitut. mand. §. recte ergo, ex quo
mortuus eſt mandatarius re integra, ſucceſſor non
cognoſcet, ſicut nec cognoſceret mortuo mandatore,
infr. eod. relatum, & capit. licet. Dicit Hoſtien. ſemper
nomen delegantis exprimitur in commiſſione, ſed
nomen delegati non ſemper, vt hic, uel aliud in man-
datore, vt in contrariis, aliud in mandatario, vt hic,
quando ſcribitur dignitati. & propterea diſtinguit;
quia mandatum aliud ad negocia procuranda, aliud
ad iudicia proſequenda, ad iuriſdictionem exercen-
dam. & de his omnibus innuit lex, quod re integra
extinguitur. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & quia, ad
6 fin. dicitur † autem mandatum ad negocia, quando
aliquis facit procuratorem ſuum ad negocia procuran
da, & hoc ſiue ſit generale, ſiue ſpeciale re integra,
morte, ſeu reuocatione ſoluitur. Si tamen ignoranter
mandetur executioni, datur procuratori actio, quæ
non expirauit, & ſi mandatum ſolutum ſit, vt in d. §.
recte, & ff. mandati, ſi mandaſſe, & l. ſi quis alicui. §.
morte, & §. ſequen. & l. mandatum diſtrahendorum, &
l. ſi præcedente. ff. de inſtitut. actio. cuicunque. per to-
tum, & ll. ſequentibus. & l. ſed & ſi pupillus. §. de quo
palam, & §. ſe. & ff. ſi cert. petat. eius qui, & de materia
e iſta not. ſatis inf. de ſol. [e] capit. 2. Talis etiam procura
tor & agere poteſt, & experiri, & alium procur. conſti-
tuere, quod tamen non poteſt procurator iudiciorum,
niſi ſecundum quod not. infra eadem gloſſ. ver. man-
datum vero ad iudicia, & ſe. & hoc eſt, quod diſtingui
tur. ff. mandati. ſi procuratorem, §. 1. & 2. & de hoc ſa-
tis not. infra de procur. petitio, & capit. dilectus, & ſu-
7 pra de electio. in cauſis. §. fin. mandatum † vero ad iu-
dicia dicitur, quando aliquis facit procuratorem
ſuum ſpecialem ad aliquam, vel ad aliquas, ſeu om-
nes, quas habet, cauſas agendo, vel defendendo in iu-
dicio proſequendas; de quo legitur, & not. infra de
procurat. accedens, & capit. conſtitutis. & tale man-
datum ſimiliter re integra morte mandatoris finitur,
8 & dicitur † res integra ante litem conteſta. quo tem-
pore & indiſtincte reuocari poteſt. ff. de procurat. an-
te lit. & l. ſe. not. plene de hac materia, infra de pro-
cur. auditis, & capit. mandato. nec poteſt cogi præciſe
ſubire iudicium ſecundum quoſdam. de qua materia
dic ut not. plene extra, libro 6. de app. cordi. §. poſt
9 hoc. ſuper ver. principales. Sed nec † ante lit. conte-
ſta. procur. conſtituere; quamuis hoc poſſit procura-
tor ad negocia, vt not. ſupra eadem gloſſ. ver. talis
etiam procurator. ſed poſt litem conteſta. hoc fa-
cere poteſt tanquam dominus litis factus. C. de procu.
l. procuratoribus, & l. nulla dubitatio. nec poſtea expi
rat mandatum: imo procurator proſequitur inceptam
vſque ad ſententiam. Excipitur tamen procurator præ
lati, cuius officium ſuſpēditur ſede vacante, quod dic.
vt legitur & no. infra ne ſe. uacant. cap. fin. & in Cle. de
procu. procuratorem. ſed & procurator priuati, niſi in
rem ſuam datus fuerit, vt patet in eo, quod not. infra
eodem licet, in fi. verſi. quid ergo, ſi procurator, & ſe.
10 Mandatum † vero ad iuriſdictionem eſt, quando ali-
cui mandatur, vel committitur iuriſdictio. & in hoc
ſubdiſtingue, quia aut committitur iuriſdictio ordina
ria, aut delegata, aut executio. Si ordinaria committi-
tur, aut non habent, aut adminiſtrationem habent. Si
committatur ordinaria iuriſdictio adminiſtrationem
non habenti, nunquam morte mandatoris extingui-
tur, licet morte mandatarii, cui perſonaliter commiſ-
ſa eſt, extinguatur. Nam perſonalia cum perſonis ex-
tinguuntur. colliguntur hæc in eo, quod legitur, & no. in
fra de reſtitu. in integ. c. penu. & ſupra de vſu pallii, ad
hoc. quod ſi habenti adminiſtrationem, vel cum admi
niſtratione ordinaria iuriſdictio alicui committatur,
multo minus expirat morte mandatoris, cum fortior
ſit, quam illa, quæ eſt ſine adminiſtratione, vt patet
C. vbi & apud quos re. in inte. l. ſi. expirat tamen mor-
te mandatarii, & reuocatione mandatoris, vbi perſo-
naliter eſt commiſſa. de tali legitur ꝟ. de præſum. man
data, & infra eodem titul. nouit. & adde hic quod ibi
11 no. ſucceſſorem † autem exequi oportet id, quod ince
perat prædeceſſor. ff. de iud. mortuo. C. de iud. prope-
randum. §. ſin autem in medio triennii. ſupra de reſcri.
litteris. infra de eo, qui mit. in poſ. c. 2. §. 1. hæc autem
iuriſdictio. ſ. ordinaria a nullo homine committi po-
teſt ita, quod mandatarius ordinarius fiat, niſi a prin-
cipe, quamuis & vniuerſitas, & conſuetudo, & lex ſcri-
pta ordinarium faciat, vt patet in eo, quod legitur, &
no. infra de offic. ord. cum ab eccleſiarum, ordinarius
vero ſine adminiſtratione ex tenore priui. recipit vi-
res ſuas. de ipſis ergo nō niſi priuilegio viſo poſſumus
iudicare, vt patet C. de man. princip. l. vnica. infra eo-
dem cum in iure, de priuileg. porro. aliud in admini-
12 ſtratione. Nam † ſi princeps in certa prouincia ali-
cui hanc committat, a tempore commiſſionis & in-
greſſus vrbis iuriſdic. habet voluntariam, ſed non con
tentioſam, ſecundum omnes, & ſic videntur loqui ll.
proxim. ſequentes. tu vero dicas, quod vtranque ha-
bet, aliter tamen & aliter. nam voluntariam habet e-
tiam antequam ingrediatur prouinciam quo ad exer-
citium. ſed contentioſam non habet vt ipſam exerce-
re poſſit, habet tamen eam etiam quo ad commiſſio-
nem, vnde & ipſam poteſt committere, vt expreſſe
probatur in authen. de collatoribus. §. prohibemus
13 ad hoc, & in prouinciis & ſe. colum. 9. Et licet † domi-
ni aliter videantur ſentire, tu tamen ſic intellige. ff. de
offic. præfec. vrb. leg. fin. & de offic. proconſul. leg. 1. &
2. & leg. 4. §. poſt hoc ingreſſus, & leg. aliquando. ſuper
quo vide quod not. de reſtit. in integ. tum ex litteris. 1.
14 reſpon. verſicul. 1. verum † vbi delegata iuriſdictio a
principe committitur, aut ſit commiſſio expreſſo no-
mine proprio, & ſic re integra mandatum morte man
datoris extinguitur, vt ff. de iuriſdictio. omn. iudicū.
leg. et quia, quod dic ut plene legitur & not. infra eo-
dem. licet. §. 1. aut ſuppreſſo nomine proprio, expreſ-
ſo nomine dignitatis, ſeu adminiſtrationis, et tunc
non expirat, vt hoc in præcedentibus legitur, et not.
quaſi ueſtiatur et conſolidetur reliqua iuriſdictione
ordinaria, ſicut not. ſimile. infra eodem. ſuper quæ-
15 ſtionum articulis. §. ſi vero duo. et ſic etiam † poteſt
intelli-

f intelligi in auth. vt nulli iudi.§.& hoc vero iubemus,[f]
16 colla.9. Si autem executio † demandetur, aut miſta,
aut pura. ſi miſta, idem eſt, quod in contentioſa dele-
gata, de qua dixi ſup. proxi. ver. verum; & ibi delega-
ta, & ſequenti, hoc excepto, quia ſecundum Goffred. in
litteris impetratis ad beneficia non expirat manda-
tum re integra, ſed ſufficit, quod de mente, & intentio
ne ſcribentis conſtet: ſuper quo vide quod legitur, &
not. ſup. de reſcr. cam te, & ca. conſtitutus, quod dic. vt
g infra eodem ſi ſuper gratia, libro 6.[g] Sed ſi pura exe-
cutio committatur, vel aliud ex officio, & ſcribatur ad
miniſtrationem habenti, nec morte mandatoris, nec
mandatarii tale mandatum expirat, dummodo præ-
cepta ſint facta legitime, ideſt dummodo contra exe-
h cutionem nihil rationabile opponatur.[h] quid autem
17 circa hoc opponi † poſſit, vide quod not. infra de re
iudi. quod ad conſultationem, ad fi. vel niſi ex hoc cõ-
tingat fiſcum, vel publicam vtilitatem lædi, quando
quidem antequam executioni mandetur, eſt ſecunda
18 iuſſio expectanda, & ſic † poteſt intelligi ſine calum-
nia, quia & ſic videtur loqui in auth. vt nulli iudic.§.
& hoc vero iubemus, & §. ſi vero etiam præcepta, col-
lat.9. & in authen. de man. princip.§. deinde compe-
tens, collat.3. vel poteſt diſtingui inter illa præcepta,
ſeu iuſſa, quæ fiunt aliquo inſtante, & impetrante, vt
in illis omnis exceptio admittatur, & inter illa, quæ
fiunt proprio motu principis, vt illa omnino executio-
ni mandetur, vbi non occurrit læſio reipublicæ, nec fi-
ſci, argumen. ff. quod quiſq; iu. i.3. 1. reſpon. & C. de
pen. bo. ſubla. leg.1. & adde quod not. infra de iureiu-
19 rand. ad noſtram.1.§. fin. Et notandum, quod † prin-
ceps intelligitur facere ordinarium eo ipſo, quod ali-
cui certam prouinciam, vel etiam ciui. ſiue caſtrum,
i ſeu vniuerſitatem cauſarum committit.[i] ff. de offic.
præfec. urbis. l.1.§. cum urbem, in authen. de conſul.§.
ſi.2 3. diſtinct. capit.1.7. quæſtio.1. quamuis triſte.1 2.
quæſtio.2. charitatem.2 1. q.1. relatio, niſi exprimat,
20 quod delegat, & ſic † intellige in authen. de iudi.§.1.
& 2. & §. iudices itaque, collat.6. nec ceſſat iuriſdictio
talium, quandocunque moriatur princeps re integra,
nec ab alio, quam a principe talis iuriſdictio reuoca-
ri poteſt, argum. ff. de mino. minor magiſtratus, & in-
fra de ma. o. & obe. cum inferior, cum ſuis concor. ſal-
uo eo, quod not. infra de reſti. in integ. cum ex literis.
1. reſpon. verſicul.1. ſucceſſor tamen principis hanc re
uocare poteſt. argum. ſupra de elec. innotuit.§.1. in fi.
21 delegatus † etiam ad vniuerſitatem cauſarum quaſi
ordinarius cenſetur. vnde & aliquam cauſam ſingula-
K rem delegare poteſt. ff. de iudic. cum prætor.[k] §.1.
quamuis ipſam vniuerſitatem alii committere ne-
queat, eandem a ſe penitus abdicando. ff. de offic. præ
ſid. legatus, niſi ex magna cauſa, & ad tempus, ipſam
ſibi nihilominus retinendo. ff. de offic. eius cui man.
22 eſt iuriſdictio. leg.1.§. huius rei. & ſecundum hoc † in
tellige duplicem literam, poteſt, & non poteſt, prout
legitur ff. de offic. proconſul. legatus, primo. & quod
talis ſcilicet cui vniuerſitas cauſarum commiſſa eſt ab
illo, qui hoc poteſt facere, propriam ideſt ordina-
riam, vel quaſi ordinariam iuriſdicti. habet. ff. de of-
fic. proconſul. legatus ſecundo, & ff. de iuriſdict. om.
23 iud. more maiorum. ¶ Quid † ergo ſi epiſcopus, qui
officialem conſtituit, moriatur, nunquid ceſſet iu-
riſdictio officialis, not. hoc Hoſtien. quod ſcripſi. ſu-
pra titul.1. cap. penult. [Perſonarum] in fallit ibi ali-
24 quid, quod poſſet † deſignare perſonam, vt ſi dice-
retur præpoſito Magalonenſi capellano noſtro, dixit
Abb. quod tunc non tranſiret ad ſucceſſorem [Socium]
tanquam iudicem, vnde non valuiſſet proceſſus, ſi iu-
25 dex non eſſet. infra eodem. cum ſuper. ¶ Prima † glo-
ponit caſum. ¶ Tertia gloſſ. primo inducit rationem,
& vnam leg. ſecundo obiicit dupliciter, ſcilicet quod
ſine nominis expreſſione iuriſdictio expiret per mor-
tem. ſecundo; quod expreſſione non obſtante tran-
ſeat ad ſucceſſorem, & ſoluit, tertio quærit, arguit ne-
26 gatiue, & affirmatiue, & ſoluit diſtinguẽdo. ¶ In † gl.
2. [ibi. leg. penul.] vide de ſenten. excommu. duobus,
ſuper prima gloſſ. ¶ In gloſſ.3. [ibi. leg.4.] quæ incipit.
Si quis in fundi: vbi dicitur, quod rerum vocabula
ſunt immutabilia: hominum vero mutabilia[& ibi,
Nominatim] dicitur nominatim exhæredatus, cum
pater dixit, filius meus exhæres eſto, licet nomen non
expreſſerit, ex quo vnicus erat: ſecus, ſi plures eſſent,
vt ſequitur in gloſſ. [& ibi, Mortuo iudice] ſequitur,
quod eum iudicare oportuerat, idem eum, qui ſubdi-
tus eſt, ſequi oportet [& ibi.§. hoc iubemus, colum.9.]
ſuccedens iudici recipit prima acta, ſi legitime facta
ſunt, ſi contra legem; pro non ſcriptis habentur [&
ibi.§. Titia] hanc, & tres ſequentes vide infra in ſup-
l pletionibus [& ibi, Non appareat quis] vt ſi teſtator
plures habet amicos eiuſdem nominis, & nomen ſo-
lum exprimit, nec apparet, de quo ſenſerit; hoc vult
§. quoties [& ibi, ſi fuerit] vide de præſump. cap.2. ſu-
per vlt. gloſſ. [& ibi, cum ex pluribus] vide de ſepul. ſa-
cris, ſuper gloſſ. pen. & de offic. ordi. ſi ſacerdos, in glo.
penul. [& ibi, Solemus] reus ſemper negaret, ſe ſic ſen-
ſiſſe [& ibi, Si quis ſeruum. leg. pe.] & vide de reſcrip. in
ter cæteras, ſuper 1. gloſſ. [& ibi, Sed cum ambo] vide
27 de probat. ex literis, in gloſſ.2. ¶ In † gloſſ.1. [in fi.]
imo etiam idem, ſi vterque mortuus eſſet, & neuter ci-
taſſet, quia & tunc cognoſcerent ſucceſſores, Innocen.
& exprimit, an hoc procederet, etiam ſi moriantur an
te præſentationem reſcripti. non obſtat hæc littera,
Mandato noſtro porrecto. ad quam ſubaudi, maxi. &
hoc probat per litteram redditiuam cauſæ, quia ſub
nominibus, quæ non ponderat præſentationem reſcri-
pti, ſed formam reſcripti, facit in authen. vt nulli iud.
§. & hoc vero, colla.8. vbi quia non expreſſo nomine
ſcribebatur iudici prouinciæ, ſucceſſor cognoſcit. non
28 obſtat † de appel. ſuper eo, ſecundo, quia fateor, quod
ſucceſſor non vtetur iuriſdict. niſi poſt præſentationem
reſcripti ſibi factam, imo facit pro, quia ſatis eſt, quod
præſentationis tempore ipſe ſit is, cui ſcribitur, licet
non fuerit illo tempore datæ. ¶ In gl. [ecce quod ibi,
Non moritur] de reſcript. ſi gratioſe, libro 6. [& ibi, Si
quis in fundi] vnum non omitto, quod quidam anti-
quus B. Compoſt. Vincen. & Lauren. hic, & infra eo-
29 dem. relatum, intelligunt hanc † decr. locum habere
in mandatis contentioſis, ſecus in aliis præceptis, quæ
vt dicunt, extenduntur ad ſucceſſores ſiue expreſſis
propriis nominibus, ſiue dignitatibus, ſed expectabi-
tur ſecunda iuſſio, in authen. de man. princip.§. ſi
quis autem, colla.3. Idem Goffred. ſed Philip. hanc di-
ſtinctionem non admittit. Sed refert ſecundum eum,
an committatur aliquod factum, an cauſæ cognitio,
de quo etiam remittit ad decret. eam te, de reſcript.
de hoc 14. diſtinctio. capit. vltim. & 23. quæſtio.2. du-
30 dum, in 1. gloſſ. de hoc, & quid de † conſilio, an expi-
ret morte, in Specul. titul.1.§. reſtat, ad fi. primæ col.
[& ibi, Phœnix] fertur eſſe auis, ex qua mortua naſci-
tur alia, & non inuenitur niſi vna. vnde Ambroſius di
cit in hexameron, phœnix auis in locis Arabiæ di-
citur degere, & vltra quingentos annos viuere, quæ
cum finem vitæ perpendit, facit ſibi thecam, re-
poſitorium ſcilicet, a tego tegis, & illud facit de
thure, myrrha, & cæteris odoribus, quam intrat,
& moritur, & de humore carnis eius vermis naſci-
tur, & proceſſu temporis adoleſcit, recipit alas, &
reparatur in priſtinæ auis ſpeciem. & ex hoc inuo-
hit

hit ibi Ambroſius contra illos, qui non credunt reſur-
31 rectionem. Fertur † de beata Cæcilia, quod ad exem-
plum phęnicis cõuertit beatum Maximum, & eo poſt-
modum decollato pro fide in eius tumulo fecit ſculpi
phęnicem, cuius exemplo animatus Chriſtianus fieri,
& Chriſti martyr eſſe promeruit. vidi auiculam, quæ
per quoſdam vocatur plumb.nus, quæ poſt mortem
ſingulis annis mutat pennas. Iſidor. etymo. 12. vbi tra
ctat de auib. dicit, quod phœnix auis Arabię dicitur:
quia phœnicem. i. rubeum habet colorem, vel quia in
toto orbe ſingularis & vnica. de ætate dicit vt ſupra,
de morte dicit, quod collectis aromatum virgulis ro-
gum ſibi inſtituit, & conuerſo ad ſolis radium alarum
plauſu voluntario ſibi incendium nutrit, ſicque iterũ
de cineribus ſuis reſurgit. In chronica imperatorum
in ſecunda columna legitur, quod ſub Claudio tempo
re beati Petri apparuit in Aegypto, & quod eſt gran-
dis vt aquila, circa collum fulgore aureo poſtera par-
te purpureo præter caudam, cuius color roſeus & cęru-
leus deſcribitur. dicitur cæruleus ex viridi & nigro,
32 ſicut mare [& ibi, Teſtator voluit] ſecundum † Lauren.
qui dixit, quod ibi teſtator legatum habere voluit qui-
cunque in templo eſſet. ibi videtur dici, quod legatũ
ſacerdoti templi expreſſo nomine debeatur ſucceſſo-
ri. Sed Accurſius ibi dixit verbum, hierophylaci eſſe
nomen capellæ, vel loci, vbi etiam ad ſimile nominat
Ricardinam. & ſecundum hoc non obſtat §. Titia, di-
cit, quod ſi teſtator legauit Agatheam ancillam, & po
ſtea eam vendidit, & aliam emit, quam vocauit eo-
m dem nomine, illa debebitur legatario. [m] lex placet,
& ſequen. dicunt, quod ſi teſtator inſtituit poſthumũ,
& poſtea ducat aliam vxorem, ex qua relinquat poſt-
humum, ille erit hæres. Hoſtien. dicebat, quod in his
apparuit de expreſſa voluntate teſtatoris. vel ſecun-
33 dum † eum illud in teſtamentis, vbi fit plena inter-
pretatio: quia fauorabilia, vt infra de donat. cum di-
lectis: illud in iuriſdictione delegata, vbi fit ſtricta. in-
fra eodem P. & G. [& ibi, Aliqua eccleſia] videtur q̃d
hoc eſſe non poſſit. 7. quæſtio. 1. in apibus, in fin. ibi, ſin
gularis archidiaconi, &c. ibi ſoluit in vlti. gloſſ. [& ibi,
34 In Pariſienſi] dixit Hoſtien. quod † in hac eccleſia, &
in Carnoten. licet ſint in eis plures archidiaconi di-
uerſis nominibus nominati, vnus ſolus tenet nomen
n eccleſiæ cathedralis. [n] & hic cum nulla ſit æquiuoca-
tio. vt infra de iudic. cauſam quæ, non poteſt intelli-
gi de eo niſi de quo vox ſonat, ff. de ſolut. l. iudicatum
35 ſolui: alias æquiuocum eſt. Debere † dixit imputari
impetranti, qui potuit legem apertius dicere, argu-
o men. de reſcrip. capitul. vlti. [o] vel conſulatur princeps.
ſupra capitul. 2. remittit tamen ad ea, quæ not. in ſum
ma, eodem titulo. §. quibus modis, ver. fit etiam pro-
rogatio tacite, &c. [& ibi, Hoc dicere] de hoc in Spe.
de cita. §. 1. ver. quid ſi ego, & ibi ad litterã inuenies,
quod not. Compoſt. poſt Vincen. de reſcript. capitu. fi.
in gloſſ. fin. [& ibi, Capitulum ſanctæ Crucis] ad hoc
eodem titul. capitul. penult. libro ſexto [& in fi.] dice-
bat Vincen. conſulendum papam, argument. ſupra eo
dem capit. 2. ¶ In gloſſ. vlt. [ibi, In priuilegio] quia hic
ponuntur cauſatiue.

ADDITIONES.

a ¶ Quoniam Abbas. Ad hanc dñiam, vtrum exprimetur nomen proprium, vel fiat ſub nomine dignitatis, vide no. per Io. And. in c. quanto, de his, quæ fi. a præ. vbi ponitur mirabilis effectus, item vide gl. in uer. nec eſt, in c. requiſiſti, de teſta. & q̃d ibi ſcripſi, quia ibi uſr limitari hęc dicta: quia hoc in diſpoſitione. Inter niuos, ut eſt delegatio. idẽ eſſet in donatione, in quib. diſpoſitionibus facit dñiam, an fiat ſub nomine proprio, uel appellatiuo. in diſpoſitione aũt in morte, ut ſi legatur epo, bene tunc ſiue fiat ſub nomine proprio ſiue appellatiuo, videtur haberi reſpectus ad eccleſiam: quia in tali diſpoſitione ſemper ad animam videtur cogitare, & hæc niſi præcedat propinquitas, vel longa amicitia, vt ibi in tex. quod no. & vide Bar. in l. ciuilibus, ff. de re. dubijs, Archidia.

b Excep. Et ſic ſtatuit terminum reo ad excipien. iuxta c. paſtoralis, de excep. & vide pro expoſitione huius verbi inf. de app. ſignificante, Ioã. And. ſuper ver. ad litigandum, & ſic tollat contrariũ, quod fieri poſſet. C. vt nemo inuitus, in rubro, & nigro.

c Dignitates. Et quid ſi illa dignitas, puta epiſcopalis, fiat archiepiſcopalis, dic q̃d idẽ. vide Io. An. in Spe. tit. 1. §. reſtat, ver. quid ſi cũ & ibi inducit hoc ad q. illius, qui promiſit in ludo ſcacorũ vincere sociũ cum pedona, an illũ vincat cum pedona facta regina, & vide ad materiam huius gl. fi. in l. tale pactũ, ff. de pact.

d Significauit. Ibi vide gl. & Io. An. qui in alio caſu loquitur, & illius decr. intellectum. diuerſimode collige, & not. in c. dilecti, de ſo. compe. & ibi vide in gloſ. 1. inf. & ſuper illa, & plenius ex no. in c. is, qui in ius de reg. iur. lib. 6.

e Sol. Et plenius per Bart. in l. 2. §. ſed & ſi quis, ff. de dona. & in l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. & Cy. & Salic. in l. mandatum, C. man. & vide de præben. c. dudum, ad fi lib. 6.

f Iubemus. Scias, quod in caſu ſup. proxi. quando fit commiſſio, perſona expreſſa, morte delegantis finitur iuriſdictio, tãquam finita, non tanquam reuocata. & facit ad materiam. c. ſi delegatus, eo. tit. lib. 6 & vide Bart. ff. de iur. om iudi. l. & quia.

g Sexto. Iſtud intellige de executore dato ſuper gratia iam facta, vt ibi: ſecus, ſi ſuper fienda, quia tunc expiraret, & ſic tollitur contra c. ſi cui, ad fin. de præben. li. 6. vbi vide in gl fi. & iſta inducit Bar. no. ad q de illo, cui commiſſa eſt executio ſententiæ, vide per ipſum in l fundi venditor. ff. de acq. poſſ.

h Opponatur. Quoniam pura executio committitur non habenti adminiſtrationem, vt tali nuntio, an mortuo iudice exp ret hoc mandatum, vide Bart. in l. fundi venditor. ff. de acqui. poſſeſſio. & in l. 2. § ſed & ſi quis, ff. de do. & Io. And. de iureiur. ad noſtram, lo. 3. in gloſſ. not. quod.

i Committit. Vide Bar. in l. & quia, de iuriſd. om. iudi. & intellige id, quod hic dicitur de vniuerſitate cauſarum ſimul cum territorio, ut differat a delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vide ibi Bart. & vide gl. 2. in c. 1. & ſuper illa Io. An. inf. ne prælа. vi ſuas.

K Prætor. Pro hoc, quod ſit quaſi ordinarius, videtur gloſ. 1. in c. qualiter el. 1. inf. de accu. & in c. cum cauſam, de ap. & tales, quibus committitur certum genus cauſarum, non excludunt propterea ordinarium loci, vide ad hoc tex. no. in l. 1. C. de offi. præfec. vr. & ibi doc. & gl. 25. q. 2. in Galliarum.

l Teſtator. Ad hanc gloſſ. concor. gl. in c. & litteris, de reſtit. ſpolia. el 2. Bald.

m Legatario. Ibi teſtator non conſiderauit rem, quam legauit, q. a illa extincta extingueretur legatum, ſed conſiderauit nomẽ rei legatæ, vt omnis res illius nominis veniat in legato, ibi vide Bart. poſt Dy. in l. placet. nominauit poſthumum, nec expręſſit ex qua vxore, & ſic nomine appellatiuo & incerto, & ſic omnis poſthumus nominatus, & ſic concordat cum iſto capitulo.

n Cathedralis. Et de potiori intelligi debet: ſic cum dicitur apoſtolus, de Paulo, & ſapiens de Salomone.

o Vltimo. Facit c. contra naturam, de re. iur. lib. 6. & ibi gloſ. & ad prædicta vide Bar. in l. Fal. ff. de condi. & demon. & Bal. in l. hac conſul. C. qui teſta. fa. poſ.

S V M M A R I V M.

1 *Præſentãdi ſi de iure quæſtionem papa delegat, appellatione remota, delegatus pronunciare poteſt, ſed non inſtituere.*
Quod ſi facere vellet, is, ad quem ſpectat inſtitutio, licitẽ appellaret, ibid. quid ſi non appellet, nu. 4.
2 *Alterutrius pronominis ſignificatio.*
3 *Præſentationis clerici cauſa intra certum hic deſcriptum tempus definiri debet: alias epiſcopus ordinabit eccleſiam, eaque cauſa pendente fructus cuſtodiri faciet, ibidem.*
4 *Ordinare, verbum commune eſt.*
5 *Electio habetur confirmatione, ſi papa ſimpliciter rogat capitulum, vt quem recipiant in canonicum, caſu excepto.*
6 *Patroni inſtituent, non præſentabunt, ſi papa ſcribit clericis: ſecus, ſi laicis.*
Papę auctoritate qui funguntur in beneficiorũ prouiſione, ib.
7 *De facultatum literis expeditum eſt, et vbi.*
Præſentatum vt admittat is, ad quem pertinet, ſi mandauit delegatus, et noluerit obedire, quid iuris, ibid.
8 *Poſſeſſionem dare, ſpectat ad archidiaconum.*
9 *Archipresbyter poteſt epiſcopi, et archidiaconi nomine reclamare, ſi grauentur iure communi, quaſi vicarius.*

Prouidet

10 *Prouidet parti de beneficio auditor datus in curia ſine alia commiſſione.*
Cap. auditor, de reſcrip. in Clemen. non corrigit hanc decretalem, ibid.
11 *Appellatio ſi remoueatur, non poteſt appellari, niſi ex cauſa in iure expreſſa.*
12 *Executio ſententiæ per appellationem partium non differtur. & hinc colligitur effectus illius clauſu. quod executio ſententię &c.*
Ordinatio eccleſiæ hic eſt quædam executio, ibid.
13 *Præſentatus, de quo lis committitur, examinabitur, vel approbabitur per ordinarium, ſed dubij ſi quid erit, decidet delegatus.*
14 *Ab ordinatione eccleſię a delegato facta ſi non appellauerit ordinarius, imputabit ſibi.*
15 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, & numero 16. 17.*
18 *Ordinanda eccleſia per quem ſit in caſu huius decretalis decernet delegatus, exceptis caſibus, quibus ordinabit ipſe, & num. 19.*
19 *Ordinarius ſi renuerit ea facere, quæ ad ſe ſpectãt, ad mandatum eius, cui delegata ſit prouiſio, vel ordinatio eccleſiæ delegatus omnia ſupplebit, conſiderata tamen forma reſcripti, & num. 18. & 20.*
20 *Delegatos formam reſcripti conſiderare debet, & ſecundum illam procedere.*
21 *Maior eſt ordinario in cauſa ſibi commiſſa: contra eum tamen procedet ordinarius in quibuſdam caſibus, & quibus.*
22 *Ad contradicendum vt quis admittatur in curia, argumenta bona colligi hic dicit Hoſt.*

C A P V T XV.

1 Super eo. Caſus. Si † quæſtionem de iure
præſentandi papa delegat, appel
latione remota, delegatus pronũ-
ciare poteſt, ſed non inſtituere. quod ſi facere vellet,
is, ad quem ſpectat inſtitutio, licite appellaret. com-
munis diuiſio. ſecunda ibi, Hoc tuam [Subiungere] ad
alios articulos conſultationis deciſos, Pe. [Alterutrã]
2 i. alteram † iſtam, vel illam, ſic ſupra de reſcrip. cæte-
rum, Hoſtien. [Pertinere] dicit Hoſtien. quod ſi ſunt
3 viri eccleſiaſtici, inter † quos vertitur quæſtio, diffini-
ri debet intra ſex menſes. ſi ſunt laici, infra quatuor.
alias epiſcopus ordinabit eccleſiam, de iure patr. eam
te. & c. cum propter, & interim fructus eccleſiæ faciet
a cuſtodiri de offic. ordi. cum vos. Hoc intellige, [a] vt
4 ibi dixi [Ordinet] commune verbum eſt hoc, ſupra
b de elec. cum in cunctis, in fin. de conceſ. præben. [b] nul-
la. de ele. ex. propoſuit, in princ. de exceſ. præla. ad au-
res. Ponit Archidiaconus additionem, quam dicit
5 Innocent. continentem, quod ſi papa † mandat, quod
ſimpliciter rogat capitulum quod recipiant aliquem
in canonicum, ſola electio habetur pro confirmatio-
ne, cum faciant auctoritate papæ, argumen. infra de
præbend. pro illorum, niſi preces potius innuerent
conſilium, quam mandatum, argumen. ff. manda-
6 ti. l. prima, & 2. § fin. & pro † hoc videtur, quod ſi pa-
pa ſcribit patronis clericis, quod nulli præſentabunt,
ſed inſtituent, ſecus in laicis, argumen. de reſcrip. ab-
batem, de iure patro. cum autem. dicens, quod au-
ctoritate papæ funguntur non ſolum executores, pro-
uiſores, vel compulſores, ſed etiam hi, quibus de re-
7 cipiendo mandatur. de literis † facultatis hodie ex-
c peditum eſt, de reſcrip. cum aliquibus. [c] libro ſexto.
[Appellatione remota] ex hoc inſurgit ſecunda quæ-
ſtio. [Inſcio] non, vt ſequitur: ſed quid ſi delegatus
ei mandauerit, quod præſentatum admittat, & ipſe
noluerit obedire, putat Hoſtien. quod niſi oſtendat
rationabilem cauſam, delegatus id poterit exequi.
d infra eodem. prudentiam, [d] ad fin. ¶ Quid ſi præten-
dit cauſam, quam delegatus non reputat rationabi-
lem? appellet, ſi voluerit, vt ſequitur, & delegatus exe
quetur, & terminus appellationis declarabit, quis ex
eis rationabilius moueatur. C. de iudic. rem non no-
uam, in fin. infra de appell. vt debitus. Hoſtienſ. [Cle-
e ricum] ſup. inſtituere, [e] & cum anulo, vel libro, vt mo-
ris eſt inueſtire, & ſic inſtitutum, vel inueſtitum in poſ-
8 ſeſſione &c. Hanc † autem poſſeſſionem dare ſpectat
ad archidiaconum de offic. archidiac. vt noſtrum [In-
ſtitutio] auctorizabilis [eorum] ideſt eius, vel eorum
omnium, cum & omnes appellare poſſint, & vnus, di-
9 cit tamen Hoſtien. quod ſi de iure † communi grauetur
epiſcopus, archidiaconus, & archipresbyter non de iu-
re, poſſet tamen nomine epiſcopi, vel archidiaconi
reclamare. quaſi ipſorum vicarius, de offic. archid.
cap. 1. [Generare] & ſic ſoluta eſt prima quæſtio. Ho-
10 die † tamen auditor datus in curia ſine alia commiſ-
ſione prouidet parti de beneficio, quod prouidet par
ti de beneficio, quod pronunciat illi debitum, vt in
Clemen. de reſcript. auditor, quæ tamen in nullo cor-
f rigat iſtam, vt ibi [f] no. [Illi] ad quem inſtitutio ſpe-
ctat [Appellandum] & ſic ſoluta eſt ſecunda quæſtio.
nec ob. quod in reſcripto ſit clauſula appell. remota,
& ſic continua, quod ſequitur [Inter quas] illi enim
11 † appellare non poſſunt, niſi ex cauſa in iure expreſ-
ſa. de quo remittit Hoſtienſ. infra de appellat. paſto-
ralis, & capitul. vt debitus, & Abb. dicebat hic colli-
12 gi † effectum clauſulæ, ſcilicet quod per appellatio-
nem partium non differtur executio ſententiæ. hic
enim ordinatio eccleſiæ eſt quædam executio ſecun-
13 dum eum. Idem Pet. [Sublatum] & ſic in hoc † caſu
non eſt præſentatus examinandus, vel approbandus
per delegatum, ſed per ordinarium, de hoc ſupra
de electio. venerabilem. tamen ſi quid fuerit dubij,
decidet delegatus, quaſi non ſit functus officio ſuo,
donec eccleſia fuerit ordinata, de cleric. non reſid.
14 relatum. Quid ergo † ſi delegatus procedit ad or-
dinationem eccleſiæ, & ordinarius non appellatur.
Sol. ſecundum Innocent. Petr. & Hoſtienſ. ſi hoc ſci-
uit, ſibi imputet, quod non contradixit. ſuper quo
remittit ad no. de re iudic. cum ſuper, de reſcript. ex
15 parte decani. Tertia † gloſſ. ponit, quæ fuerit dubi-
tatio. ¶ Gloſſ. argument. quod, arguit, & duos ca-
ſus exprimit, à quibus id procedit. Antepenult. glo.
elicit duo argument. ¶ Vltima gloſſ. no. tria, & de
16 vltimo remittit. ¶ In † gloſſ. [antepen. ibi, Tres fra-
tres] vide de tranſact. cap. 1. ſuper gloſſ. 2. [& ibi, Cum
Aquiliana] vide de iur. iurand. veniens, ſuper 2. gloſſ.
17 ¶ In † gloſſ. 3. [ibi, ideſt pronunciet] ſimilis expoſitio
ſecundum Hoſtienſ. ff. de his, qui not. infam. l. furti. §.
mandati. ff. de admin. tut. l. 2. ff. de condi. inde. l. inde-
biti. § ſed & ſi. ff. de probat. circa. §. ſi quis autem. ad
hoc de temp. ord. ſi archiepiſcopus, & cap. ſeq. 63. di-
ſtinctio. ſi in plebibus. ſcripſit etiam hoc Innoc. quod
18 ſecundum † quoſdam delegatus decernet, per quem
ſit eccleſia ordinanda, vt ſcilicet epiſcopus, capitu-
lum, vel alius, ad quem ſpectat, eligat, & archidiaco-
nus inſtallet, de offic. archidia. vt noſtrum. Alij dicũt,
& hoc recitat Pe. quod plus habet iſte delegatus, quia
ſi poteſtas ordinãdi eccleſiam ſit deuoluta ad papam
per concilium Lateranen. de conceſſ. præben. cap. 2. ip
ſe delegatus ordinabit eccleſiam, & hodie hoc patet
in cle. de præben. ſi de beneficio. & ſunt hæc vera, vbi
papa cauſam committit diffiniendam inter partes:
quia tunc non intendit alicui facere gratiam, vel præ-
19 iudicium, vt hic dicit. ¶ Quid † ergo ſi de plenitu-
dine poteſtatis mandat alicui prouideri, vel ordi-

nationem

ſtationem alicuius eccleſiæ fieri? dicunt quidam, quod adhuc debet mandare illi, ad quem ſpectat, vt inſtallet, vel confirmet, vel conſimilia, quæ ad ipſum ſpectãt exequatur, argum. hic & ĩ. de priuil. paſtoralis. C. pro quibus cau. ſerui acci. præ. lib. ſe. 1. Si vero ille ſine cauſa hoc renuat, tunc hoc ipſe delegatus ſupplebit, argumen. ĩ. eod. c. prudentiam. §. pe. & fi. & ĩ. de offi. ordi. ad reprimendam. ſed Innocen. dicit, quod in hoc caſu ipſe delegatus ſtallũ aſſignabit, & omnia alia faciet, quæ facienda ſunt, ſiue ius reſpiciant, ſiue factum, argumen. ſup. de reſcript. abbatem. ĩ. de præben. pro il-
20 locum. Tu dicas † ſecundum Hoſtien. quod forma reſcripti in talibus eſt conſideranda, & ſecundum ipſam procedendum, vt patet in eo, quod legitur & not. infra de conceſ. præb. cum noſtris. vt tamen ſcias quod
21 † cum delegatus maior ſit ordinario in cauſa ſibi cõmiſſa, vt ſupra eodem ſane, quia nunquam factum ſuum per ordinarium poterit confirmari quo ad vires ſumendas. infra de maio. & obedien. cum inferior, niſi intelligas confirmari id eſt approbari. infra de off. legati, ſtuduiſti, nec confirmari, arg. ĩ. de iudi. quia. V. infra de vti. vbi de hoc in confir. vl. gloſ. niſi ob delictum ſuperueniẽs, vel aliam nouam cauſam. alioquin, ex quo auctoritate ſedis apoſtolicæ ſemel eſſet ordinatio, vel collatio facta vel ſententia lata, quilibet ſubditus epiſcopi quantum ad hunc articulum videretur exemptus, quod non eſt ſentiendum, argumen. in eo, quod legitur & not. infra de maio. & obed. per tuas. ergo breuiter ſi principaliter quæratur, vtrum iuſte, vel iniuſte proceſſerit delegatus, vel vtrum ab eo excommunicatus ſit abſoluendus, nihil ad ordinarium, infra de offi. ord. paſtoralis. §. præterea. & facit ad ea, quæ
g dixi de reſcri. c. vlt.g in glo. Si vero quæratur principaliter, vtrum iuſte, vel iniuſte poſſideat vel alius petens ius habeat, vel vtrum priuandus ſit propter delictum ſuperueniens, talia poteſt ordinarius & examinare, & diffinire. facit quod dixi de fil. presbyt. veniens, ſuper vlt. gloſ. ſed ſi occurrat caſus, in quo de coll. vel de ſententia delegati poſſit excipere, hanc quæſtionem non poterit iudex ordinarius diffinire, vt ex prædictis iuribus colligi poteſt, ſecundum Hoſt. & vide quod dicam ĩ. de re iudic. de cætero, ſuper 1. gloſ. ad fi. ¶ In gloſ. vlti. [ibi, admittendi] dicit Hoſtie. quod hic ſunt
22 bona † argumenta, quod quis in audientia curiæ admittatur ad contradicendum [& in fi.] hoc dicit, quia Vinc. in primo apparatu, & Tan. poſuerunt hic illam materiam, & Innocen. etiam hic aſſignat iura pro & contra, & iura ponentia ſpeciales caſus, quibus fallit regula.

ADDITIONES.

a Intellige. Quod intellige, quando eſt quæſtio inter præſentare debentes, de iure patrona. non inter præſentatos, vide ibi Io. And. in 1. gl. ſua.

b Præben. Vbi ſumitur pro conferre, facit de conceſſio. præbend. capitul. 1. §. electus, & in capitul. penult. de conceſſio. præbend.

c Aliquibus. Ibi vide Io. And. & ad materiam vide quod no. in capitu. eam te, de reſcrip. & vide gloſ. in c. hi qui, de præben. lib. 6.

d Prudentiam. Facit quod not. gloſ. ſuper gloſ. hic, & in capitu. conquerente, de reſtitu. ſpoliat. & ibi alias remiſſiones.

e Inſtituere. Hic probatur, quod ius inſtituendi poteſt ſpectare ad inferiorem epiſcopo, quod verũ in inſtitutione cõferente titulum: ſed de inſtitutione auctoritabili, per quã tribuitur poteſtas exercendi curam, eſt dubium, de quo in c. cum ſatis, de offic. archi. & in Cle. frequens. de exceſ. prælat. per Pau. de Eleaz. & Imo.

f Ibi. Ibi vide in gl. ſuper ver. Romana. ſed quod illa Cle. corrigat hoc c. vt illa habeat locum in caſu huius c. quando ſcilicet commiſſio fit extra curiam, ibi tenet Pau. & Gui. & alii cum gloſ. ibi, vide moder.

g Vlt. Ibi loquitur de puniendo delegato propter delictum hic de iudicando, vel corrigendo præmiſſa per ipſum.

SVMMARIVM.

1 Duobus ſi cauſa ſimpliciter eſt delegata, ſententia non tenet vnius.
Quid ſi alter eorum non ſit in rerum natura, nu. 5.
2 Matrimoniales cauſas committit ſolum epiſcopis ex conſuetudine ſua, curia.
De curiæ ſtylo quæ ſint, remiſſ. ibidem. ver. & de hoc Guil.
3 Metus vxoris a viro quando præſumatur.
4 Vxor virum petit etiam vi ſententia dimiſſa, & quando.
Sententia lata contra matrimonium non tranſit in rem iudi. ibid. ver. ſed dicit.
6 Epilogus, & Suffragium, gloſſarum. nu. 7.
In abſentia eorum, quorum præſentia deſideratur, ſi quid fiat, an ſemper nullum ſit, & nu. 8. §. 1. & num. 9. & 10.
Fiſci aduocato abſente lata ſententia non tenet, niſi ſit in priuata cauſa.
8 Additio, vel ſuppletio gloſſarum.
9 Contemptus quo caſu ſit cauſa irritationis actus.
10 Abſentia vnius iudicis quando non officiat, quin alij procedant caſus, remiſſ.

CAPVT XVI.

Cauſam matrimonij.

Caſus. Si cauſa
1 † ſimpliciter eſt delegata duobus, ſententia vnius non tenet. Communis diuiſio. ſecũda ibi, diſcretioni [Epiſcopis]
2 hic recitant Bonagui. & Gui. de † conſue. curiæ, quæ ſolum epiſcopis committit cauſas matrimoniales, & de hoc Guil. in Spec. de reſcript. præſen. §. ratione formæ. ver. nunc ad inſtructionem, in princip. & ab inde vſq; ad fi. §. inuenies multa alia, quæ ſunt de ſtylo curiæ. pro hac conſuetudine facit hæc decret. & de conuer. coniu. ex publico [contra eam] facit de reſti. in integr. ex literis, de proba. propoſuiſti, de teſti. ex tenore [Cõmiſſæ] quo ad poſſeſſorium, & petitorium, & prius finierunt poſſeſſorium, Pet. [Quibus] ſcilicet epiſcopis
3 [Confeſſa] dicit † Innoc. forte in abſentia iudicum. &
a idem forte, ſi in præſentia, a ſi tanta erat potentia viri quod mulier fortiter affligitur, ſi in præſentia iudicis id negaret. ſed quia cuiuſq; viri in vxorem, quæ ſibi ſubiecta eſt, videtur eſſe talis potentia, ex quo ſequeretur, quod nunquam confeſſio mulieris ſibi noceret. di
b cit ipſe, quod non præſumit metum, niſi metus vel verbera præceſſerint, ad quod alle. Hoſt. quod me. cau. c. 1. de reſtit. ſpo. litteras. §. 1. [Factum eſt] & male, & ſolum de facto, vt ſequitur [Ad iudicium] no. Innocent.
4 quod vxor † ad iniuſtum mandatum iudicis, vel ipſius
c ſententiam, quæ ſit nulla, dimiſſa virum petit, c etiam
d ſi non ſit violenter d eiecta. ſatis eſt enim, quod ſit temere dimiſſa, de reſtit. ſpo. ex tranſmiſſa, & c. ex conqueſtione: ſecus, ſi ſententia rite ſit lata, nec appellatione ſuſpenſa. appellatio enim reuocaret attentata in ſtatum priſtinum, de appellat. bone, ſecundum Inno-
e centium. e Sed dicit Hoſti. ſi quo ad opinionem ſit rite lata ſententia, non tamen quo ad veritatem, etiam ſine appellatione mulier auditur, cum talis ſententia non tranſeat in rem iudi. de re iudic. lator, cum ſi. [& inf.] quærebatur, quid iuris, ſi mulier conqueſta eſt, pa
5 pa dedit ei iudices [Duobus] quid † ſi alter non eſt in rerum natura, ſi committatur epiſcopo, & primicerio Bonon. cum eccleſia Bonon. nõ habeat primicerium? de hoc in Spe. tit. 1. §. reſtat, in princip. [committitur] ſimpliciter, vel ſine clauſula [vnius] non habentis ſubdelega-

delegationem collegæ ſupra eodem. quamuis[Benignè] hoc, quam primo illum male tractauerat, vt premittit Abb.[Cogatis] eccleſiaſtica cenſura, & dicit Hoſt. quod quidam illud in tex. canonico. de hoc ver. no. infra de teſti. ſpolia. et conqueſtione, in fin.¶ Secunda
6 † glo. ponit brocar. ad primam partem, alle. 9. iura. ad ſecundam 4. & ſoluit.¶ Vltima gloſſ. alle. concor. ſi-
7 gnat contrarium, & ſoluit.¶ In † gl. 2.[ibi, ſi vnus] deficit teſtamentum, ſi deficit vnus ex 7. teſtibus[& ibi, Cum hi] vide de bap. maiores, ſuper gloſſ. de con.[& ibi, Duo ex tribus] vide de teſti. præſentata, ſub glo. 2. [& ibi, vlt.] hæc l. dicit ſententiam in cauſa fiſci ferri debere ipſius aduocato præſente. & ſequens dicit, aliter tamen non tenere: ſed ſecus in aduocato priuati, vt in l. velamento.¶ In gloſſ. 1.[ibi, duo ex tribus]
8 vide ſupra gloſſ. proxi.¶ In † gloſſ. 1.[in fin.] de hoc in præalle. c. ſuper eo.¶ In gloſſ. 2.[ibi, Felix] iura ciuilia, ad hoc vide in Spe. de inſtru. edi. §. nunc vero, ſub ver.
f 49.[f] [& ibi, neceſſitatem] & tunc aut in fauorem † rei-
9 pu. vel ex forma mandati, & tūc irritum eſt, quod agitur, nec per contemptum ratificatur, vt hic & ſimilib. aut ob fauorem priuatum, & tunc niſi contemptus ratificauerit irritatur, vt in c. quod ſicut, Hoſtienſ.[& ibi, Non reijciat] vnde dicebat Hoſtien. quod nec eſt irritū nec irritatur.¶ In gl. pe.[ibi, dicetur de hoc] hoc dicit
10 quia Tan. & Vincen. dixerant hoc. & Innocent. qui † etiam tractauit quando vno abſente poſſint alij procedere, de quo infra eodem prudentiam, in gl. vlt.[ibi, alias ſemper] fallit hoc etiam in alijs caſibus not. vt lite non conte. c. 1. in 4. gl.

ADDITIONES.

a ¶ Præſentia Non eſt tamen veriſimile coram iudice fieri metū, ff. quod metus cauſa, non eſt veriſimile. & ideo id dicens probare debet, ibi vide.

b ¶ Metus Ad hoc, quod not. gl. & Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ, quarum re. ac. non da. & ibi vide, quod ſcripſi in ca. cum verum, de ſpon. vbi hoc limitat, Arch.

c ¶ Petit. Et quid e contra, vide ſcripta Raph. Comen. in conſilio ſuo 1. ſuorum conſiliorum.

d ¶ Violenter. Et quandocunq. virum petit, & ipſe denegat, illam ſpoliat, vide gl. 7. & ſuper illa Ioan. And. in c. litteras. de reſt. ſpo.

e Innocentium. Credo, quod Innocen. intelligat, ſi petit vt ſpoliata reſtitui. quod in petitorio agendo id poſſit petere, etiam poſt ſententiam, nullum eſt dubium per iura quæ infra allegat Hoſtien. & quando poſt ſententiam nullam poſſit peti reſtitutio, vt ſpoliatus, vide in c. conquerente, de reſtitu. ſpolia. & Ioan. And. in Specula de peti. & poſſ. in fi. & Bartol. in l. iuſte. ff. de acquir. poſſ.

f ¶ Ver. 49. Vide de hac materia iſtius gloſſ. per Bartol. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exerci. & ibi quid de pluribus ordinarijs, tutoribus, & alijs officialibus plenius in repe. & alias res commiſſa pluribus intellige, pro parte, non inſolidum, de procur. ſi duobus, lib. 6. & in reos, vide in l. reos §. cum in tabulis. ff. de duo. re.

SVMMARIVM.

1 *Recuſari poteſt delegatus, qui eſt dominus impetrantis, non qui eſt ambarum partium, nu. 2.*
2 *Suſpicio recuſati iudicis coram quo probanda.*
3 *Feudi dominus cognoſcit inter vaſallos, & ratio.*
4 *Epilogus. & Additio gloſſarum, nu. 5.*
Surrogatur interdum iudex etiam non ſuſpectus.
6 *Res dicitur eius eſſe, cuius eſt pro parte.*
In cauſa ſua poteſt eſſe quis arbitrator, ibid.
Recuſari qui poſſint, ibid. ad verb. perſonas.

CAPVT XVII.

Cauſam quę. Caſus. Pars huius §. de dolo & contum. cauſam, & inf. qui fi. ſint leg. cau-
1 ſam. 1. & 2. & hoc dicit. Delegatus † qui eſt dominus impetrantis, recuſari poteſt. 2. ibi, Verum & hoc dicunt Pet. & Abb. quod littera eſt corrupta, & debet di-
2 cere, R.[Suſpectum] ſi erant † dati cum clauſula, quod ſi omnes &c. tunc probanda erat ſuſpicio coram collegis: alias coram arbitris. infra eodem ſi contra vnum, libro ſexto[Prædicti] H. tantum. ſi enim eſſet dominus
3 vtriuſq; non poſſet ex ea cauſa recuſari, vnde † & dominus feudi cognoſcit inter duos vaſallos, de foro competente, ex tranſmiſſa, contra; infra de foro competen. cum contingat, Vincent. ibi ſoluitur.¶ † Se-
4 cunda gloſſ. ponit 6. cauſas recuſandi iudicem.¶ In † glo.
5 prima[in principio ibi, argumen. eſt hic] neſcio, quare gloſſ. vtatur argumen. cum hic ſit caſus, niſi dicas, quod iſta decret. non dicit iudicem recuſatum, ſed alium ſurrogatum, quod fit interdum etiam de nō ſuſpecto, vt no. de iudi. cauſam[& ibi, accuſatores] 3. & 4. quæſtione 4. contrarium[& ibi, Conſanguineus, vel hæres inſtitutus in totum, vel in partem. ff. de iudi. Iulianus
6 2. eius † enim dicitur eſſe res, cuius eſt pro parte. ff. de ritu nuptia. illud. licet autem non poſſit eſſe iudex in ſua cauſa, vel ſuæ rei, poteſt tamen eſſe arbitrator. ff. de oper. liber. l. libertus, Vincen.[& ibi, Perſonas] de his caſibus vide plenius in Specu. tit. 1. §. ſupereſt, vbi etiam tractatur. Quid de proprio doctore, de quo etiā dicam infra eod. cum R. vel proprio epiſcopo, vel fideiuſſore, vel fideiuſſoris fratre.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur ad delegatum non ad delegantem, ſi delegatus papæ committit cauſam non in totum ſubdelegato.*
Idem, quando ſibi reſeruauit executionem ſententiæ tantum delegatus.
Fallit hæc decretalis in caſibus, remiſſ. ibid.
2 *Delegatus ſi eſt vnicus poteſt etiam pluribus delegare.*
Si plures, pluribus, quam ipſi ſunt, ibid.
Vnus autem ex pluribus ſocijs non ſubdelegantibus, an pluribus delegare queat, ibid.
3 *Delegato habenti dignitates duas vnitas quid ſi duo ſuccedant mortuo?*
Delegatorum vno mortuo quid ſi dignitas eius collegæ conferatur? ibid.
4 *Epilogus, & Additio gloſſarum.*

CAP. XVIII.

1 Cum te. Caſus. Si delegatus † papę committit cauſam non in totum, de ſubdelegato appellabitur ad eum, nō ad papam. Et ſcias, quod idem eſt, quando reſeruauit ſibi executionem ſententiæ tantum: quia tunc ſi poſt ſententiam appelletur, ad eum appellabitur. infra eodem. ſi delegatus, in fin. libro ſexto. Fallit etiam decre. in caſibus, infra eodem, ſi is cui, & capitulo a ſubdelegato, libro ſexto[Committitur] appellatione remota, ſecundum Hoſtien. & Pe. de hoc infra eodem ſuper quæſtionum. §. porro[vel pluribus] patet hic quod
2 ſi † vnicus eſt delegatus, poteſt etiam pluribus cauſam ſubdelegare. Item ſi ſunt plures delegati, poſſunt etiam ſubdelegare pluribus, quam ipſi ſint. Si vero vnus ſolus ex pluribus ſocijs non ſubdelegantibus ſub-
a delegat[a] pluribus, videtur quod valet, argumentum hic. Item quia non reperitur prohibitum, ſecundum Innocent. imo videtur ſatis conceſſum, ſecundum Hoſtien. infra eodem. paſtoralis. 1. reſpon. & §. 1. & capitul. coram, & capitul. fin. dicit Innocent. quod alij dicunt, quod ſolum vni debet committere propter abſurditatem, quæ ſequeretur, ſi vellent contrarie, ad hoc ſupra eodem, quamuis. dicit Hoſt. quod propter 3
hanc rationem decet & expedit, quod vni ſoli commit-

tat, non tamen eſt neceſſarium; imo alia conſideratio-
ne, quæ habetur ỹ. eo. prudentiam, expedit pluribus
committi. contradictioni vero ipſorum eſt prouiſum,
de re iudi. c. fin. Sed certe quo ad hunc caſum illa decr.
non prouidet. quare in hoc caſu cum vnus ſolus ex plu-
ribus ſubdelegat, ſi eſſem princeps, ſtatuerem, ꝙ vni
ſoli ſubdelegare poſſet, vel pluribus tantum inſolidũ,
ita, ꝙ vnus ſolus admitteretur ad inſtar eius, quod di-
2 citur de elect. cap. pe. lib. 6. Quid † autem ſi delegato
habenti duas dignitates vnitas mortuo ſuccedãt duo.
Item quid ſi mortuo vno delegatorum dignitas eius
collegę confertur, cui prima tenenda. vide ſub regula,
rationi, de reg. iur. lib. 6. [Reſeruata] ſecus ergo, ſi totũ
commiſiſſet [Interpoſita] ad nos [non teneris] quaſi di
cat ad te, non ad nos debuit appellari, Goffr. ¶ Prima
a † gl. arguit, & remittit. ¶ In gloſ. 1. [ibi, Eccleſiaſticis]
quod dic vt ỹ. de reſcrip. ſtatutum. §. in vllo, lib. 6. Ho-
ſtien. remittit ſup. eo. ſi pro debilitate.

ADDITIO.

a Subdelegat. Vide vnum notabile dictum, quod ponit hic Pe. de
Anch. relatum per d. Fel. in c. nonnulli. in prin. de reſcr. in 1. col.

SVMMARIVM.

1 *Initiatur negocium per litis conteſtationem, & num. 5.*
Scientia non ponderatur hic, ſed mors, ibid.
2 *Suppletio ad decretalem ex altera decratali.*
Mandatum morte delegantis expirat, excipiũtur hic quidã, ibid. & num. 4.
Delegatus procedere non poteſt in cauſa, iuriſdictione finita per mortem delegantis, & hoc ſi excipiatur, ibid. ad verb. procedendum.
3 *Suffragium, & Additio gloſſarum, num. 4. & 5.*
Azo neſciebat canones, vnde confuſus in quadam cauſa, ſiue queſtione ſuccubuit, ignorans c. gratum, inf. eod.

CAP. XIX.

1 Relatum. Caſus. Per † lit. conteſta. initiatur
negocium, Abb. [Obitum] non
ponderamus ergo ſcientiam, ſed
mortem, de hoc ỹ. c. proxi. [In morte] alias ſine his, &
2 melius ſecundum Hoſt. [Ante lit. conteſt.] ſupra † vel
citationem, per cap. ſequens [Delegauerat] ſecus in le-
gatis: quia ordinarij ſunt, & inquiſitoribus hæreticæ
prauitatis, & in executoribus gratiarum. hæc proban-
tur infra libro 6. de officio leg. cap. 2. de hære. ne ali-
qui, & infra eo. ſi ſuper gratia. de auditoribus curiæ,
vide quod not. in cle. de reſcrip. auditor. in 1. gl. [Pro-
cedendum] ſi de hoc excipiatur ſm Goff. de hoc infra
3 de teſti. cum veniſſet. ¶ In † 1. glo. ibi, omnẽ] hanc, &
ſe. l. & quia, vide de verbor. ſignific. ex parte. 2. ſuper
vlt. gloſ. [& ibi, litigioſa] vide de confir. vti. vel inuti.
4 cap. 1. in princ. 1. gl. ¶ In † gloſ. 1. [ibi, mandator] &
dicunt quidam legiſtæ, quod in delegato a principe
morte principis non expirat mandatum, etiam re inte
gra, colligentes hoc ex l. ff. de iuriſd. om. iudi. & quia,
exponentes, quod ibi dicitur principaliter, id eſt a prin
cipe, Goffred. Accur. ibi contra [& ibi, Sed canones] &
5 hanc † etiam opin. tenebat Mar. ex quibus ll. not. in
prææalleg. l. & quia, in gl. pe. fertur quod Azo, qui tene-
bat primam opi. inſtructus per quendam canoniſtam
in iudicio induxit cum Boa. hanc decr. contra quem
cum fuiſſet inducta hæc decret. ſequens, fuit confuſus.
vnde fertur eum dixiſſe, gratum, & relatum, ſi nam
vituperatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio perpetuata eſt, ſi delegatus citauit ante mortem delegantis, an idem, ſi poſt mortem, & quo caſu, num. 6. 7. 8. & 9.*
Appellationi renunciare quibus modis quis dicatur, ibid. & num. 3.
Diuiſio cap. ibid.
2 *Citationes olim quomodo fiebant, & poſtea quomodo.*
4 *Hæc decretalis poſterior corrigit præcedentem.*
Impetrans reſcriptum prælatus ſi mortuus ſit quibus caſibus ſucceſſor, vel hæres eius proſequi poterit, ibid.
Reſcriptum quando habeat locum mortuo impetrante, vel eo, contra quem fuit impetratum, ibid.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. num. 6. 7.*
Mors mandantis an impediat proceſſum, & num. 7. 8. & 9.
8 *Mandatũ procuratoris eſt bonæ fidei, & expirat domini morte, num. 9. non actio.*
Iuriſdictio delegati ſtricti iuris, ibid.
9 *Procurator habet actionem etiam finito mandato, ſi quid fecit ignorans, & expenſas, ac quod ſua intereſt, petere poterit.*

CAPVT XX.

a
1 Gratum. a Caſus. Si † delegatus citauit ante
mortem delegantis, perpetuata eſt
eius iuriſdictio. ſecundo dicitur hic,
quod appellationi renunciat, qui coram iudice, a quo
appellauit, litem proſequitur. Communis diuiſio. ſecũ
da ibi, nos autem. & quælibet ſubdiuiditur, prima pri-
mæ, ibi, & vtrum. ſecunda ſecundæ ibi, in ſecũdo [Edi-
2 cto] olim † citationes fiebant per edicta deſcripta [b] in
b albo prætoris, vel alio eminenti loco. hodie fiunt per
poſita mentionem fieri, & ſuper ipſa literas concede-
re. Nam poſtquam fuerint iudici præſentatæ, etiam
ſi notorium ſit appellationem non tenere, iudex ta-
men, a quo eſt appellatum, non procedet. ſupra de te
ſtamen. 2. §. fin. infra de reſtitut. ſpol. audita, in fin. ſe-
g cundum Innocent. cuius eſt tota iſta gloſ.[g] verun-
tamen ſecundum Hoſtienſ. quod ad effectum ſemper
requiritur, quod ex certa ſcientia committatur, alio-
quin opponi poterit de veritate ſuppreſſa, & falſi-
tate ſuggeſta. ſupra de reſcript. ſuper litteris. ad hoc
autem, quod ſupra obiectum eſt, quod papa videtur
contrarius ſibiipſi, reſpon. non eſt verum, quia bene
poſſet iniuſtam appellationem ex certa ſcientia com
12 mittere. vnde non † ſequitur, ex certa ſcientia com-
mittit, ergo iuſte appellatum eſt. ſed nec ſequitur,
iuſte appellatum eſt, ergo non debet amplius de
meritis appellationis inquiri. nam bene poſſet eſſe iu
ſte appellatum propter acta prioris iudicii, & tamen
in principali cõdemnaretur appellans, vt patet in eo,
quod legitur & not. infra de fide inſtrumen. cum Io.
13 de hæ. §. fin. ſecundum Hoſt. Sufficit † igitur, quod
h papa ex certa ſcientia[h] appellationem recipiat, &
alij finaliter diſcutiendum committat, quod in ipſo
ſpeciale eſt. Patriarcha enim aut alius iudex ordi-
narius hoc facere non poteſt. imo oportet quod ante-
quam de principali cognoſceret, & ipſum commit-
teret prius cã cognita & præſentib. partibus, quod iu-
ſte appellatum ſit, diffiniret, & hoc ante ſententiam,
& poſt in dubiis, ſed nec poſt ſententiam in notoriis
poteſt executionem inhibere, niſi cognoſcere o-
perit, vtrum appellatio ſit recipienda, vt patet in
eo, quod legitur & not. de appellat. Romana. §. cum
autem, & §. ſi vero, & §. quod ſi obiiciatur, &
§. ſin autem poſt ſententiam. per quæ patet ſecundum
Innocent. qui plura alia hic not. per prædictos §.
ſatis expedita, quod eædem obiectiones, & reſpon-
ſiones poſſent fieri, non tantum vbi a diffinitiua ſenten-
14 tia, ſed & vbi a grauamine appellatur. Illud † tamen
notandum ſecundum Innocen. quod illa cognitio v-
trum, ſcilicet appellatio ſit recipienda, vel non, præ-
cedit illam, qua quæritur, vtrum iuſta, vel iniuſta ſit
appellatio.

appellatio. & hæc prima cognitio poteſt fieri etiam
parte abſente. ff. de admi. tu. chirographus. §. fin. ff. de
appella. reci. ſi cuius. ff. nil nou. app. pen. l. vnica. Idem
X[k] Hoſtienſ. [Ex certa ſcientia] quia † ſcit iudicem prin
15 cipalis cauſæ fuiſſe datum cum clauſula, app. remota,
Io. & hæc lect. placet, & ſecundum eam ſummaui, ſed
Hoſtienſ. dicit certam ſcientiam, quando in litera nil
tacetur, quod illam reddat ſurreptitiam. Fatetur au-
tem, quod ſi contra iudicem, qui executus eſt, impetra
retur, vt puniretur de appellat. in primo reſcripto re-
mota facienda fuiſſet mentio, ſecundum Iaco. [Com-
mittimus] ſpeciale eſt in Papa ſecundum Innocen. Ho
ſtien. & Pe. & Abb. & dixi in mag. gloſſ. & ſic non ob.
de appellat. Romana. §. quod ſi, libro ſexto, & vide
quod ibi dicam ſuper verbo, archiepiſcopus [Reuoca-
16 re] ideſt † ſuſpendere, vt ſequitur. ¶ Quærit Egi. dele-
gatus citauit reum, qui fuit contumax, tandem venit,
& coram delegato cautionem præſtitit de ſtando iu-
ri, demum antequam condemnaretur alteri parti in
expenſis, præſentauit aliud reſcriptum expreſſe reuo-
cans primum; quæritur, an poſſit illum nihilominus
condemnare? & videtur quod non, quia ex certa ſcien
tia reuocata eſt iuriſdictio, vt hic, ipſe tenet contra-
rium, cum alias puniat contumaciam, qui non eſt iu-
l dex, de appell. ſi duobus, de reſcript.[l] capit. vltim. [Vt
interim] mitigat verbum præcedens, Goffr. [Quia ve-
ro] quarta pars [Ipſam] ſententiam [An ſit ei] ſcilicet
17 delegato, & tunc dic † ſubſiſtendum ideſt reſiſtendũ.
vel ei ſcilicet executioni; & tunc dic ſubſiſtendum id-
18 eſt ſuperſedendum [Cognitio] non impedit † infor-
mationem. ſupra de reſcript. cum contingat. & dic co-
gnitio, an ſententia ſit iuſta, vel non [Ordinarius] cu-
iuſcunque ſit gradus [Delegato] qui gerit vicem pa-
pæ. ſupra eodem. ſane. 2. [Et ſi] pro quamuis [Senten-
tiam] latam in ciuili, & hoc eſt planum. Sed quid ſi
criminaliter accuſatus ſit iniuſte damnatus, & man-
datur alicui, quod illam ſententiam exequatur, & exe-
cutor bene ſcit, quod eſt damnatus iniuſte, nunquid
teneatur ſententiam exequi. Aliqui dicunt, quod ſic.
pro quibus facit 23. quæſtio. 1. quid culpatur. ff. ad l. A-
quil. liber homo, 2. Innocent. dicit, quod non conſule-
ret in perſonam condemnati tunc executionem fie-
m ri. ad hoc 23. quæſtio. 5. cum miniſter, [m] & ca. præce.
& ſe. [Apud eum] ſcilicet delegatum [Poſſit] ordina-
19 rius [Efficere] quaſi efficaciter † obtinere, vel facere,
putat Egi. quod ſi hoc nullo modo poſſit, locus eſt ap-
pellationi: alias, ſupra eodem. ſuper eo. quod non
credo ſimpliciter, ſed procederet hoc ſecundum Ho-
ſtienſ. & Petr. quando nullo modo deponere poſſet
conſcientiam, vt dicam ſuper gloſſ. [onere] executio-
nis [Abſoluat] vel niſi fuerit appellatum. infra de ap-
pell. dilectis, Pet. quod non haberet locum in delega-
to cum clauſula, app. remota. ſupra §. prox. Abb. [Cum
autem] 5. pars [Earum] ſcilicet partium [procurante]
ſup. ad hoc [prorogetur] & forte vt per hoc expiret mã
datum commiſſum expediendum infra certum diem.
ſupra eodem. de cauſis [Obuiare] de reſcript. plerun-
20 que [Conſtiterit] per † aliquas probabiles coniectu-
ras, quia forſan in talibus de facili teſtes non poſſent
haberi. ff. de re milit. omnes. §. a barbaris, de hoc de
eden. pere. cap. dicit ergo, quod ex perſpicuis indicijs
poterit hic probari malitia. C. de dolo, dolum [Pro-
21 curatum] procurata † ergo vocatio non excuſat; & fa-
cit quod dicam de ſta. reg. cum ad mona. ver. porro,
in princip. [Reportet] maxime. nam etiam, ſi fraus non
interuenerit, poterit committere: non tamen tunc pro-
22 cedet app. remota, Hoſtien. [Ad diem] ideſt † cogni-
tionem, quæ imminet ea die fienda, quæ continget de
legatum ſic eſſe abſentem [quæ] perſona, ſcilicet ſub de
legata [niſi forte] reſpicit, quod dixit de commiſſione
23 [Partes] prima pars † in cuius odium procurata fuit ab
ſtinentia delegati. concor. infra de appel. accepta. ſed
Hoſtien. dicit, quod ſi iuriſdictio delegati expirabat in
termino, & pars, cui attribuitur procuratio abſtinen-
tiæ priuata eſt terminum prorogare, ſuſpicionem eui-
tat, nec delegatus ſubdelegare tunc poterit ap. remo-
24 ta. ¶ Tertia † gloſſ. reſpon. per quæſtionem, an non im
peditus ſubdeleget, arguit negatiue, ſoluit contra-
rium. ſecundo quærit, arguit pro & contra, & ſoluit.
¶ Gloſſ. [ſed pone] quærit, duas opin. ponit, & ſecun-
dam approbat. ¶ Gloſſ. [ad intelligentiam] diſtinguit
merum executorem, & mixtum, dicens quid ſit vter-
que. & an coram eis excipiatur, vel ab eis appelletur. &
in mero ſubdiſtinguit inter ſentẽtiam iniuſtam, & nul-
lam. finis reſpondet per obiectionẽ de iniuſto præce-
pto, cui non eſt parendum. ¶ Glo. [argumen. contra]
arguit contra Hug. ¶ Gloſſ. [vt 18.] obijcit, & ſoluit.
¶ Antepenult. gloſſ. reſpondet per quæſtionem, quam
quadrupliciter ſoluit. ¶ Vlti. gloſſ. obiicit, & duplici-
25 ter ſoluit. ¶ In † 3. gloſſ. (ibi l. 2.) tunc demum in lo-
cum pedanei alius ſurrogatur, cum in aliud iudicium
transfertur, vel pro publica vtilitate abeſt, vel moritur
(& ibi. l. vlt.) magiſtratus quandoque viatorem dele-
gant, quod non eſt faciendum, niſi re vrgente (& ibi,
De vaca. mu. l. 1.) ſi pro libito ſe poſſent aliqui excuſa-
re non eſſent, qui neceſſaria munera reipublicæ ſub-
irent (& ibi, Prætor) qui non habet excuſationem e-
tiam inuitus cogitur iudicare [& ibi, Dicat] etiam ex-
cipiendo, vt in §. ¶ In 4. glo. [ibi. l. vna. circa finem] de
legatus principis ſubdelegat nullo perſonarum cauſa-
rum habito tractatu [& ibi, Iudicandi neceſſitas] ſe-
quitur, inter perſonalia munera habetur [& ibi. l. vlti.]
extra territorium & c. [ibi. l. 1.] præſes dat tutorem,
prouincialem tamen, vel ibi domicilium habentem
[& ibi. l. 3.] magiſtratus municipales dant tutores, &
tamen de municipio. ¶ In gloſſ. 5. [ibi. §. iudicandi]
vide hanc & ſequentem. ſupra gloſ. proxim. ¶ In glo.
[ſed pone, ibi, ſi quis litigantium] iudex appel. confir-
mat ſententiam, ſi lata eſt, & iudicatum exequitur [&
ibi. §. ſi iudex] Iudex appel. qui inuenit ſacramentum
in principali rite recuſatum, emendat ſententiam iu-
dicis, quæ quaſi ex recuſato iuramento proceſſit. ¶ In
gloſ. ad intelligentiam, circa fin. ibi. l. vlt.] qui licitam
prouocationem omiſit, ſileat: nec per ſupplicationem
tentet auxilium, quod ſi fecerit, deſiderio ſuo carebit
& punietur [& ibi, Si ob turpem] vide quod me. cau-
ſa, ad audientiam, In gloſ. 4. [& ibi, Emptor fundo]
hanc & ſe. habes in cap. ſi venditori. proxi. all. [& ibi,
In princip.] iudex, qui per imprudentiam fecit li-
tem ſuam, ex quaſi maleficio tenetur, & pœnam ſu-
ſtinebit, de qua iudicantis religioni videbitur. ¶ In
gloſſ. 18. [ibi, contra pupillum. §. 1.] vide de appell. ſi
duobus, ſuper 3. glo. [& ibi, Duorum libertus] vide de
priuil. ex ore, ſuper vlt. gloſſ. ¶ In gloſ. (antepenult. ibi
l. 2.) iudices mulctant executores delinquentes, ſi ſunt
illuſtres in ſex, alii in tres aureos. ¶ In Vlt. gloſſ. (ibi. l.
1.) vide ſupra cap. prox. in 7. gloſſ. ¶ In gloſſ. 3. (ibi,
26 quod non eſt verum) Hoſtien. † remittit ad ſum. eodẽ
titul. §. quod ſit eius officium ver. ſpectat ad officium
(& ibi, Credendum) vt patet per ſuperiora, de hoc nõ
eſt curandũ, ſed ſolũ de hoc, an faciat malitioſe, vel nõ
27 (& ibi, Dubia enim) quaſi † ſecus, ſi notoria eſſet mali-
tia, ſecundum Vincen. qui etiam dixit in dubio recur-
ri poſſe ad arbitros (& in fine gloſſ.) Tan. Idem Vincẽ.
Goffr. Phi. Innocen. & Hoſtien. ¶ In gloſſ. 4. (ibi, iudi-
cium) quod intelligitur ſecundum Hoſtie. quando per
cipit ſalarium de publico, vel cum tot eſt obligatus,
quod ſi reciperet ſubdelegationem, oporteret eum fi-
dem

dem frangere.infra de iureiuran.veniens, argum.in-
ſtit.de excuſa.tu.§.item tria onera, Hoſtien.[& ibi, A
principe]dic vt infra de reſcrip.ſtatutum.§.in nullo,
libro ſexto[& ibi, Suſcipiat] peccat tamen interdum,
qui non ſuſcipit, vt argumen.Ioan.11.quæſtio.1. ſicut
enim[Et in fine]ad idem.infra de teſta. Ioannes, in
gloſſ.5.[ibi, Animaduerſionem] ſed hic temperatur
hæc ſignificatio per verbum, aliquem, quod ſequitur,
Hoſtien.¶ In gloſſ.[argumen.in fine]vide iura pro &
contra.ff.de vſuris.ſcit fundum,in princip. ¶ In gloſ.
[certam ſcientiam.ibi,propoſita]vel quando aduerſa
rio contradicente facta eſt commiſſio, ſecundum Ioa.
& Vincen.¶ In gloſſ [ſed pone,ibi, ſententiam]con-
demnatoriam[& ibi,quidam]l.Lauren. quod placet
G.[& ibi,dicit Tan.]Ioan.Vincen.& Phili.& Dama.
hoc titu.quæſtio.19.[& ibi,ſicut videmus]illud,quod
ſequitur, potius concludit contrarium eius, ad quod
28 inducitur:quia † ſic procedunt, vbi pronunciant legi
timam appel.& vbi illegitimam, remittunt ergo, ſi cō
firmant ſententiam, & ſic pronunciant appellatio-
nem iniuſtam, remittere debent executionem[& ibi,
Effectum ſententiæ]de hoc in Spe.de ſent.executio.§.
2.ver.ſed pone quod iudex.vide quod ibi dixi[& in fi-
ne]Hoſtien.de hoc not.in ſum.de appell.§.quis ſit e-
ius effectus,ſub §.ſed qualiter,ver.ſed quis mandabit
& ſe.dicit tamen hoc, quod primi iudices illam exe-
quuntur, quando non informatur,nec corrigitur,ſed
omnino ſicut lata eſt ſupra confirmatur, vt hic.vbi ve-
ro caſſatur,planum eſt quod nec primi,nec ſecundi e-
xequuntur. Sed vbi aliquid additur poſt diem ſecun-
dum Innocen.& ipſum,quod ipſam exequentur poſte
riores iudices, & non primi, qui nec de hoc cognoue-
runt, & hæc omnia contingere poſſunt.ſ.quod caſſe-
tur, vel confirmetur in totum, vel in partem, & quod
corrigatur,vel aliquid addatur,de teſta. Rainucius,
& cap.Rain.de reſtitutio.in integrum.ex litteris.ff.ad
Treb.ſi quis primo.de his q no.infa.l.furti.C. de epiſ.
au.authen.ſi quis litigantium, in authen.de ſan.epi.§.
ſi quis contra aliquem,collat.9. dicit tamen Hoſtien.
n quod non reputat [n] abſurdum, ſi etiam iudex appell.
qui aliquid addit ſententiæ, remittat illam exequen-
dam ad priorem iudicem, dummodo vterque ſit or-
dinarius. delegato enim nulla iuriſdictio remanet,
ex quo apparet bene appellatum, præcipue quando da
tus eſt ſecundus, vt hic.¶ In gloſſ. [ad intelligentiã,
in princip.]materiam huius gloſſ.tractat Innocen. in-
fra de re iudica.de cætero,& infra eod.cum in iure, vt
ibi dicam poſt gloſſ. Sed Hoſtien.infra de re iudica.
quod ad conſultationem,dicens ſe materiam executo
rum poſtquam fecerat apparatum, plenius de iure &
29 de facto examinaſſe.ſic ibi diſtinguit, quod † alius
eſt iudex, & alius executor;ſed executor alius miſſus:
alius conſeruatorius; alius poteſt dici referendarius
ſcilicet ad aliquem articulum audiendum, vel expe-
diendum ſine alicuius iuriſdictionis commiſſione da-
tus.alius nunciator, ſiue executor ſimplex, & nudus.
alius executor ſententiæ latæ merus & purus. Et de
30 his † quærit,an legitimas exceptiones [o] coram ſe pro-
o poſitas teneantur admittere: & ſi non admittant, v-
trum propter hoc ab eis appellari poſsit. Dicit autem,
quod ſi ſit iudex, debet illas admittere, & ſuper illis
interloqui,& ſi non admiſerit, appellari poteſt; & hoc
eſt planum.alleg.de app.cum cauſam,dilecto,& ſimi.
Idem per omnia.ſi ſit miſſus,executor, quantumcun-
que ſibi præciſe ſcribitur,de officio deleg.et.ex parte.
2.& ſic intelligatur lex cano.& ſi non cognitio. Si ve-
ro ſit conſeruatorius & ſciat, vel credat notorium ex
ceſſum, nullam exceptionem admittit, niſi forſan ex-
communicationis,argumen.11.quæſt.3. cum excom-
municato.& cap.de except.pia,ad fin.libro ſexto. vel
niſi dicat ſeq.delinquens,quod hoc iuſte fecit, defen-
dendo ſe & ſua in caſu licito,& ſibi a iure conceſſo,vel
a priuilegio. Nam,ex quo coram tali aliquid proponi
tur quod expediri non poteſt ſine contentioſa iuris in
dagine,omnino debet abſtinere, & admittere quam-
libet legitimam exceptionem, alias iuſte appellatur
ab ipſo,de quo remittit ſ.eodem.li.6.Si vero referen
darius procedat in articulo ſibi commiſſo,& ſi qua op
ponuntur,audiat:non tamen loquatur: ſed dubia re-
ferat.alias, ſi opponuntur talia, quæ proceſſum impe-
diant,articuli ſibi commiſſi, poſſet appellari,ſi proce-
deret.& hoc ideo, quia modum excederet. Item ta-
lis propter ſuſpicionem recuſari poteſt,niſi datus fue
rit de conſenſu partium. ſupra capitul.proxim.§.1.&
§.verum. Vbi vero ſimplex eſt & nudus, puta ad ali-
quem citandum, vel pignorandum, vel ſuſpenden-
dum,miſſus talis nec exceptionem admittit, nec ali-
quid oppoſitum examinat, & eſt quaſi pica. & ſic in-
telligitur ſupra §.1.ff.de re.eorum, qui ſub tu. vel cu.
l.magis puto.§.ne tamen titulotenus,inſtit.de ſuſpec.
tu.§.ſi quis tutor.ff.de offic.præ.vr.leg.1.§.penult.51.
diſtin.aliquantos.23.quæſtio.5.miles.& ca. præce. &
ſe.& talibus omnino parendum eſt, non contumaci-
ter reſiſtendum, vt ibi. quod intelligit, quando con-
ſtat de ipſorum mandato, & ab illo, qui dare potuit:
alias poſſet ei reſiſti.C.de iure fiſci, prohibitum,libro
12.Si vero ſit merus & purus executor ſententiæ latæ,
talis non poteſt recuſari,& remittit in hoc infra de ap
pell.nouit,& a tali executore non appellatur,quod dic
vt not.& dixi in præalleg.decret. quod ad conſulta-
tionem.dat etiam ibi conſilium. quod hic etiam de-
derat.& infra ſtatim ſubiungam.Petr.autem & Abb.
formabant hic quandam diſtinctionem.quod aut ſen
tentia eſt iniuſta,aut nulla,aut annullãda, quam vide
ad litteram in Specu.de ſen.execu.§.2.ver.vt autem,
& videas infra eodem cum in iure[& ibi, Præſenti-
31 bus]vel a tera † contum aciter abſente: ſeruato ta-
men in omnibus iudiciario ordine, ſecundum Ho-
ſtienſ.[& ibi,Falſa Inſtrumenta]de hoc vide in Spe-
p cul.de ſentent.execu.P in fine[& ibi, Cauſa moran-
32 dæ]vnde † dicit Hoſtien.hic,et in decre.quod ad con
ſultationem, quod executor nec aſſumit partes iudi-
cis,nec omnino repellet opponentem, ſed ſummarie
audit & examinat,argum.ff.de re iudic.a diuo Pio.§.
ſi rerum,ff.de libe.agno.ſi quis a liberis.§.ſi vel pa-
rens, de appellat.conſtitutus.ff.de ſe.leg.2.& 3.& ſi
videtur ſibi,quod calumnioſe & dilationis cauſa hoc
opponitur,debet exequi, vt in præalleg.l.2.argument.
infra §.proxim.de præſump.nullus, de reſtit. in integ.
ſuſcitata. Si vero ſibi videtur id bona fide proponi,
remittat ad ſuperiorem, vt dicit gloſſ.ad hoc concor.
quod no.Guil.in Specul.ver. ſupra proxim. alleg. Ex-
ceptiones autem, quæ poſſunt obiici in hoc caſu, nota
Hoſtien.in ſumma, eodem titul.§. quæ delegari, ver.
ab his autem, & ver.ſe.& vide in Specul.de ſentent.
execu.§. vltim. in princip.[& ibi.§. Marcellus]alias
eſt lex & incipit, ſi per dolum[& ibi, rem ſuam]vel
mandat ſententiam confirmari vocatis partibus, vel
ſi iuſte & rationabiliter lata eſt[& ibi, Et ſi non co-
gnitio]vbi plene de hoc[& ibi,Ad conſultationem;
33 in fine]& qualiter † modum excedat, ibi not.[& ibi,
Iniuſtum]de hoc ſupra de tempo.ordinan.ad aures
[& ibi, Mandatum] ſic etiam ſoluitur obiectio, quæ
fit, quomodo ius canonicum, quod habet ortum a
Spiritu ſancto.50.diſtinctio.ſi ille, & capitul.ſi quis
q diaconus, q vult parere iniquæ ſententiæ, ſecundum
Laurent. Tan.& Goffred.¶ In gloſſ.[argument.con-
34 tra,ibi, Deponat]quærit Hoſtien.quid ſi non † poteſt

deponere

r deponere. certe tunc contra conſcientiam r quamuis
erroneam venire debet, nec tenetur contra conſcien-
tiam, quam non poteſt deponere, alicui obedire; de
hoc in præalleg. decre. ad aures. vnde gloria noſtra te-
ſtimonium conſcientiæ noſtræ, de ſacra vnctione. cap.
vno, poſt princip. Dicit ergo, quod ſi poteſt delegare,
deleget, quod ſi nõ poteſt, vt quia eſt merus executor,
nec apud delegantem poteſt miſericordiam inuenire,
conſulit ei, quod appellet, iuxta no. ſupr. eo. ſi quando.
nec obſtat ſm eum, quod hic dicitur: quia fatetur, qđ
executor parere debet mandato, ſuam conſcientiam
ipſi mandato, huic iuri, & ſimilibus conformando, de
ſen. excom. inquiſitioni. & dic. t ipſe Hoſt. quod ſic fa-
ceret, & ſe conformaret, niſi euidẽter & ſine aliqua hæ
ſitatione conſtaret ſentẽtiam eſſe nullam, ad hoc inf.
cap. proxi. ſed ſi ſatis ſit, qui non poſſit illam depone-
re, quod contra conſcientiam veniat, non eſt ſentien-
dum, nec ſcribendum, ſm eum, allegat de præſcrip. c.
fin. cum concor. [& ibi, Iudicet] vbi de hoc, & inf. de of
ficio ord. ca. 1. vide quod dixi in Specu. de diſpu. & al-
leg. §. vlt. ante fin. ver. licet autem [& ibi, Contra con-
35 ſcientiam] ſupr. & contra † iuſtitiam [Et in fine] de re
iudic. libr. ſexto. ¶ In gl. vt 18. [ibi, Vices ſuas] de hoc
inf. eod. coram [& ibi, Tenetur] hoc inf. de appell. cum
parati, in glo. 2. & ibi, ſatis dixi. ¶ In gl. [forte, ibi, Ad
intereſſe] ſ. quanti intereſt aduerſarii iudicem veniſſe,
ff. de eo, per quem factum eſt. l. vlt. ſm Ioan. & Goffr. &
ne quis eum, qui in ius vocauerit, l. ſi per alium dicit,
36 † tamen Inno. quod illis edictis non tenetur, quæ pro-
curat iudicis abſentiam: ſed quę vi eximit partem, vel
cuius dolo factum eſt, ne pars ſiſtat [& ibi, Mulctam]
de hoc dixi ſupr. eod. de cauſis. ¶ In gl. vlt. [in fi. & ſic
37 habes duos † caſus ex gloſ. quibus procedit delegatus
appellatione remota: & videtur idem, quando com-
mittitur cauſa appellationis, ſi in primo reſcripto erat
clauſula appellatione remota, de iudi. exhibita, in fin.
dicit Hoſt. Idem, quando in eluſionem mandati apo-
ſ ſtolici res in alium transfertur, de ali. iud. mu. c. 1. ſ ad
finem. Eſt quartus ſm Hoſti. quando vtraque pars ap-
pellationi renũciat, & iſte caſus fortior eſt aliis. Nam
in aliis appellatur caſibus expreſſis in iure: & in aliis;
licet iudex non cogatur deferre, quod dic vt de appel
latio. paſtoralis. In hoc tamen caſu nullatenus appella
bit. legum enim auſteritatem pactis litigantium volu
mus mitigari. C. de tempo. appellatio. l. fin. in fi. argu.
ff. de feri. l. 1. primo reſponſo.

ADDITIONES.

a ¶ Capitulo proxi. Ibi vide in gloſſ. ſi ergo, & ſuper illa. Io. An. & ibi remiſſiones, & an is, cui citatio committitur, poſſit petere ſibi fidem fieri de delegatione, vide Io. And. infra eodem cum in iure, in gl. ac ſi dicat.

b ¶ Dilectus. Ibi vide Io An. in ſua glo fi. & vide quia huic §. obſtat. §. quod ſi, in c. Romana, de appell. lib. 6. ſed reſponde. & intellige hunc §. in illũ prout ibi not. Ioan. And. ſuper verſicu. archi-p ſcopus, & videbis etiam, infra in gloſſ. mirabilis.

c ¶ Dubium. Vide Pau. de Caſtr. d. Ale. & Mode. in l. 1. ff. ſi quis cautio.

d ¶ Puniuntur. Pendente appellatione, maxime a diffinitiua, nil innouari debet per iudicem, a quo, niſi illud faciat, quod in prima inſtantia fieri debuit, vide tex. no. ff. vt le. no. ca. l. poſtquam. §. imperator.

e ¶ Cognoſcere. Vide cardi. Floren. pulchre in conſi. 32. & vide Paul. de Caſtr. egregie in conſilio ſuo 23. & 39 vbi etiam conſuluit, quod ſtante ſtatuto, vel decreto, prout eſt in vniuerſo Ducali dominio, quod facta fide de appellatione emptor ſit merus executor in committendo, quod etiam ſi ſit iniuſta appellatio, quod prætor non poterit cognoſcere, quod bene nota.

f ¶ Vt ſupra in gloſſ. & ſic idem not. Ioan. Andr. infra de appell. paſtoralis, in gloſſ. 1. & in gloſſ. non tamen, in princip. & vide in c. vt debitus, ſuper gloſſ. a.

g Iſta gloſſ. Et vide Ioan. Andr. in ca. vt noſtram, in glo. ſua mag. infra de appell. & aduerte, quia omnia iſta, quæ premiſſa ſunt, docent, an iudex, qui tulit ſententiam, debeat differre ipſius executionem antę inhibitionem, vel receptionem appellationis. ſed quid in mero executore, qui omnino tenetur parere, an ſi opponatur coram illo de appellatione, habeant in ipſo locum prædicta, vide Ioan. And. infra eodem, cum in iure, poſt gloſſ. ver. non obſtat.

h Ex certa ſcientia. Vide omnino ea, quæ ſcribit dominus Ale. in conſilio 76. in 2. col. in 2. vol.

i Inno. Vide circa iſtud notabile dictum Inno. melius quam alibi per reuerendum d. Cardi. Flo. in conſi. ſuo 32. incipiente in deciſione, & elucidatione, in 2. column. in verſicul. quod autem iudex.

K Idem. Glo. in l. 1. C. quo. app. non re. dixit, quod plene debet conſtare, & cognoſci, an appellatio ſit recipien. vel non. hic Io. An. contra, & idem Bart. in l ſcien. ff. de app. reci. & intelligunt contrarij illam gloſſ. quo ad probationes, quæ plenę debent eſſe. iſtud dictum Ioan. And. quo ad proceſſum, qui erit ſummarius, & quo ad ipſius ordinem.

l Reſcrip. Et vide ibi Ioan. An l. & text in c. diſpendia, eodem titulo libro ſexto, & Clem primam, eodem titulo. ex quo arguit, quod durat iudicis officium perempta iuriſdictione, & facit ad materiam l. ſi quis ex aliena, ff. de iud. c. & vide l. item ſi verberatum, ff. de rei ven. & in l. vtique.

m Miniſter. Vide Ioan. And. in Specu. de diſpu. & alle. §. ſatis, ver. licet autem, ibi plenius per ipſum, & vide remedium in glo. ſuper ver. efficere. infra proxi. & vide in l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. præſi. & Cyn. in l. 1. C. vt quæ de. aduo. & Ioan. Andr. in capi. 1. infra de offic. ordi. & vide infra in gloſſ. argumen. contra, & ſuper illa.

n Reputat. Hanc q. pręcedit alia, ex qua ſcilicet ſententia actio oriatur, de qua vide per Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, ff. de pactis, & Bart. in l. forti. ff de his, qui not. infa. & ff. ad Turpi. de materia gloſſ. vide Cyn. Butri. Bart. in l. eis, C. de appell & per ipſum in l a diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. & hanc opi. Hoſtien. quod vterque poſſit exequi, tenet Ioan. Mona. in c. Romana, de appel. lib. 6.

o. Legitimas exceptiones. Vide Pau. de Caſtr. in l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & allegata per do. Feli. in c. fi. de præſump.

p Excom. Gloſſ. iſta vocat illum, quem dixit poſſe cognoſcere de falſitate, merum executorem, ſed re vera miſſus eſt, ex quo cognitionem habet, & illũ ſic vocat Bart. in l. a diuo Pio, in prin. infra allegato, & de iſta falſitate cognoſcit, nõ diffinit, vt hic dicit gloſſ. & vide in l. ſi prætor, allega. in gloſſ.

q Diaconus. Et in glo. iſta in fi. no. eam, quia facit ad quæſt. quod ſi quis nõ appellauit a ſententia iniuſte lata contra ipſum, poſſit tamen de iudice conqueri, ad hoc glo. in ver. manifeſta, in c. inter cætera, de ſen. & re iudi. & refert Barto. in l. ſi iudex. ff. de va. & extraor. co. non obſtat quod non appellauerit, quia præſumitur, quod non appellauit propter timorem, et argument. l. item ſi res. §. autem, de alie. iudi. mu. cauſa fac. & quod not. Bartol. in l. ab eo, C. quomodo & quando iudex, facit ad hoc, quod dicit Innocent. in ca. Sciæ, in fi de appella. quod licet pars appellans appellationem deſerat, tamen iudex ei non deferens punietur, Bald.

r Conſcientiam. Vide de hac diffuſe ſcripta per d. An. Bar. & do. And. Pomum in ſcriptis ſuis nota.

ſ Capitul. 1. Iſte caſus poteſt dici, quod eſt de illis, in quibus iure communi prohibetur appellatio, vt ibi patet, ſicut dicitur de communi emptione, a qua non appellatur, ut de appella. reprehenſibilis, & tamen illi tales habent illum effectum, quem haberent, ſi in ſcriptis eſſet appellatio redacta, vide Ioan. And. infra de appel. paſtoralis, in gloſſ. ſcilicet papa, & in gloſſ non tamen, & hoc hic ſentit. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegatus a delegato papæ iuriſdictionem habente coercere poteſt, & numer. 7. & an committat alteri vices ſuas, num. 6. excommunicare poteſt, num. 5.*

Diuiſio cap. ibid. num. 1.

2 *Reſcripta impetrant actor, & reus.*

Mentio expreſſiſſima priorum literarum facienda, cum agitur de reuocatione iudicis, ibid.

Reuocatio iudicis eſt contumelioſa, & ideo odioſa, ibid.

3 *Mentio quorum ſufficit fieri in literis primis ſuper principali*

quæſtio-

queſtione quorum vero, ſi executoria, vel gratioſæ, & quorum ſi ſuper appellatione, ibid. verſi. ſi enim.

Reſcripta ſuper appellatione ſunt fauorabilia, & amplianda, & ratio, eod. num. ver. hæc tamen, ſuper reuocatione vero iudicis, odioſa, num. 3.

4 *Verum quod eſt, ſemper eſt verum, niſi contrarium probetur.*

8 *§. ſi vero, huius decretalis intellectus.*

Contumaces partes & a primis, et ſecundis iudicibus ratione dubij poſſint coerceri, ſi comparere nolint, ibi. ver. nam ſi partes.

9 *Proceſſus priorum iudicum etiam reuocatorum, tenet, quouſque literæ reuocatoriæ præſententur, et vide numero 11.*

Extranei non poſſunt ſic ligari, vt litigantes, et ratio, et non tenentur parere, neque comparere, ibidem, verſicul. extranei.

10 *Epilogus, et ſuffragium gloſſarum, num. 11.*

Coertionem qui habeant, §. 1. num. 12.

Arbiter contumaciam litigatoris punit, ibid.

Poſſeſſio datur in tribus hic expreſſis caſibus, ibidem, ver. dat poſſeſſionem.

Errans non tenetur iniuriarum.

12 *Additio gloſſarum.*

13 *Reſiſtere exequenti quando liceat.*

C A P. XXIX.

1 Ex literis. Caſus. Subdelegatus † a delegato papæ iuriſdictionem habente coercere poteſt. Duæ ſunt partes. in
prima deciſa facti narratio. in ſecunda cauſæ commiſ-
ſio, ibi, Mandemus, quæ diſtinguit, & ſecundum mem
brum proſequitur ibi, Si vero [Dicuntur] ab A. presby-
tero ſuper iure quod in canonicatu ſe habere dicebat
[Litteris] impetratis a canonicis contra illum A. per
quem dicebat ſe ſuper canonia iniuſte vexari, & ſic pa
2 tet, quod † actor & reus impetrant, ſup. de reſcrip. cęte
a rum,[a] Hoſt. [Expreſſam] concor. de confirmatione vti
li, vel inutili, bonæ. Dicit Innoc. quod hoc caſu, quan-
do agitur de reuocatione iudicis, non ſolum expreſſa,
ſed expreſſiſſima debet fieri mentio. infra eodem. ſi-
gnificantibus, de foro competen. ex tenore, & eſt ra-
tio: quia cum reuocatio literarum domini papæ ſit
odioſa, & contra ius, niſi vbi rationabiliter appella-
tur, infra de appell. vt debitus, ſemper præſumendum
eſt eſſe papam circumuentum, & quod litteras non con
ceſſiſſet ſi tenor priorum litterarum, & proceſſus per
eas habitus ei expreſſa fuiſſent. ſupra eodem ex parte
ſecunda. Melior tamen poteſt reddi ratio ſecundum
Hoſtien. ſcilicet, quia videtur fieri contumelia iudici,
quia reuocatur, vt ff. de arbi. vt litigatores, ff. de iudi.
obſeruandum. reuocatio enim non eſt contra ius: imo
de iure fieri poteſt, ff. de iudi. iudicium ſoluitur, & ad-
de quod in ſumma, eodem titulo. §. quæ delegari, ver.
ſed nunquid poteſt reuocare commiſſionem. Eſt er-
go reuocatio odioſa, non ideo, quia fiat contra ius:
ſed quia eſt quodammodo contumelioſa. & ideo quan
do de ipſa agitur, expreſſiſſima mentio requiritur, vt
3 dictum eſt ſecundum Hoſtien. vbi † vero ſuper princi-
pali quæſtione primæ literæ impetrantur, licet in eis
aliqua falſitas exprimatur, vel veritas taceatur, nihilo
minus valét; & procedit iudex, & ſi non ſecundum for-
mam, ſaltem ſecundum ius, ſecundum id, quod legi-
tur & not. ſupra de reſcrip. ſuper litteris, & ſic non re-
quiritur tanta expreſſio in hoc caſu, quanta in ſuperio-
ri. & eſt ratio huius caſus: quia iudicium redditur in
inuitum, ff. de verborum obligatio. inter ſtipulat. §. 1.
vnde & actori in princip. eſt fauendum, ff. de iudi. ſolemus. hæc locum habent in literis, per quas iuriſdictio
committitur. ſi enim eſſent executoriæ, vel gratioſæ, ſi-
ue etiam de aliis negociis, tunc requiritur, quod de
multis aliis faciant mentionem, puta de omnibus o-
miſſis, quibus non eſſent in tali forma litteræ impetra-
tæ, ſupra de reſcript. conſtitutus. infra de cohabi. cle.
& mu. ſuper eo. Si vero ſuper appellatione litteræ im-
petrentur, & ante ſententiam fuerit appellatum, ſuf-
b ficit, quod de cauſa appellationis[b] fiat mentio: ſed
c ſi poſt ſententiam, de ſola appellatione,[c] argumen.
de appellat. cordi. lib. 6. imo & videtur, quod valeant,
etiam ſi de appellat. mentio non ſit facta. infra de ap-
pellat. oblatæ, ſecundum Innocent. qui tamen not.
contrarium. infra de maiorita. & obedien. dilecti. ibi
vide in gloſſ. ſed quid prodeſt hoc, prope finem, verſ.
nec videlicet, & de his, quæ fiunt a maio. parte ca-
pitu. cap. 1. ſuper ver. obiectum. vide quod dixi poſt
cum de reſcriptis. cap. 1. in glo. nec proceſſus. Tu di-
cas ſecundum Hoſtienſ. quod ſemper de appellatione
debet fieri mentio; & hoc expreſſum eſt, ſupra de re-
ſcript. ex parte. §. 1. infra de confirmatione vti. bonæ.
hæc tamen eſt veritas, quod in litteris ſuper appellat.
impetratis non requiritur tanta ſubtilitas circa ex-
preſſionem, vel ſuppreſſionem veritatis, quanta in
aliis. & eſt ratio: quia conſiderata natura appel. non
impetrantur ad alium impugnandum, ſed potius ad
impetrantem defendendum, vt patet infra de appel.
cum ſpeciali. §. porro, & quia ſunt de ſimplici iuſtitia,
vt infra de crimine falſi accedens. non ergo ſunt tan-
quam odioſæ reſtringendæ, ſed potius tanquam fauo-
rabiles ampliandæ, argumen. ff. de lib. & poſthu. cum
quidam, ſecundum Hoſtienſ. & de regul. iuris, odia, li-
bro 6. [Vt] ſup. ſic [Primos] ſcilicet primicerium & ple-
4 banum [habuiſſe] & ſic no. ſemel † verum ſemper ve-
rum, niſi contrarium probetur. C. de probatio. ſiue
d poſſidetis[d] [Quam] ſ. iuriſdictionem, & ſic patet,
quod non commiſit ſimpliciter denunciationem, ſed
vices ſuas circa illam, vt etiam dicam infra ca. fin. ſu-
5 per gloſſ. penult. [Interdicti] ſed nunquid † potuit ex-
communicare? dicit Innocent. quod ſic. cum enim
hanc poteſtatem habuerit delegatus, tranſmiſit illam
e in ſubdelegatum,[e] niſi forſan exceperit, allega. Hoſti.
infra eodem, venerabili, de iure patronat. ex literis
6 [Eius] ſcilicet patriarchæ [Litteras] colligunt † qui-
dam, quod etiam ſubdelegatus committit alteri vi-
ces ſuas, dummodo non conſtituat illum iudicem.
ſed Pet. & Abba. dicentes tenendum quod habetur
de appel. cum cauſam, dicunt, quod hoc non commit-
tebat, ſed per ſuas litteras publicabat, quod non eſt
committere: alleg. ff. de arbitr. ſed ſi interpellatur. §.
arbiter, ſicut citat quis per alium, & per litteras, & vi-
de quod dicam de dolo & contum. capit. fina. [Nun-
ciabat] ſcilicet canonicos ſanctæ Iuſtinæ excommuni-
catos non eſſe [De iniuriis] forte non ſolum impedi-
uit prædictam executionem, & electionem, ſed nun-
cios litteras deferentes verberari fecit, ad hoc de pœ-
nis, Romana, libro ſexto, & not. per hoc Hoſtienſ.
7 quod etiam ſubdelegatus † delegati, & merus exe-
cutor coerctionem recipit contra opponentes ſe ſibi,
& iniuriantes illis, quos mittit pro exequendo articu-
lo ſibi commiſſo, quem etiam quo ad denunciatio-
nis actum poteſt alteri delegare, & facit ſupra capitu.
8 proxi. §. 1. [Reuocatas] dicit Innocent. quoſdam † in-
telligere, quod hic dicitur, quando excipiebatur con-
tra primos iudices quod cauſa erat alijs delegata. vn-
de bene fecit archidiaconus non exequendo manda-
tum priorum iudicum: quia iam ſibi innotuerat con-
trouerſia orta ſuper reuocatione litterarum, de reſcri-
ptis, cum contingat. imo ſi cognouit per ſecundas pri-

mas litteras reuocatas, ad mandatum ſecundorum licite potuit proceſſum priorum iudicum impedire. Alij dicunt hoc intelligi, quando procedunt primi, & ſecundi, licet inter ipſos non ſit quæſtio de reuocatione. tunc enim ex reuocatione pendet quorum proceſſus teneat, vel non teneat. & hoc verum de proceſſu habito non contra partes, ſed contra alios, qui nolunt quantum ad executionem obedire, vt hic. Nam, ſi partes contumaces eſſent nolentes comparere coram primis, vel corã ſecũdis, bene poſſent ratione dubij coerceri ſecundum Goffred. ſupra, de reſcriptis, ſuper literis. infra de appellatio. ſi duobus, & capit. cum parati.
b tenet † etiam proceſſus priorum, etiam ſi iuriſdictio reuocata ſit, quouſque literæ reuocatoriæ præſententur.
f infra de reſtitutio. ſpolia. audita.[f] Extranei vero non poſſunt ſic ligari, cum non ſint de iuriſdictione illorũ, nec parere, nec comparere tenentur, niſi in caſibus, & ideo pendet ex reuocatione proceſſus, vt hic, & adde quod dixi ſupra, cap. 1. & ſupra de reſcriptis, cæterum, in gloſſ. exceptione [ab eiſdem] concor. de conſue. quãto. ¶ Gloſſ. † 1. ponit caſum. ¶ Gloſſ. 3. not. ſubdelegatum coercere, inducit tria ſimilia: ponit opinionem, cui obijcit, & ſoluit. ¶ Gloſſ. 4. diſtinguit inter excommunicatum pro offenſa dubia, & manifeſta, cui ſignat contrarium: ponit opinionem, & ſoluit. ¶ Vlt. gloſſ. ar-
1 guit, & reprobat. ¶ In † gloſſ. 1. [ibi, Si expreſſim] tunc
g non valet ſententia contra ius lata, quando error[g] exprimitur. ¶ In gloſſ. 3. [ibi. l. 2.] vide ſupra cap. proxi. ſuper gloſſ. antepe. [& ibi. l. vlt.] vide de officio archidia. capit. 1. in vlt. gloſſ. [& ibi. l. vna] omnibus magiſtratibus conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio [& ibi, Non ex omnibus] punit arbiter contumaciam litigatoris [& ibi. l. 2. in fine] vide de dolo. capit. 1. ſuper vlt. gloſſ. [& ibi, A diuo] vide hanc, & l. iubere. in cap. ſi quis contra, ſuper glo. hoc ideo [& ibi, Omnem] ibi dicitur per conſtitutionem lis habere initium [& ibi, Cognitio. in vlt.] dat poſſeſſionem, cum non caueatur damni infecti, & nomine ventris, & cauſa legatorum. ¶ In gloſſ. penult. [ibi, ſi publicanus] nõ tenetur vi bonorum raptorum publicanus, qui putans & errans me feciſſe contra l. vectigalis, pecus meum
2 abduxit. ¶ In † gloſſ. 2. [in fine] Boa. multum inſtabat hic, & conabatur reddere rationem, quare in hoc caſu non valet proceſſus habitus per literas ſurreptitias, dicens quod in textu dixi ſuper ver. expreſſam: ſed veritas eſt, quod ſi ponderas caſum hic, non dicitur, quod proceſſus habitus per litteras ſurreptitias
h non valeat, ſed quod non valet per literas reuocatas.[h] ¶ In gloſſ. 3. [ibi, peruenit] vbi de hoc [& ibi, Quiſquis] vbi de hoc [& ibi, Si quis contra clericum] vbi de hoc & vide quod ibi dicam ſuper gloſſ. hoc ideo. ¶ In gloſſ. [hoc obtinet, ibi, Decedat] vnde ſecundum eum loquitur in egroto. vel loquitur in eo, qui non poteſt ſtatim ſatisfacere. ff. de re iud. ſi ſe non obtulerit. §. ait prætor, Vincent. ¶ In gloſſ. penult. [ibi,
3 Reſiſti] ex quo † eſt notorium: ſecus, ſi dubium, vel nõ ſit veritas patefacta, & ſic ſoluitur contrarium, quod
i gloſſ. ſignat pro ſimili. ſupra eodem,[i] ſi quando, & ſupra, capit. proxi. §. quia vero, Hoſtien. ¶ In gloſſ. vltim. [ibi, conqueſtus] de hoc eadem q. c. 2. & infra de offic. ord. paſtoralis.

ADDITIONES.

a ¶ Cæterum. Ibi vide Ioan. And. qui de hoc ponit exempla, in gloſſ. quæ ponit Hoſt. & iſta, quæ hic dixit Ioan. And. in text. nõ apparent, ſed in antiqua, ſiue integra patere debent, vt patet in gloſſ. prima.

b ¶ Appellationis. Propter quam eſt appellatum, non autem ſolum de appellatione, vt differat a ſequenti dicto, & huic, quòd dixit de cauſa appellationis, & infra dixit de appellatione fiendam mentionem, ſupple & de proceſſu, & hoc in appellante; in appellato aliter, vide Ioan. And. in gloſſ. 2. nec proceſſus. infra alleg.

c Appellatione. Sed ſi agat de nullitate ſententiæ, vel aliter quereletur de illa, quam appellan. videtur de cauſa ſententiæ ſit exprimenda, vt de reſcrip. dilectus, lo primo, & de coha. cler. ſuper eo, & vtrobique vide Io. And.

d Poſſidetis. Ibi vide Bart. Bald. & Sali. & gl. 3 & ſuper illa Ioan. And. in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia. & facit quod not. gl. iuẽ in ſi. & ſuper illa Io. And. de electi. & per docto. in l. actor. C. de probat.

e Subdelegatum. Si ſubdelegatus non habet niſi modicam coerctionem, & non poteſt damnare ad mortem, vt l. magiſtratus. ff. de iur. om. iud. & ibi vide plenius per Bar. videtur, quod nõ poſſit excommunicare, quia per illam infligitur mors: imo eſt maior omni alia pœna, vide Io. And. in c. qualiter, ad ſi. 5. q. 7. de accuſat. & Hoſt. de homic. pro humani, & vide Ioan. And. in c. cum contingat, de foro comp. & vide ſ. c. proxi. in gl. 5. & ſuper illa Io. And. & vide inf. in gl. 3.

f Audita. Ibi vide Io. And. in gl. tunc enim, & ibi remiſſionem, & in c. cum contingat, præalleg. ſuper gl. ſi. ſed qualiter, & in c. cæterum, præalleg. ſuper ver. exemptus.

g Error. Vide late Aret. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hæred. & do. Iaſo. Mai. in l. 1. C. de erro cal.

h Reuocatas. De hoc plenius vide Io. And. in c. cum contingat, & c. cæterum. ſupra de reſcrip. & per do. Bar. de Sali. in l. mandatum, in vltima. q. C. man.

i Eodem. Ibi vide plenius de materia, & vide Io. And de ſenten. excom. dilecto, lib. 6. & bonam gl. in l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Delegati iuriſdictio, re integra, morte delegantis expirat, vide num. 16.*
2 *Delegatio multis non vno modo fit, & refert quonam fiat.*
3 *Quid iuris, cum fit, quoties abeſſe contingat delegantem.*
Impotens de facto, & de iure quis dicatur, ibid.
4 *Collega eſt, quo eſt paris poteſtatis.*
5 *Duorum vice etiam in iudicando quis fungitur, & num. 13.*
Voces tot habet procurator in electione, quot ſunt ij, quorum procurator eſt, ibid.
6 *Res integra delegata quando dicatur, & num. 15. & 16.*
Iuriſdictione vti cœpiſſe, & quando vti dicitur delegatus, ibid. & num. 7. 12. 15. 16. & 17.
Actus iudiciales qui dicantur, ibid. in calce, ver. do quibus, & num. 7. & num. 10.
7 *Executor datus ad beneficium conferendum cœpiſſe vti mandato quando dicatur, & num. 8.*
Ad iuriſdictionem perpetuandã actus vt teneat, an requiratur.
9 *Quibus ex modis perpetuetur, & ſupra, num. 6. 7. 8. 10. 12. 16. 17. 18. 19. 20. quod vtile eſt impetranti, & vt perpetuetur, commiſſum, num. 10. ver. & in hac ma.*
10 *Caſus, qui accidere poſſunt, occurrendum pro viribus.*
11 *Per publicationem iuriſdictionis non fit partium exceptionibus quid præiudicij.*
13 *Cap. prudentiam. 1. reſponſo. ſupra, eod. tit. cum hac decretali conciliat.*
Vnus facit duos, & duo vnum ex interpretatione iuris, ibid.
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 15.*
Cœpiſſe quid ſufficit, licet argumenta contraria allegentur, & vide num. 6.
Mandatum re integra ſoluitur modis ad gloſſ. 3. & num. 6. & 16.
Per citationem factam in vna cauſa, ſi plures per vnum reſcriptum committentur, nunquid perpetuetur iuriſdictio ſit per alijs, ibid. ver. ſi duplex. & num. 17.
16 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
Per citationem etiam non peremptoriam iuriſdictio perpetuatur, ibid. & in quibus, num. 17.
17 *Iuriſdictio eſt res indiuiſibilis.*
Simpliciter quod ſit, videtur omnia complecti, ibid.
Articuli ſe contingentes videntur eſſe comprehenſi, ſi quid fiat ſuper vno tantum, ſecus ſi non cohærent.
18 *Subdelegatio an expiret per depoſitionem delegantis, an per*

tranſlationem, numero 19. an per excommunicationem, nu me. 20.
30 *Conſiſtorium an idem ſit delegati, & ſubdelegati, ver. ad de cretalem, Romana. et de quorum conſiſtorio loquatur ea de cretalis, ibid. & nu. 21. in fi.*
31 *Procurator excommunicato domino repellitur, excommuni catione durante, licet conſtitutus ante excommunicatio nem.*
Legati officium, vel mandatum quando ceſſet, remiſ. ibi. ver. de delegatis etiam.

CAPVT XXX.

1 Licet vndiq; Caſus. Iuriſdictio † delegati re integra, morte delegantis expirat. Communis diuiſio. ſecunda ibi inquiſitioni[Duo veſtrum]no.
2 quia † non dicit duo, vel alter veſtrum. tunc enim nõ
habuiſſet caſus dubitationem. Item nec ſi fuiſſet clau-
ſula, vos, vel alter, de qua ỹ. eod. cum plures, libr. 6. Itẽ
nec habuiſſet dubitationem ſi ſine clauſula ſimpliciter
commiſſio emanaſſet[Sit ſublatus]& ſic ſit impotens
3 † de facto : & no. hic Innoc. de eo, qui commiſit cau-
ſam, quoties abeſſet, quod terminatum eſt, infra eo-
dem, ſi diligens. 1. reſpon. libr. 6.[Recuſetur]& ſic eſt
4 impotens de iure[An collega]collega † dicitur, qui pa
ris eſt poteſtatis. ff. de verbo. ſigni. collegarum[Ac de-
functi]cuius vices recepit ante mortem[Diffinire]vt
5 ſic fungatur † vice duorum, de elec. cum inter vniuer
ſas. in fi. per quod no. Hoſt. quod procurator tot voces
habet in electione, quot ſunt illi, quorum eſt procura-
tor, de hoc ſ. de electio. ſcriptum[Mandatoris]qui e-
tiam reſpectu primi delegantis erat mandatarius, vt
6 dicit Hoſtien.(Re integra)dicit Hoſtien. re † integra,
quando delegatus non cœpit vti iuriſdictione, intelli-
gitur autem cœpiſſe vti, ſi vices ſuas commiſit alicui,
vt hic patet, & vide quod no. infra eodem ſi a ſubdele
gato. in 3. glo. libro 6. ff. de iuriſdict. om. iud. l. 3. & l. &
quia, etiam ſi principium ſolum committat. ſup. eo. ſu
per quæſtionum. §. 1. 2. & 3. vel ſi mandet alicui, quod
citet partes. ſupra eod. paſtoralis. §. 1. multo fortius, ſi
a ipſemet citet.[a] ſupra eodem, gratum, de offi. lega. ca.
fi. in fin. & vide quod ibi dicam poſt Barto. vel ſi reci-
piat teſtes in periculo conſtitutos. infra vt lite non
conteſta. quoniam frequenter. multo magis ſi excom-
municet contradictores vel rebelles, ſupra eodem tit.
capit. 1. & c. ex litteris, & infra de præbend. pro illorũ.
ſed iuriſdictione vtitur, ſi diem aſſignet partibus præ-
ſentibus. inf. de dilationibus. cap. fin. vel ſi faciat of-
ferri libellum, vel aliquem alium actum iudicialem e-
xerceat, & ſi partes non citarunt, vt patet infra de li-
belli obla. cap. 1. 2. & 3. de quibus actibus iudicialib.
exprimuntur multi. infra de proba. quoniam contra
b falſam, & de teſti. cum veniſſent. 1. reſponſo,[b] verſi. fi.
7 ¶ Quid † ergo, ſi executor datus ad beneficium confe
rendum, mandatore ſuperſtite, omnino ſiluerit? vide-
tur vtique, quod mandatum ſoluatur, vt patet per præ
dicta iura ; ſecus, ſi collationi ſuæ beneficium reſer-
uauit, vel interdictum interpoſuit. eſto etiam, quod
nec reſeruatio, nec interdictum de iure teneant. Nam
& hi actus iudiciales ſunt, vt probatur in eo, quod legi
tur & no. infra de iure patro. cum dilectus, & de con-
8 ceſſi. præben. lib. 6. quia cunctis. nec requiritur † ſecun
dum Hoſtien. quantum ad perpetuandum iuriſdictio-
nem, quod actus teneat; ſed ſufficit, quod qualitercun
que vti cœperit, ita quod non poſſit ei negligentiæ ſi-
c lentium imputari,[c] argumen. op. C. de anna. excep. vt
perfectius, & l. fi. & de inoffi. teſta. ſi pater, & in eo, qđ
legitur & no. ſupra de reſcript. paſtoralis, in fi. de elec.
in cauſis. §. fi. infra de probati. capitu. fi. ſecundum Ho
ſtien. ſed huius contrarium not. infra eodem cum plu-
res. libro ſexto in vlti. gloſſ. quod etiam tenet Archid.
eodem titut. quamuis, & ipſe idem Hoſtie. not. con-
trarium, de except. olim, vt ibi dicam ſuper vltim.
gloſſ. & vide quod dicam infra eodem venerabili,
9 quæ multum facit. Hoſtien. Dicit † demum Hoſtien.
quod ſi delegatus, mandato recepto, volens & inten-
dens iuriſdictionem ſuam perpetuare tanquam iu-
dex, vocet tabellionem, & teſtes dicens, charíſſimi vo
caui vos tanquam delegatus a papa, a quo recepi li
teras tenoris huiuſmodi, Clemens &c. & faciat totum
legi : & per conſequens iuriſdictionem habeo, vt
probatur, infra de appellati. ſuper eo. 2. in fin. vo-
lens igitur & intendens iuriſdictionem in hac par-
te mihi commiſſam perpetuare, & caſibus, qui
10 † accidere poſſent, cum & ſint infiniti. C. de vſufruc.
leg. penultim. quantum mihi poſſibile eſt occurrere,
ſicut & facere debeo, argumen. ff. de loca. & conduc.
ſi quis domum. §. hic ſubiungit, & ſupra de ſeruis non
ordi. capitul. 1. & auctoritate mihi in hac parte com-
miſſa, præcipio tibi tabellioni, vt has litteras in publi-
cam formam reducas, & inſtrumento publico hos te-
ſtes, quos & propter hoc vocaui ; apponas. ſi ſic in-
d quam proceſſerit, forſan[d] per talem actum dicetur iu
riſdictio perpetuata. nam & ſic vti incipit iuriſdictio-
ne, & talis actus iudicialis eſt, vt patet in eo, quod
legitur & not. infra de fide inſtrumen. capitul. 1. et 2.
et penultim. & fi. & in hac materia neceſſarium eſt,
vt iuriſdictio ſic perpetuetur, argu. in præmiſſis iuri-
bus, & vt reſcriptum non pereat, quod dic vt not. in
fra eodem, capitulo. 1. & vt parcatur impetrantis la-
boribus, & expenſis ; argument. ſupra eodem, ſu-
per quæſtionum. §. porro, in fin. Nec obſ. ſi dicas ;
quod non videtur habere iuriſdictionem in perſonas
ſic vocatas, argument. infra, c. P. & G. quia illud ve-
rum eſt principaliter; habet tamen per quoddam ac-
cidens. poſſet enim accidere, quod craſtinum diem
receptionis literarum moreretur delegans & ſic ex-
piraſſet mandatum, niſi ſibi taliter prouidiſſet. vide-
tur igitur hoc ſibi in tali caſu commiſſum, cum ali-
ter iuriſdictio expediri non poſſet, vt patet in eo,
quod legitur & not. ſupra, capitul. præterea. nec po-
teſt imputari, ſi non citet partes: quia forſan nec bre-
uitas temporis hoc pateretur, argumen. ff. de exercit.
actio. leg. 1. faciat ergo homo, quod poteſt. 22. quæ-
ſtio. 2. faciat hoc eſt publicet, &c. vt ſupra quia quaſi
expreſſa pro ſe iura habet. infra de offic. ordin. paſto-
ralis, in fi. et de appellat. ſi iuſtus metus. conſuluit ta-
men Hoſti. quia non omnes capiunt verbum iſtud, vt
dicam infra eodem, quamuis, libro 6. ſuper glo. penult.
quod nihilominus ſine mora aliqua, quam cito pote-
rit, citet partes, argum. in eo, quod legitur et not. in-
fra de ſenten. excommunicatio. ea noſcitur, in fi. et ca-
11 pitu. quod de his, in fi. Ex quibus † per prædictam pu-
blicationem in ipſarum abſentia factam quo ad exce
ptiones, uel rationes alicui competentes nullũ debet
præiudiciũ generari: quia nec ad finem hũc facta fuit,
vt patet in eo, quod legitur & not. ſupra eodem, ex par
te. 1. & infra, de teſti. veniens. 2. ad hoc autem, quod
dixi de publicatione, argum. eſt pro & contra ſupra,
capitu. ſuper eo. §. fin. 1. eſt etiam contra id, quod not.
infra, de appellatio. vt debitus, reſponſo 1. & adde
quod not. infra, de iureiuran. ad noſtram. 2. & ſupra eo
dem, quoniam abb. ante fi. ſecundum Hoſtien.[Expi-
rauit]hic formabat Pet. q. expeditam, de reſcript. ſi
12 gratioſe, lib. ſexto[Vti cœperit]Hoſt. dicit † ſaltem ci
tando. ſupra eodem, gratum, vel ſaltem citationem
committendo, de quo vide quod dicam infra titul. 1.
capitulo vltim. in fin. [Demandata]ſecus enim, ſi ſuo

nomine

nomine tm̃ citaſſet, In.[Et illis]qui ſubdelegauit ſibi,
13 cõtra † ſupra eo.prudẽtiam. 1.reſpõſo, verſi.illa quip-
pe,& ver.mãdari.ſo. dicit Hoſt. illa intẽtio de qua ibi
loquitur,nõ excludit committẽdi poteſtatem,quã de-
legatus habet a lege.ſ̃.eo.paſtoralis. Item iſte,licet ve
re ſit ſolus , repræſentat duos, ad hoc de re iudic.cum
olim,poſt prin.ſ̃.de elect.ne pro defectu, & quod not.
de poſtu.gratum,& quod dixi in ſi.1.rñſo.& ſic per in
terpretationẽ iuris vnus facit duos , vt hic,& duo vnũ,
de cõuer.cõiu.ad apoſtolicam,& no.de temp.ord.lite
14 ras,ſm eum. ¶ Gl.2.† ponit dictum, cui ſignat ꝯ̃ria,
& ponit caſum exceptũ.demum quærit.arg. pro & ꝯ̃,
& ſoluit. Iterum ſubdit tres qõnes , & ſoluit & vltimæ
15 ſol.ſignat ꝯ̃rium. ¶ In † gl.2.(ibi, ſi quis poſtea) vide
de fo.comp. c.pe. ſuper 1.gl.(& ibi l.1.)qui ſine cauſa
pollicitus eſt reipub.non obligatur , ſi tñ cępit facere,
obligatus eſt[& ibi.§.ſed ſi viuo.§.pe.eſt]vide de re iu
dic.cũ I.& A.ſuper 3.gl. ¶ In gloſ.3.[ibi,ſi deceſſerit]
nõ committitur ſatiſdatio,de iudicio ſiſti,illo mortuo,
qui ſiſtere debebat, etiam ſi iudex ignorãs id iuſſerit,
vel poſt iuſſum ante diem exhibitionis deceſſit[& ibi.
§. Neratius] pater plures habens filios , profeſſus eſt
vnum recepturum publicum munus, & antequam ſuſci
peret,mortuus eſt pater,oĩbus filijs hæredibus inſtitu-
tis.id quod ille filius in eam rem impendit, venit in iu-
dicium fam.erciſ.[& ibi, Cum quaſi]vide in c.quia. V.
in 1.gl.[& ibi.§.vlt.]ponit caſum de illo, qui mãdauit
monumẽtum fieri[& ibi, Cum in vna]ſi duplex diuer-
ſa ſnĩa ſeparatim detur in vna cauſa , puta vna ſortis ,
alia vſurarum , duplex appellatio neceſſaria eſt[& ibi.
§.ſed ſi viuo]vide ſ̃.gl.prox.[& ibi, etiam.§.ex cauſa]
primus §.eſt. vide de ord.cogni.c.2. ſuper gl.ſi iſti (&
ibi.l.vlt.]vide ĩ.de pręſcrip.auditis,ſuper gl.penu.[&
ibi.§.ſi donator]ſi maritus,qui donauit coniugi,fit ſer
uus,licet ſeruitus æquiparetur morti,non cõfirmatur ,
16 ſed perimitur donatio. ¶ In † gl.1. [ibi,citationem]
e etiam nõ peremptoriam,& etiam ſine miſſione [e] libel-
li, ſm Io.Vin.hic,& inf.tit.1.c.vlt.ꝯcor.quod dixi ſm.
G.Naſo. de fo.comp.propoſuiſti . ¶ In † gl.2.[ibi, ex-
preſſe re integra] ĩ. c.quamuis, lib.6. per quam ceſſat
obiectio Io.hic dicẽtis , ꝙ ex quo totum delegauerat,
mors nil debebat operari : quia & ſi viueret , reuocare
non poſſet , ſoluebat autem dicẽs: aut delegat iuriſdi-
ctionẽ,aut cauſæ cognitionẽ,primo caſu non extingui-
tur per mortem , ſecũdo ſic. ꝯ̃ quod facit ff.de iuriſd.
f om.iudic.& quia.vel eſt ſpãle, [f] ꝙ hic mors reuocat,qđ
nõ expreſſa prohibitio , cũ aliter ſit ſecus. ff.de proc.ſi
g defunctus.[g] vel non abdicat a ſe iuriſdictionem,quin
remaneant reliquiæ,de conſe.diſt.4.ſi baptizata,in ſi.
ff.de his,q ſui vel ali.iur.ſunt, patre,in ſi.[& ibi,Signifi
cauit]vbi de hoc[& ibi, Quia.V.]vbi de hoc[& ibi,Per
17 petuata iuriſdictio]cum ſit † res indiuiſibilis : ad idẽ
1 *Subdelegatum collegæ impediti non tenetur delegatus admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula, Quod ſi ambo. vide nu. 7. 8. 12. §. 1. 17. 18. 20.*

Adiunctum ſibi collegam per litteras ſurreptitias non tenetur admittere delegatus, ibid. quod non eſt ſemper verum numero 7. 8. 17. 18. 20. & de adiunctis remiſſ. numero 5.

2 *Diuiſio capitu.*

3 *Capellanus allegare ſuum præiudicium poteſt.*

Sententia, quæ dicitur hic lata, quid continebat, ibidem. verſi. forte.

4 *Vgo magiſter fuit epiſcopus Ferrarien.*

6 *Epiſcopo quomodo ſcribatur, & nu. 8.*

8 *Electa perſona epiſcopi per quæ verba dicatur. vide numero 17.*

9 *Confirmare ſententiam poteſt iudex appellationis abſque petitione.*

10 *Contra confirmationes ex certa ſcientia factas à Papa non poteſt quis venire, neq; de eis cognoſcere.*

11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſ. nu. 12.*

Coniuncta perſona admittitur ad agendum cum cautione de rato, & an in ſpiritualibus admittatur, & quæ, & nu. 13. 14. 15.

Alienum factum quis promittere non poteſt. §. 1. in fi.

Ex ſententia ſecunda datur in factum actio. §. 2.

13 *Suppletio gloſſarum.*

Reus in primo iudicio, ſi appellat, fit actor in ſecundo, ibid.

Aeſtimationem non recipit cauſa liberalis de ſtatu eccleſiæ. ibidem.

14 *Ad pœnam promiſſam à procuratore poteſt agi.*

Ratificationem domini promittit ſub certa pœna per fideiuſſores idoneos non habens mandatum, vel non ſufficiens, ibid. quod in curia frequentatur.

Cautio hæc quibus præſtari debeat. ibid.

15 *Inſtrumenta qui habet eius, nomine cuius agit, non præſumitur habere ea à domino, & ideo mandatum.*

16 *Cautio vt præſtetur de rato à procuratore partis vtriuſque ſpeciale eſt in cauſa ſpirituali, & qualis eſſe debeat.*

18 *Cap. ſi pro debilitate, & cap. quamuis, hoc eodem titulo, intellectus.*

19 *Subdelegationis formula deſcribitur.*

CAPVT XXXIV.

1 Coram. a Caſus. Delegatus † ſubdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, ſi in reſcripto eſt clauſula, quòd ſi ambo. vel ſic, Delegatus non tenetur admittere collegam ſibi adiunctum per litteras ſurreptitias,
2 nec ipſius ſubdelegatum. Et ſunt † quinque partes. in prima petitio, & allegatio appellati. in ſecunda ibi, nuncius, petitio & reſponſio appellantis. in tertia ibi, ſed contra, replicatio appellati. in quarta ibi, Idem igitur, pronunciatio auditoris. in 5. ibi, nos ergo, pronunciationis confirmatio. & olim ponebatur hæc decret. ſub tit. De parochiis [Auditorem] quidam hic habēt,
3 conſtitutus [In parochia allegabat ergo † ſuum præiudicium capellanus ſanctæ Mariæ, quod poterat. 16. quæſtio. 1. eccleſiæ, & cap. quicunque, de capel. mo. ca.
b 2. de no. oper. nunc, ca. 1. ver. & quia nulla b [Protulerunt] forte pronunciando, quòd demoliretur, vel quod parochianos ſuos non reciperet ad diuina officia, vel eccleſiaſtica ſacramenta: vel quod ei tanquam capellæ ſubeſſet. infra de eccl. ædi. cap. 3. Hoſtien. hoc vltimum tenuit Goffred. & Innocent. Ex antiqua neutrum apparet [Contempſit] ad ſuperiorem appellans, Gof-
4 fred. [Ferrarien.] magiſtro † Hugone, vt patet in antiqua [Horum] dicit Hoſtienſ. ſententiæ, contumaciæ,
5 & proceſſus. [Adiungi] de his † adiunctionibus quæſtiones ponam infra eodem, cum plures, in fin. libro ſexto, [Qui] Lanfrancus [Non poſſet] hic omittebat capellanus de ſubdelegatione. infra ver. proxi. [Dicit] aduerſarius [Sequentes] Hoſtienſ. intelligit, quòd hic fuerint trinæ litteræ ad epiſcopum Ferrarien. tu potes intelligere de binis tantum: & tunc dic ſequentes litteras, ſcilicet adiunctionis [Confirmauit] ſolus, & non admiſſo ſubdelegato collegæ [& infra] petebat igitur illam confirmatoriam ſententiam confirmari [proceſſit] ex quo concludebat ſententiam infirmandam [Prædictus epiſcopus] claudicabat ergo poteſtas iſto-
6 rum ex forma clauſulæ: & communiter, quando † ſcribitur epiſcopo, ſolet ſic ſcribi, licet hoc quandoque fallat, vt ſupra eodem cum ſuper [Exequi] ſup. appel. remota, ſecundum Hoſtienſ. & ſic non tenebatur Ferrarien. ſibi præiudicare: de hoc ſupra eodem capit. ſu-
7 per quæſtionem. §. ſi vero [Intelligitur] Interdum ſ intelligitur, vt tribus iudicibus datis cum clauſula, quod ſi non omnes, vno mortuo, vel recuſato, ſecundus committit, & conſocius tenetur illum admittere. ratio ſatis patet, Innocen. [Quia id] ſcilicet quod per ſe, vel alium intereſſe non poſſit [Raro] puta, ſi, eſſet mortuus, vel nunquam, ſi viueret: quia tunc ſemper poſſet per ſe, vel alium intereſſe, niſi caſus in-
8 opinatus eueniret. ff. ſi quis cau. l. 2. Igitur infert † ex eo, quod perſona epiſcopi fuit electa per clauſulam, tu frater: vel quod erat clauſula, appellat. remota: vel quod litteræ adiunctionis fuerunt ſurrepititiæ [Confir-
9 mauit] quia ex parte † eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſic petitum fuit, in contrarium ex parte eccleſiæ ſanctæ Agathæ: alias ſic ſententiare non potuiſſet ſecundum Innocen. Dicit Hoſtienſ. quod cum in cauſa appellat. ſit ſpeciale, quòd iudex appellat. parte abſente contumaciter illam audiat & diffiniat. C. de tēp. appel. l. ſi poſt

me-

me. & ad officium ſuum ſpectet confirmare, vel infir-
mare. 2. quæſtio. 6. appellatore, & §. fina. reſtat, quod
& ſine petitione potuit ſententialiter confirmare; vi-
de quod dicam de appel. oblatæ, in fin. & infra c. 2. in
10 glo. quia melius [Confirmamus] contra has † confir-
mationes ex certa ſcientia factas non poteſt aliquis ve
nire, vel de illis cognoſcere ſine ſpeciali mandato. inf.
de confir. vtil. vel inutil. c. 1. & 2. vbi ſatis de hoc Tan-
11 cre. Goffred. & Innocen. ¶ Glo. 1. † obiicit, quod ad-
mitti non debuerit, & ſoluit dupliciter. ſecundo obii-
cit de fragilitate cautionis; quod etiam dupliciter ſol-
uit, tertio arguit. quarto obiicit, quod etiam ſine cau-
tione debuerit admitti, & ſoluit. ¶ Antepenult. gloſſ.
obijcit: opinionem ponit, & ſoluit. ¶ Penult. glo. quæ
rit, arguit pro & contra, opin. ponit, & diſtinguendo
12 ſoluit. ¶ In † glo. 1. [ibi, qui ita. §. 1.] non cogitur hæ-
res adire ſuſpectam hæreditatem, requirente procur.
ſubſtituti, de cuius mandato dubitatur, etiam ſi ca-
ueat [& ibi. §. cum autem procura.] ſi procur. verus pe-
tens verum debitum, ſatiſdedit rem ratam dominum
habiturum, & reus abſolutus eſt: poſtea dominus pe-
tat; & reus per iniuriam iudicis damnatur, non tenen-
tur fideiuſſ. niſi ad impenſas lit. [& ibi. §. ait prætor]
boni viri arbitratu ſatisdat quis eum, cuius nomine
agit, ratum habiturum [& ibi, Qui chirographum] vi-
de de renunc. ſane, in 3. gloſſ. & quod ſequitur in hac
gloſſ. [& ibi, ad probationem] vide infra eodem, cum
contingat, ſuper gloſſ. penul. ¶ In gloſſ. penult. [& ibi.
§. vbi autem. 2.] vide de reſtitut. in integr. cap. fin. ſu-
per vltima gloſſa [& ibi, lege prima] vide de dolo, cũ
dilecti, in gloſſa. ex hoc [& ibi. §. Geſſiſſe] vide de ſen-
ten. excommunica. mulieres, ſup. 3. glo. [& ibi, ſtipula-
tio iſta. 1. reſpon.] qui promittit per alium non fieri,
inutiliter promittit factum alienum. ¶ In vltima gloſ.
[ibi, furti] ſi damnatus actione famoſa appellat, tunc
notatur, cum iudex appellat. confirmat primam ſen-
tentiam, & non prius [& ibi, Si quis priore] ſi facto prio
re teſtamento feci ſecundum, inſtituens hæredem in
re certa, exprimens vt primum teſtamentum valeret,
ex ſecundo debetur hæreditas; ſed ibi ſcriptus, rebus
ſibi relictis contentus, vt ſuppletis ex Falcid. reliquum
reſtituet ſcriptis in primo, quod petent actione ex te-
13 ſtamento ſecundo, non primo. ¶ In † gloſſ. 1. [ibi, ad
agendum] licet enim eſſet originalis reus; in cauſa ta-
men appellat. erat actor; & per hoc ſecundum Petr. &
Abb. & Aegid. dicimus, quod præſtitit cautionem de
rato. qui alias debuiſſet cauere de iudicato ſoluendo.
Aliqui dicunt hoc fuiſſe, quia cauſa liberalis de ſtatu
eccleſiæ non recipiebat æſtimationem, vt ſequitur in
gloſſ. alii, quod vterque actor, vterque reus; & iſte ca-
uit etiam de iudicato ſoluendo. prima placet [& ibi,
Poteſt contingere] ob hoc vide quod dicam de teſta.
cum olim, in prin. & ſuper gloſſ. 2. [& ibi, Talis ſit] ſci-
licet ſpiritualis ſubiectio. facit infra de tranſactio. præ-
terea. 2. [& ibi, Accedens 2.] & melius ff. de procur.
non cogendum, in fin. Hoſtienſ. [& ibi, Sed credo] ſe-
cundum Tancre. [& ibi, Per tuas] per quam decret. di
cit hic Hoſtienſ. & facit quod no. in Specul. de excuſ.
14 verſi. ſed pone, quod † agi poſſet ad pœnam promiſ-
ſam, & hoc dicit in curia frequentari, vbi, quando
non apparet mandatum, vel non ſufficiens, conſue-
uit producens admitti cauens ſub certa pœna per
fideiuſſores idoneos, quod dominus intra certum
tempus per ſuas patentes litteras hoc ratificabit;
quod maxime in his, quæ non recipiunt æſtimatio-
c nem locum habet. facit ff. de prætor.[c] ſtipulat. l. final.
inſtit. de verbo. obliga. §. conditiones. Et dicit Gui-
do, quod vidit in curia terminari, quod hæc cautio
præſtanda ſit parti. & ad hoc facit hic gloſſ. licet
aliqui dicerent illam præſtandam iudici, cuius in-
tereſt, ne ipſius iudicium eludatur. propter quod con-
ſulit, quòd fiat vtrique [& ibi dubitatur] vt in caſu
d [d] huius capituli; quia iſte clericus † habebat inſtru-
15 menta eccleſiæ; & forte credebat portaſſe procura-
torium: quod reuolutis inſtrumentis non inuenit, quia
per obliuionem in partibus dimiſerat. Sed probabi-
le dubium eſt hic de mandato ſecundum Pet. & Abb.
e [& ibi lege prima] de hoc infr. de procur. capit. 1.[e] &
per ibi not. patet, quod hic dicit allegando [& ibi, Fi-
deiuſſoriam] vt hic patet [& ibi, Ad probationem] im-
mo etiam poſſet præſumi, quod illa furatus fuerit exhi
f bens, ſicut præſumitur[f] contra ſeruum ex ea cauſa. C.
de lati. li. toll. l. vna. §. fin. Sed ſi probaretur, quod do-
g minus dediſſet[g] illa inſtrumenta; tunc locum habe-
ret obiectio. C. de donat. l. 1. & ſecundum Iacob. eſt
16 † ſpeciale, quando de ſpiritualibus agitur, quod caue-
tur de rato procuratore tam rei, quam actoris. hanc
autem cautionem præſtat fideiuſſoriam clericus a-
gens nomine alieno: ſi ſuo, ſufficit, quòd caueat ſub hy
potheca rerum ſuarum, in auct. de ſanctiſſ. epi. §. ſi
quis autem pro pecuniaria cauſa, Hoſtien. ¶ In gloſſ.
ſed videtur [& ibi, Quidam] ſcilicet Laur. & placet Ia-
17 co. & aduertas, quia non fuit iſtorum † opinio ſimpli-
citer de ſubdelegato non admittendo ex clauſula,
quòd ſi ambo, alter; ſed illius, quòd ſi ambo, tu ta-
lis. ex prærogatiua enim & prælectione prædicta,
procedit ſecundum iſtos, quòd ille talis ſic ſpecialiter
h electus ſubdelegatum collegæ non admittit, [h] Sed
Guiliel. Naſo, & Innocent. dixerunt ſimpliciter clauſu-
lam ſine prærogatiua poſitam hoc operari, quòd ſcili-
cet licet collega poſſit committere, collega non tene-
tur illum recipere. Hoſtienſ. dicit, quòd clauſula ſim-
pliciter & ſine prærogatiua poſita hoc operatur, ſi in
reſcripto ſit clauſula, appell. remota, alias non. s. eod.
ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo. alias opi. videbis ex
gloſſ. ſequenti, & remiſſionem, quam ibi dabo [& ibi,
Dicas ergo] Idem Ioan. ¶ In gloſſ. pen. [& ibi. §. vbi
autem] & de elect. commiſſa. §. porro, libr. 6. [& ibi, re-
cipere] quod dicit infr. de elect. capit. pen. libro 6. [&
ibi, Teneantur] ad hoc præ. decret. pen. §. vlt. in princ.
[& ibi, Temporalis] ſecus ergo, ſi per perpetuam cau-
ſam impediatur, & ſic tenet Goffred. & facit inf. de vo
18 to, quod ſuper his, & quod ibi dixi. Reſtat † ergo, vt
reſpondeatur ad decret. ſup. eod. ſi pro debilitate, &
capit. quamuis. dic ſecundum eum, primam loqui in
vnico delegato, vel pluribus datis ſine clauſula. ſecun-
dam in eo, qui ex voluntate committit, non per impo-
tentiam, Goffred. [& ibi, Puta] de iure diſtingui po-
teſt; vt recitant antiqui inter impotentiam iuris, &
facti, vt primo caſu non ſubdeleget: ſecundo ſic, niſi
ſit mortuus [& ibi, Nec tenetur] facit quod not. 11.
quæſtio. 3. non ſemper [Et in fin. de hoc vide plenius in
Specul. tit. 1. §. ſequitur, ver. verum cum cauſa, & ibi de
hoc ponit 8. opiniones, quas poſtea diſtinguendo
concordat, quam recitationem, & diſtinctionem fa-
ciebant etiam hic Hoſtienſ. Petr. & Abb. ſed quia ibi
habes aptius, & aliquantulum plenius, hic decido. Si
19 igitur vnus † ex delegatis datis cum clauſula vult
committere, vtatur his verbis cum ad præſens poſſim,
ſed minus commode intereſſe, vel cum ad præſens
ſim aliquantulum impeditus, vices meas tibi com-
mitto, Goffred. & not. quòd licet iſta gloſſ. vtatur di-
20 ſtinctio. & ſubdiſtinctione, hic eſt eius † effectus. Si
clauſula, quòd ſi ambo, eſt in litteris, aut alter eſt
perpetuo impeditus; & tunc condelegatus non tene-
tur ſubdelegatum eius admittere, aut temporaliter,
& tunc ſi impedimentum eſt inuitabile, idem, quod
ſupra de perpetuo, ſi euitabile; tunc collega tenetur
ſubdelegatum admittere, ſi ſubdelegatus iuriſdictio-
i nem habebat: alias non.[i] Guiliel. in vltimo caſu tem-
poralis

poralis & euitabilis impedimenti vtebatur opinione Lau. de qua ȝ. gl. proxi. ſatis etiam mihi placet, quod hoc caſu ſit locus opinioni Hoſt. de clauſula app. remota. Et ſic dices. Si impedimentum temporale & euitabile, aut clauſula prælegit perſonam, & tunc prælectus non tenetur ſubdelegatum collegę admittere: ſed non ſic ę conuerſo: aut clauſula nullum prælegit, & tunc aut in reſcripto eſt clauſula app. remota, & tunc non tenetur admittere: aut non eſt; & tunc tenetur admittere.

ADDITIONES.

a ¶ Coram. Nota hunc text. quia facit, quod clericus non poſſit ſe opponere pro iuribus epiſcopi. vide etiam ad hoc in capit. cum dilecta, in verſicul. canonici. infra de confirm. vtil. vel inutili.

b Nulla. Vide inf. de priuileg. cum olim, el. 2. ver. inſuper, & eo. ti. auctoritate, li. 6. & vtrobique Io. And.

c Præto. ibi vide Bar. plenius, & ad id, quod hic dicit gl. quando per cautionē non plene prouidetur reo, illa non ſufficit, ſed mādatum eſt neceſſarium. vide Bar. in l. non ſolum. §. qui alieno, ff. de proc. & ad id, qđ dicit gl. quando intereſſe non poteſt æſtimari, vide gl. primam ad damna, & Io. An. ſuper illa in c. ſacro, de ſent. excom.

d Vt in caſu. Et hoc, ſi dominus ſit abſens; vbi autem ſit præſens in ciuitate in caſu, quo dubitatur de mandato, non ſufficit cautio, ſed a domino capitur certitudo, vide Bal. de procur. l. non ſolum. §. qui alieno, & C. eo. titu. l. vna.

e Capitul. 1. Et C. de procu. l. 1. per Cy. Bal. & d. Bar. de Salyc. & per Bartol. in l. non ſolum. §. qui alieno, ff. de procu. & ibi etiam omnino vide Bald. qui dicit, quod licet dubitatio de mandato ſuppleatur per iſtam cautionem, non tamen ſuppletur per iuramentum, iuxta materiam. capit. fin. de iureiuran. ſed reuocationis mandati probatio ſic, per cap. ex inſinuatione, de procur. & ſcias quod iſta cautio rati tollit dubium de mandato ad lites, non autem ad ſolutionem recipiendam, vt not. gloſſ. in d. §. qui alienat. & vide Bald. vbi ſupra. & vide Bartol. ibi aliter dicentem, & in leg. ſi fine. ff. rem ratam haberi. vide in Specul. de ſatiſd. §. viſo, verſicul. ſed qualiter, vbi in aliquibus a prædictis diſcordat.

f Præſumitur. De hoc vide no. in c. eccleſia, el. 2. inf. vt lite pen. & ad hanc gl. dum dicit de datione inſtrumentorum, vide quod ſcripſi in l. fi. C. de pac. conuen. quæ gl. ibi optime facit. & quod ſcripſi in l. poſtquam, ff. de pac. quia ibi Gul. de Cu. dixit operari, quod videntur illi ceſſæ actiones contra delatorem, quod non eſt verum, vt ibi ſcripſi. Bal.

g Dediſſet. Vide per d. Alex. in leg. 3. in prin. in 3. ver. dicit tamen Guil. ff. de acquir. poſ. Ludo. Rom. conſi. 57. in fin. vbi hoc ampliat.

h Admittit. Iſta opinio videtur placere Guil. in Spec. alle. inf. ſuper gl. 2. & ibi Io. An. in gl. ſ. ſequenti.

i Non. Vt quia impetratus non facta mentione de proceſſu aliorum, vt in caſu huius capituli, & no. quia ſentit iſte, quod impeditus impedimento perpetuo iuris, vel facti non recipit iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Locus, ad quem reus non poteſt accedere ſecure, poteſt recuſari etiam ſi offerantur litteræ de conductu. nu. 2.*

Canonicus in cauſa canonici recuſari quoq; poteſt, ibid. ratio, nu. 3.

2 *Inimicitia non ſolum propria, ſed etiam communes ciuitatis, vel loci reſpiciuntur in loco recuſando, ver. & no. vbi proponenda. nu. 6.*

3 *Inter canonicos eſt quaſi vinculum fraternitatis.*

Societas, vel fraternitas, vel quaſi inter quos eſt, ij poſſunt recuſari, ne ſint iudices, ibi. & nu. 4. & in qua cauſa, num. 4. & eis durantibus.

4 *Scholaris recuſari poteſt, ſi detur iudex in cauſa ſcholaris.*

Magiſter etiam recuſatur in cauſa ſui ſcholaris, niſi ſit inter ſcholares controuerſia, ibid. ver. de magiſtro.

5 *Iudex vt debeat dari in diœceſi partium, cum vtraq; eſt eiuſdem diœceſeos, hæc decretalis præparauit, quod fuit poſtea ſtatutum.*

6 *Iudices qui delegati eſſe debeant.*

7 *Ex reſcripto prioris forma proceditur, non poſterioris, quo ſurrogatur iudex.*

8 *Epilogus, Suffragium, & Suppletio gloſſarum. numero 9. & 10.*

12 *Mater poteſt eſſe pro filio, & quomodo intelligatur, remittit.*

12 *Iudex peritus a parte in quibus caſibus dari debeat.*

CAPVT XXXV.

1 Cum R. Caſus. Locus † ad quem reus non poteſt ſecure accedere, & canonicus in cauſa canonici delegati poterunt recuſari. Et primo ponit prouiſionis, & mandati cauſam. ſecundo mandatum, ibi, mandamus [Inimi
2 citias] Illuc † ergo ire non tenebatur etiam cum litteris de conductu, vt lit. non conte. accedens. 2. Hoſt. Et not. ſecundum Abb. non ſolum propter proprias inimicitias, ſed etiam propter communes ciuitatis, vel loci
a recuſari locum [a] [Optionem] prouidit laico reuocando iudicem, & canonico, vt haberet ipſius optionem ſecundum Innocent. [Socii] quia concanonici, inter
3 † quos ratione ſocietatis eſt quaſi vinculum fraternitatis. ff. pro ſocio. l. verum, ar. ff. de hæredi. inſti. l. nemo. dubitat. §. qui frater non eſt, Hoſtien. & per hanc litte
4 ram hic dicunt Pe. et Abb. quod ſcholaris † recuſari poteſt, ſi detur iudex in cauſa ſcholaris. In domo ſocii. alias. ſupra eod. inſinuante. Societate vero diſſoluta, dicunt ſecus, niſi nimia affectio ex præcedenti ſocietate remanſiſſet. De magiſtro etiam an recuſetur in cauſa ſcholaris ſui, hic not. quod ſic, niſi alter eſſet etiam ipſius ſcholaris; et ipſorum verba ponit ad litterā Gui.
b in Spec. [b] ti. 1. §. ſupereſt, ver. quid de magiſtro, et ver. præ. et remiſeram ſup. eod. cauſam [Vel diœceſi] præ
5 parauit hæc † decret. ius nouum, quod quando actor, & reus ſunt eiuſdem diœc. in eadem diœceſ. detur iu
6 dex, de reſcript. ſtatutum, libr. 6. [Prouidi] & † tales ſunt deputandi. de hoc ȝ. c. ſi pro debilitate [Eligat] de iure exceptio inimicitiarum proponi debebat coram delegato; & ſi non admiſiſſet, debuiſſet appellari; ſed in hoc facit gratiam canonico, ſecundum Innoc. (Cui] electo. per canon. [Auctoritate noſtra] quia ſua non poſſet quo ad remotionem appellationis, vt no. ȝ. cap. paſtoralis, in vltim. glo. [A te obtenti] ergo iudex
7 † optandus procedet auctoritate huius ſecundi reſcri
8 pti ſecundum formam primi, Goffred. ¶ Prima † glo. quærit obiiciendo, & tripliciter ſoluit. ¶ Secunda glo. ponit differentiam inter iudicem, & teſtem, & eius cauſam. quam conuertit. ponit etiam paritatem. In fi. quærit, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. ſi. contrarium ad id, quod actor eligit: ſoluit tripliciter. ſecundo arguit, & id reprobat, & reſpondet, in fi. ſignat contrarium, & ſoluit.
9 ¶ In † gl. 2. [ibi, de vno] vide de præſump. litteras, ſu
10 per glo. præſumitur. ¶ In † gl. 1. [in fi.] vel laicus conuenerat clericum in fo. eccleſiæ: & canonicus condemnatus appellauit, & ſuper appell. litteras impetrauit,
c Goffred. [c] ¶ Glo. 3. [ibi, Concanonico] de hoc 14. quæ ſtione 2. ſuper prudentia, & ſup. eodem, inſinuante [&
11 ibi, Litteras] & mater † pro filio. ff. de proba. etiam matris, quod intellige, vt ibi not. & parentes, & proxim. ȝ. qui ma. accu. poſ. videtur, Goffred. [& ibi, Sed non teſtes] argu. contra. 2 4. quæſtio. 1. his auctoritatibus, vbi de hoc, & dicam poſt Vincent. de cle. ex. ſi celebrat [& in fine] ſimile quod not. de conſanguineo, de app. poſtremo, in 1. glo. ¶ In gloſſa, vltima [ibi, quæſtio. 1. iudices] vbi de hoc, et ȝ. de for. comp. c. 1. (& ibi, Obſer
12 uadum) vbi de hoc (& ibi, Hodie illis) immo ſtatur † ſi

loquantur

loquantur in cauſa criminali epiſcopi, presbyteri, vel diaconi, vt in prealle.c.15.quæſtio.7. Si autem [& ibi, Super quæſtionum] vel hic petiit ille P. dicens, conueniat me in ciuitate Genuenſi, & eligat ſibi iudicem, quem vult, non ſuſpectum, ſecundum Hoſt. [& ibi, Suſpecto] de quo dic, vt ſ.c.iudex, libro ſexto.

ADDITIONES.

a Locum Idem in ſuſpicione, quæ oritur ex amicitia. vide vt lit non conte.accedens, lib.6.

b In Specu. Ibi vide Io.And.in ver. Item qui ex canonicis, vbi ponit de illo, qui impetrauit communem inimicum.

c Goffre. Vide ad materiam gl.in c.ex tranſmiſſa, de for. comp. & Io.And.ſuper illa, de app.ſua, in gl.& collige.

SVMMARIVM.

1 *Abſoluet delegatus, antequã partium probationes recipiat, quando vero receptis probationibus.*

2 *Vel alias, particula quo caſu non ſint alternatiuæ.*
Alternatiua verba reſcripti propter incertitudinem non recipiunt, niſi in caſu, & quo, ibid.
Incertitudo, quæ prouenit ex aduerſarij facto admittitur, ibidem.
Excommunicatus iniuſtè quando quis dicatur.

3 *Excommunicationis cauſa manifeſta ſi dicatur, ſeruatur decretalis, Solet, de ſent.excom.lib.6.*

4 *Non excommunicatum dicere quem poſt appellationem, vel non appellaſſe cum ante ſententiam, totum eſt affirma*[illegible]*.*
Excommunicationis nullitas quomodo probatur, & ſuper ea admittitur probatio, ibid. ver. & licet Inno.
Abſolutio ad cautelam quando fiat. ibid. num. 5. ad di. procedatur.

5 *Abſolutione quo caſu quis indigere videatur excommunicationis ex probationibus vtrinq; factis.*
Probatio ſi ſit æqualis, interpretationi locus eſt, ibid.
Excommunicatus iudicatur non probans vere, vel præſumptiue. q poſt appellationem fuerit excommunicatus. eod. nu. 4. & ver.

6 *Nullitatem ſi quis proponat in reſcripto ſentẽtiæ excommunicationis, & probet iniuſtam, abſoluetur excommunicatus, & condemnabitur excommunicans in expenſis.*
Iniuſtam vero ſi poſtea dicat, & ab ea petat abſolui, audietur per iudicem competentem, non per delegatum, niſi aliud ſit in reſcripto, & ex nouis probationibus, ibidem. §. quid ergo.
Probationes primæ inſtantiæ non iuuant, ſi alius eſt agendi modus, ibid. §. quid ergo.
Excommunicator excommunicato condemnabitur in expenſis, & quo caſu, ibid.

7 *Iniuſtitiam, & nullitatem ſententiæ excommunicationis, vel alterius ſi quis materiæ tenet in libello ſimul, vel alternatiuè, an ſit audiendus, & quo caſu & iure, & num. 8. 9. & 11.*
Canonicum ius attendit ſimplicitatem, & iuſtitia veritatem, ibidem, numero 7. §. quid igitur, verſi. ſi vero, & numero 8.

8 *Subtilitatis iudex perniciosæ, laboribus & expenſis partium debet occurrere.*

9 *Excommunicantis iniuſtè diuerſæ ſunt pænæ.*
Caſtigatio multiplex eius, qui in multis offendit, ibid.

10 *Confirmari ſententiam excommunicationis, vel aliam, ſeu electionem ſi quis petat, & infirmandam eſſe appareat, quid iuris.*
Confirmari quid ſi petat vnus, & alter infirmari, an et quando ſit hic libellus admittendus ibid.

11 *Nullitatem ſententiæ excommunicationis, vel alterius generis, quid ſi quis petat ex vna cauſa, & probet nullã ex alia, quid dicendum? & nu. 12.*

12 *Error intolerabilis in excommunicationis ſententia quis dicatur, verſ. quia excommun.*
Simplex propoſitio excommunicationis iniuſtæ quibus ſit caſibus, ibid.

13 *In excommunicatum probationes eius, ad cuius inſtantiam fuit excommunicatus, non recipiuntur, & ratio.*
Cum, particula eſt hic cauſæ redditiua, etſi, pro quamuis, ibidem.

14 *Excommunicationem iniuſtam quare ligare ſtatuerit eccleſia Romana.*
Eccleſia Romana non habet maculam, neq; rugam, ibid.

15 *Iugum ferendum graue cur etiam conſtituerit.*
Abſolutio excommunicationis imponenda pænitenti & humiliter ſe proſternenti, & qua forma, ibid. & à quo. num. 16. & 17.
Protinus, aduerbium quid inferat, ibid.

16 *Excommunicatus eſt ad excommunicatorem remittendus pro abſolutione à iudice delegato, & ſi in litteris id non dicatur, & ratio.*

17 *Excommunicator ſi renuat abſoluere ad ſe remiſſum excommunicatum, abſoluet delegatus, & quando.*
Delegatus definiet cauſas recuſationis abſolutionis allegatas ab excommunicatore.

18 *Excommunicationem iuſtam, & iniuſtã reſpectiue qua actione petent excommunicatus, & excommunicator.*
De excommunicatorum cauſis diſtinctiones vbi nam tradantur, ibidem.

19 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. n. 20. 21. & nu. 22. 23. 24.*
Ad probandum non debet quis admitti, quod probatum non prodeſt.

22 *Eceptiones admittendæ an non admittendæ ſint, interloqui debet iudex, & quibus in caſibus, & expediendæ, & quæ prius, quam ad alia procedatur. Quod ſi non fecerit, quid agendum. ibid. vide. nu. 24.*
Ex officio iudicis mero quæ pendeant, eod. numero, verſi. vel diſtinguas.

23 *Actorem ſi non repellas iudex quem probaui excommunicatum minori, & ad probationem hanc ab eo fui admiſſus, non grauat, & ratio.*
Admiſſio fit hodie in articulis & in interlocutorijs cum clauſula, ſaluo iure, &c. & quare.

CAPVT XXXVI.

Cum contingat.

Pars de reſcript. & de ætat. & qualit. cum contingat. &
1 hoc dicit. Delegatus † cui mandatur, quod abſoluat illum, qui ſe dicit excommunicatum iniuſte, antequam partium probationes recipiat, illum abſoluet. Si vero mandetur ei, q denunciet ſententiam eſſe nullã, prius ſuper eo partium probationes recipiat. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Ad quod, quæ ſubdiſtinguitur, & mẽbra patent. [Ad nos] Idem, ſi ad alium ſuperiorẽ [vel
2 alias] non fuerunt alternatiua verba reſcripti, quę † pro-
a pter incertitudinem [a] non reciperentur, niſi in caſu, quando dubium eſſet probabile, vt quia excommunicator tulit ſententiam priuatim, nec dat copiam; & ſic non poteſt conſtare, an poſt app. vel prius fuerit lata ſententia; quo caſu admitteretur hęc incertitudo, cum proueniat ex facto aduerſarii. ff. quorum legat.
b l. 1. §. quod autem [b] non nunquam, de reſtit. in integ. conſtitutus, ſecundum Innocent. & omnes poſt eum
3 [Iniuſtè] vt † non ſeruata forma concilii, de reſcrip. ab excommunicato, [Iudicibus] delegatis [Abſolutionis] reſpicit, qđ de iniuſtitia dixerat [Denuncient] reſpicit, quod de præcedẽti appel. dixerat [Emitteret] quo ad primam formam [Iuſtè] quo ad ſecundã formã. &
c iſta iuſtitia comprehendet & cauſam, [c] quã ſi diceret mani-

d manifeſtam, [d] ſeruaretur decret. ſolet, de ſentent.ex-
communicatio. libro ſexto[Probationibus]excommu-
nicatoris [Abſoluere] quo ad ſecundam formam[De-
nunciare] quo ad primam formam[vtriuſque partis]
4 & vt dicit Goffred. excommunicator † non probat ne-
gatiuam: quia licet dicat ſe non excommunicaſſe poſt
appellat. vel illum non appellaſſe ante ſententiam, to-
tum eſt affirmatiuum, ſcilicet ſe prius excommunicaſ-
ſe, vel illum poſt ſententiam appellaſſe, de renunciat.
ſuper hoc. & licet Innocent. dicat, quod probationes
illæ non recipiuntur ſuper hoc, an appellatio præceſ-
ſerit, nec ne: ſed an ſit legitima, nec ne; verius eſt,
vt dicit gloſſ. & Hoſtienſ. quod etiam ſuper hoc reci-
piuntur, & merito: quia hoc eſt probare nullitatem
[Procedatur] conſueuit tamen ad cautelam abſolui,
de ſentent. excommunicatio. per tuas[Apparebit ſor-
ſan præſumptiue. nam cum in libello dicat ſe excom-
municatum poſt appellat. ſi non probat, quod poſt ap-
pellat. per conſequens ſaltem in foro eccleſiæ iudica-
tur excommunicatus, ſecundum Innocen. [Indigeat]
5 quia † excommunicans melius probat[non ligatus]
quia melius probat excommunicatus, vel æqualiter;
& eſt caſus, quo locus eſt interpretationi, de qua in
prima gloſſ. per decret. cum te. ¶ Sed quid, ſi is, qui
6 † impetrat formam nullitatis, deficit in proba. appell.
vel nullitatis; conſtat tamen, quod iniuſte ligatus eſt?
Reſpon. abſoluetur epiſcopus hoc caſu propter defe-
ctum probationis ab inſtantia iudicii, & condemna-
bitur ei excommunicatus in expenſis. infra de probat.
ex litteris, de pœnis, calumniam. C. de iudic. prope-
randum. §. & ſi quidem pars actoris. ¶ Quid ergo ſi
poſtea petat abſolui tanquam ab iniuſta? dicit Hoſtié.
quod audietur. hoc intelligo per iudicem competen-
tem, non per delegatum, niſi forma reſcripti ſuper hoc
importet. & dicit Hoſtienſ. quod probationes primæ
inſtantiæ non iuuabunt, quia alius eſt modus agendi.
infra de teſt. veniens. 2. ff. de except. rei iudic. ſi ma-
ter. §. eandem. & l. & an eadem. §. actiones, nonne
excommunicator, ſi in hac ſecunda inſtantia conſtet
de iniuſta ſententia, ipſi excommunicato condemna-
bitur in expenſis? Vtique, de ſentent. excommunica-
7 tio. ſacro. ¶ Sed quid † ſi dixerit ſe iniuſte excommu-
nicatum poſt appellat. & ideo petierit ſententiam in-
iuſtam, & nullam pronunciari? Reſpon. videtur ſibi
contrarius excludendus: quia in ea parte, qua dicit
iniuſtam, dicit aliquam. male ergo iungit, nullam:
quia nulla & aliqua contraria ſunt; ergo repellendus
eſt. infra de appellat. ſolicitudinem, ad fin. cum ſuis
concord. niſi forſan ex cauſa ad hæc duo probanda
admitteretur, ve no. ſupra eodem cap. 1. reſpon. ſuper
verbo, vel alias. Sed nec tunc debet concludere co-
pulatiue, ſed alternatiue, vt ſcilicet petat ſenten-
tiam nullam pronunciari: vel ſi forſan in probatio-
ne appellat. defecerit, iniuſtam, & tanquam ab iniu-
ſta ſe abſolui, proteſtans, quod per alterum ex his,
ex quo de facto certificatus fuerit in proceſſu, inten-
dit ſententiam pro ſe dari; & de hoc certificabit iu-
dicem ante ſententiam proferendam. ff. quorum lega.
l. 1. §. quod autem nonnunquam. & ex his tetigit hæc
quædam Innocent. ſed Hoſtienſ. videtur, quod hac
ſubtilitate legali non ſit omnino vtendum in huiuſ-
modi ſpiritualibus, & in foro canonico, vt patet, &
legitur & no. infra de iudic. dilecti. Fatetur tamen,
quod ſi quis ſecundum hanc ſubtilitatem petitionem
ſuam formare voluerit, ſibi imputare poterit, & de
facili cadere, vt patet in eo, quod legitur, & no. infra
de iudic. examinata. Si vero proponat ſimpliciter,
caute aget. ¶ Quid igitur, ſi ſic dixerit. Conqueror
de tali epiſcopo in eo, quod me poſt appellatio. legi-
timam iniuſte excommunicauit. vnde peto mihi ſu-
per hoc per vos ex veſtro officio prouideri denuncian-
do dictam ſententiam nullam eſſe, vel me abſoluen-
do, prout vobis videbitur faciendum, & eundem
epiſcopum mihi in expenſis & intereſſe condemnari,
& alias canonice puniri. vtique talis libellus ſecun-
dum ſimplicitatem noſtri iuris videtur eſſe recipien-
dus, argumen. infra de dolo & contum. capitu. 1. infra
de fide inſtrumen. inter dilectos. infra de offic. ordin.
ad reprimendam. infra de ſentent. excommunicatio.
per tuas, & capitu. ſacro, eodem titulo, cum medici-
nalis, & capitu. ſolet, libro ſexto. [e] Si vero obiiciatur
de contrarietate, vel incertitudine, replicari poteſt
de ſimplicitate iuris canonici, & iuſtitiæ veritate. nec
enim refert, vtrum hoc modo, vel alio grauet iudex.
Sed eſt ex officio, qualitercunque conſtat de grauami-
ne, puniendus. hæc omnia ex officio pendent, vt pa-
tet 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus forte iracundus, & ſex
8 capitu. ſeq. ſed debet † iudex pernitioſæ ſubtilitati, &
maxime in talibus, quantum poteſt, obuiare, & oc-
currere partium laboribus, & expenſis. ſupra eodem,
ſuper quæſtionum. §. porro, in fin. cum ſuis concord.
ſed nec eſt incertitudo, vel contrarietas in prædicta
petitione, cum totus effectus ipſius ad arbitrium iudi-
f cis redigatur, ex quo pendet de iure, vt dictum [f] eſt
ſupra. Per ipſam etiam materia litium reſtringitur,
quod & fieri debet. ſupra de reſcript. nonnulli. §. cum
autem, & grauatus breuius expeditur. infra de dolo,
& contum. finem, & fulminantes ſententiam puniun-
tur, de ſentent. excommunicatio. cum medicinalis.
§. ſi quis autem. vnde & in fin. petitionis generaliter
concluditur, quando dicit, & alias canonice puniri:
9 quia † & diuerſæ ſunt pœnæ iniuſte excommunicantis,
vt ibi no. & infra de ſentent. excommunicatio. ſacro.
& dignum eſt, vt qui in multis offendit, multiplici-
ter caſtigetur, de re iudicat. cum æterni. ¶ Quid ſi
10 † quis petit excommunicationis ſententiam, vel a-
liam, ſeu electionem aliquam confirmari, & apparet
in proceſſu, quod infirmanda eſt. Dicunt quidam,
quod quamuis appareat in proceſſu ipſam eſſe infir-
mandam, non infirmabitur, quia non eſt petitum;
& ideo ſanum eſt conſilium, quod ſicut vnus petat con-
firmari, alius petat infirmari (de ſimilibus ſatis di-
cam infra de re iudica. cum Bertoldus, in gloſſ. vide-
g tur) ſecundum Innocen. [g] magis placet, quod non
admittatur de facili talis libellus contradictorius,
maxime poſtquam lis eſt conteſtat. & iam proceſſum
in cauſa, quia obeſſe poſſet, ſi contrariæ ſententiæ
ferentur ſub diuerſis libellis, quod poſſet de facili e-
uenire, & aliter probaretur in vna ſententia, quam
in alia. Prodeſſe autem non poteſt, quia ex quo pe-
tita eſt confirmatio, licet circa infirmationem pro-
bationes inducere, & infirmabitur ſententia, ſi re-
periatur, quod infirmanda ſit, ſicut eſt, & confir-
mabit, ſi ſit confirmanda, argumen. ff. de probat. cir-
ca. ff. de iureiurand. ſed & ſi poſteriori. §. primo, ſed
ſi non conſtat de confirmatione, vel infirmatione,
h abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij tantum. [h]
& per hoc vides ſolutum, quod quæritur, in quo pro-
batio ſua iuuat reum, qui ſi probat, infirmatur, quod
petebatur infirmari, vel è contra, ſi nil probat, nec
actor etiam probat, abſoluatur reus ab obſeruatio-
ne iudicij, vt not. infra de confirmat. vtili, vel inuti-
li. capitulo 1. & adde quod not. ſupra de offic. vicar.
capitulo 1. & infra de reſtitutio. ſpoliato. ex conque-
ſtione, vbi vide in gloſſ. magn. ante medium, verſic.
i ſi quis etiam. [i] Hoc ſatis apparet in cauſa appellat. in
qua, & ſi petita ſit tantum confirmatio, nihilomi-
nus, ſi iuſtum fuerit, infirmatur, & è contra, vt
patet in auctent. de his, qui ingre. ad appellatio. §.
quia vero victores, collat. 5. 2. quæſtio. 6. appellatore,
& §. ii.

& §.fi.ad idem ſup.de electio.poſtquam,&c.nihil eſt. inf.de appella.oblatæ.ĩ.de confirm.vti.bonæ.Sed quidam,vt refert Innocen.dicunt in appellatione ſpecia-
k le, vbi procedatur ex actis prioris iudicii. nec [k] eſt ne-
11 ceſſe dare libellum.¶ Quid ſi † petitum ſit ſententiam excommunicationis pronunciari nullam pro eo,quod lata eſt poſt appell.ſed de ipſa appell.conſtare non poteſt.conſtat autem ipſam eſſe nullam ex alia cauſa,pu-
l ta quia lata ab excommunicato, [l] vel non ſuo iudice? & quidem conſiderato iuris rigore abſoluendus eſt reus,ex quo actor cauſam,quam propoſuit,non probauit.poterit autem iterum aliam proponere,ſecus, ſi dixiſſet nullam in genere,& aliquam cauſam nõ expreſſiſſet etiam,& tunc videretur omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe.ff.de inſti. act. habebat. C. de iudi.licet.C.de an. except.l.fi. & patet in eo,quod not.ĩ.ea.gloſſ.ver.quid ergo ſi poſtea, ſecundum Innoc. & de hac materia plenius not.ĩ.de libel.obla.c. fina.ſecundum Hoſtien.[Cum aſſerit]ſup. ſententiam eſſe nullam,puta quia dicit in excommunicationis ſententia
12 &c.ſecundum Hoſtien. qui hoc dicit † vt ſcias idem eſſe in quolibet alio exemplo nullitatis,de quo remittam ſuper gloſ.[errorem]quia excommunicatus fuit pro obedientia,quod eſt contrarium contumaciæ. H. vel exprimit in ſententia peccatum, Goffred. quod dic vt inf.de ſenten.excommunica. venerabilibus, lib.6. [Simpliciter] non adiiciens de intolerabili errore, Gof.vel aliquid ſimile, Hoſtien.[Ac epiſcopus]ſupr. ver.proxim.tractauit de probationibus excommunicati,nunc tractat de probationibus excommunicato-
13 ris:& idem intelligas † de probationibus partis, quæ obtinuit illum excommunicari,quæ nullo caſu admittuntur, ex quo excommunicatio ligat,ſaluo quod habes,de ſenten.excommunicat.ſolet,libro ſexto[Cum] pro quia: eſt redditiuum cauſæ [Et ſi] pro quamuis
14 [Impendenda] cum † eccleſia Romana non habeat maculam, neque rugam, de pœnit.diſt.1.eccleſia, & nil iniuſtum ab ea procedat, quare ſtatuit, quod ligaret iniuſta,per hoc dans prælatis materiam ſæuiendi. Sol. vt claues eccleſiæ in maiori reuerentia habeantur, dum timent homines etiam iniuſtas ſententias, & ut ſic homo per meritum obedientiæ creſceret, recognoſcens ſe ligatum iniuſta ſententia quo ad eccleſiam militantem, non quo ab triumphantem.infr.de
15 ſentent. excommunica. a nobis. eadem ratione † ſtatuit iugum graue ferendum. 20. diſtinctio. in memoriam,Goffred.[Poſtulanti] non petenti non datur, quia non datur niſi pœnitenti, & ſe humiliter proſternenti. 11. quæſtio. 3. cum aliquis, & capitul.plerunque.Hoſtien. vide quod not.de eo, qui duxit, ſignificaſti, in gloſſ.fi.[Formam]quæ habetur de ſentent.excommunicat.cum deſideres,& cap. a nobis.2. [Protinus] ac ſi dicat. probationibus non admiſſis.
16 [Abſoluendum]per † excommunicatorem, ad quem remittetur, etiam ſi in litteris de remiſſione nil dicatur,ſed ſolum ſecundum formam eccleſiæ abſoluas : quia & hoc faceret delegans,ſi abſque periculo moræ fieri poſſet infra de ſentent. excommunicatio. ſacro. & eadem ratio debet mouere delegatum &cęt. de reſcriptis, ſuper litteris, in fin.ſecundum Innocent.
17 quod ſi † excommunicator non vult abſoluere, nec iuſtam cauſam prætendit,hoc faciet delegatus ſupr. eodem.prudentiam.§.penultim.& vltim. quod ſi iuſtam cauſam prætendat, hanc examinabit & diffiniet delegatus. ſupra de reſcriptis, ab excommunicato.& dato quod abſolueret non remittendo, ex quo eſt iudex cauſæ,valet abſolutio,de ſentent.excommunicati. venerabilibus. §. vbi autem, libro 6. & dicit
18 † Innocent.quod conditi. ex hac decret. vel ex decret.facto, facta abſolutione, excommunicator petit illam decerni iuſtam, & excommunicatus petit illam decerni iniuſtam: vel ſecundum eum implorant ſuper hoc officium iudicis, quod licet videatur melius Hoſtienſ. dicit tamen nobis non eſſe curandum de nomine actionis.ſupra de iudic.dilecti[Decernatur]quandam diſtinctionem, quam formauerat hic Pet. circa cauſas excommunicatorum, quomodo interdum agunt de abſolutione obtinenda, interdum de obtenta, &c. Abb. in ſuis diſtinctionibus poſuit. ¶ Prima
19 † gloſſ.obiicit, quod probatio ſuperflua, & ſoluit. ¶ Penult.gloſſ. no. quem non debere admitti, &cæt.
20 ¶ Vltim.gloſſ.quærit obiiciendo, & ſoluit. ¶ † In penultim.gloſſ.[ibi,ad probationem] non iuuat probare eum, qui vendicat,quod emptor numerauit numos
21 ipſius vendicantis. ¶ In † gloſſ. 1.[ibi, quibus ſtabitur]vel per reſponſiones ad poſitiones, vel ad interrogationes apparebit ſemel tantum appellatum,de fide
m inſtrumen.cum Ioannes, verſic. verum. [m] ¶ In gloſſ. 2.[in fine]plures alii not.eod.titu.præſenti,lib.6.¶ In
n gloſſ.3.[ibi, Non benefaciunt] [n] infra de iudic.exhi-
22 bita. ff. vt in poſſ.le.ſi is, à quo.vnde dixit † Hoſtienſ. quòd inuito reo excipiente iudex non poteſt eum co-
o gere,vt reſpondeat,ſaluo iure ſuo.[o] quod ſi facit, dat cauſam appellandi, niſi præſumatur contra excipientem propter eius ſubterfugia infra de præſumpt.nul-
p lus:[p] vel niſi ſit probabile dubium, an ſit exceptio admittenda, & diſputatio longum habet tractatum, vel ex alia iuſta cauſa, quam conſulit in actis exprimi, vt appellat.excludat:alias niſi cauſa ſubſit,parte inſtante neceſſe habet interloqui. Si vero dicat,nec admit-
q to,nec reprobo; procedatis; [q] reus dicat, nec procedo, nec non procedo in principali; interloquamini, & ſecundum prædicta intelligatur infra de deſpon. impu. ad diſſoluendum. Vel diſtinguas ſecundum eum,an ſit exceptio præiudicialis, vel talis,quæ ſi non expediatur, iuris ordo peruertitur; & tunc oportet, quod expediatur priuſquam ad alia procedatur, infra eo.ſuſpicionis, de iudic. exhibita. vel ſit non multum præiudicialis, vel peruertens iuris ordinem; puta di-
r latoria ſolutionis, [r] quæ ante litem conteſta. proponitur, ſed probatur poſt. C.de probat. exceptionem. vel vtrum reſpondendum ſit poſitioni. vel interrogationi;vel an teſtis produci debeat, & ſimilia, quæ pendent ex mero iudicis officio.ff.de interrog. actio. vbicunque, de confeſſ. ſtatuimus, libr.6.& in talibus poteſt iudex dicere, procedatis ſaluo iure veſtro. & adde quod dicam de teſtib. ex parte. an ſit alia miſta,vel quæcunque alia,quæ poſt litem conteſt.proponitur,& probatur,quo caſu ſi proponatur ante lit. conteſta. non differtur conteſtatio niſi in caſib. de lit.conteſta.capit.1.lib.6.Item eſt diſtinguendum, an excipiens offerat probationes paratas, nec ne,de reſtitut. ſpoliat.litteras.§.pręterea,Hoſtienſ.[& ibi, Appellan-
23 di] non video,quis † ſit effectus appellat. pone exemplum, excepi actorem ab agendo expellendum, quia excommunicatus minori : iudex admiſit exceptionem, & ego probaui : ea probata non repellit actorem ; diceturne grauare? certe non, & ſi conquaretur,quare admiſit me ad probandum ? reſpondebit, quare me ingeſſi ? & compenſabitur culpa culpæ : & certum eſt, quod iudex appellationis per hoc illum actorem non repellet. Item reuocat iudex ſuam iniuſtam interlocutoriam;de hoc de appellat.cum ceſſan-
24 te [& in fine]& ſic † ſeruatur hodie in articulis, & interlocutoriis: quia ad lites abbreuiandas admittuntur, ſaluo iure impertinentium, & non admittendo-
ſ rum.[ſ]

ADDI.

ADDITIONES.

a Incertitudinem. Imo qui petit abſolui, debet exprimere cauſam ſuæ excommunicationis ſpecifice factæ. inf. titul. 1. ex parte, de ſent. excomm. cum pro cauſa, & c. officii, & vide Guil. in Specu. de teſcrip. preſen. §. rationem quoque defectus, verſi. item quod litteræ abſolution is.

b Quod autem. Vide Bartol. & Io. An. in c. conſtitutus. inf. allegato, & per gl. in c. abbate, de re iud. li. 6. & inf. in gl. quia melius, ver. ſed quid ſi dixerit.

c Cauſam. Quia iuſtitia, vel iniuſtitia excommunicationis etiam ex cauſa conſideratur, vide in c. ſacro, in gl. 3.

d Manifeſtam. Aduerte, quando quis vult probare excommunicationem latam propter notoriam offenſam contra petentem ſe abſolui propter excommunicationem iniuſtam non ſtatuitur ſibi aliquod tempus ad hoc probandum, vide omnino per Gemi. in c. ſoler, circa fi. apparatus de ſen. exc.

e Libro 6. In aliis ſententiis non videtur talis petitio admittenda, in qua venit nullitas, & iniuſticia, niſi coram iudice appellationis, & per appellationem. coram autẽ ordinario licet veniat nullitas, non tamen iniuſticia propter tranſitum ſententiæ in rem iudicatam. vide in c. d lecto, de appellat. per Io. An. & Bar. in l. ſi expreſſim, ff. eo. ti. & eſt ratio in iſtis cenſuræ ſententiis, quia nunquam tranſeunt in rem iudicatam, vt non poſſit relaxari, vide Io. An. inf. de re iud. conſanguinei, ſuper gloſſ. fi. & de appe. quæſtionis, & c. qua fronte.

f Dictum. Pro hoc, quia ſufficit libellum concludere generaliter petendo ſibi iuſtitiam miniſtrari, & omnis actio venit, & modus, qui poteſt includi, vide Io. An. in c. 1. de or. cogn. in gl. cum de his, & Bal. in repe. l. edita. C. de edendo. in q. illa, an ſine actione procedat libellus.

g Inn. In lib. Archi. vbi poſuit omnes additiones Inn. ipſe dicit, quod iſta fuit additio vſq; ibi, & per hoc.

h Tantum. Immo videtur abſoluẽdus a petitione actoris, ex quo conſtat de non iure actoris, vide omnino in deciſione Rotæ, conclu. 20. & ſe.

i Etiam. Vide magnam vtilitatem, quam conſequitur quis probans de iure ſuo in caſu, quo poſtmodum a poſſeſſione caderet, per gl. & Bar. in l. ſed & ſi poſſeſſori, in prin. & §. fi. præallegato, & facit quod no. Io. de reſcri. mandatum, poſt glo.

k Nec. Vide Io. An. in c. oblatæ, in ſua gl. fi. & de procu. ex inſinuatione, in gl. ſi vero, & in deciſione Ro. cõcl. 118. & in c. cum Bertoldus, in glo. videtur præalle. & Bart. ff. de app. ſi expreſſim, & quid ſi is, pro quo lata eſt ſententia, ab illa appellat, & petit illam vt iniuſtam reuocari, & iudex appellationis illam videt cõfirmandam, an illam confirmabit? vide Bald. in le. præſes. C. de ſen. & interlo. om. iudi.

l Excommunicato. Vide 24. q. 1. audiuimus, & de conſue. dilectus. per glo.

m Verum. Regulariter tamen videtur præſumi debere actum vnicum non iteratum, vt no. per doc. in teſtamento, in l. fi. C. de rebus cre. & facit quod not. Bart. in l. triticum. ff. de verb. obl. & in l. quinquaginta. ff. de proba. & quod not. in l. 2. C. de erro. aduo. & facit l. Pomp. ff. de rei ven.

n Beneficiunt. Vide per d. Alex. in conſi. incip. viſo puncto finali, col. 3. 2. parte. Lud. Ro. conſi. 25. inci. duo ſunt.

o Suo. Scilicet ſuper excepti. & ad materiam iſtius gloſ. vide bonum text. & ibi gl. & Bart. in l. Iulianus. §. idem Iulianus, ff. de iureiur.

p Nullus. Vide omnino Io. An. de elec. quod ſicut, poſt gl. in fi. & de conceſ. præben. poſt electionem, in gl. ſententiam.

q Procedatis. Quid ſi tacet, nec procedit, vide Io. An. de app. dilecto, in gl. ineptè.

r Solutionis. De qua vide Io. An. de excep. paſtoralis, in gl. dicit Inno. & per Cy. Bal. & Saly. in l. exceptionem, C. de proba.

s Admittendorum. Aliam cautelam ponit Guil. in Spe. de excep. §. viſo, verſ. item cautus ſit iudex, vt ſi iudex admittat exceptionem, ſi probata fuerit. vnde illa non probata, non poterit appellari: illa probata apparebit, quod bene fecit admitten. quam practicam ibi reprobat Io. An. quia ſimpliciter admitten. non videtur illam admittere iudex, niſi vt probetur, ibi vide Io. An. & vide Bal. de iſto, facit gl. in l. fi. C. qui le. perſo.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegatus Papæ ſimpliciter datus vti ſi cæpit iuriſdictione, delegatus eum reuocare non poteſt.*

Reſcripti contra formam ſi procedit ſubdelegatus, proceſſus eſt nullus, ibid. quod ipſe ſicut et delegatus tenetur ſeruare, numer. 8.

2 *Diuiſio capit.*

3 *Reſtituendi verbum habet plenam ſignificationem, et immobilia, mobilia, et fructus eo verbo comprehenduntur, etiam ſi, plenariè, aduerbium non addatur.*

4 *Imperij quod eſt iuſti, & meri, committitur alteri iure canonico, quod eſt ſecus iure ciuili.*

5 *Coadiutorium materia quo in loco tradatur, docet & quando detur, nu. 14. quædam dicit.*

6 *Spiritualia poterit adminiſtrare cui interdicitur adminiſtratio temporalium ob dilapidationis ſuſpicionem.*

7 *Capit. Quoniam, infra eod. huic non aduerſatur.*

Spoliatus ante reſtitutionem ſicut non poteſt accuſari, ita inquiſitio contra eum fieri, ibi. ver. no. quod.

9 *Iuriſdictio perpetuatur etiam ex actu nullo.*

Abbatis proceſſus hic quis potuerit eſſe, ibi. ver. Puto, quod iſte, & nu. 10.

10 *Actus communis reſtitutioni & inquiſitioni quis.*

11 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum. nu. 12.*

Adminiſtratio cui interdicatur pendente cauſa, & cui committatur, & num 14.

Decoctores qui fuerint in aliquo officio, amplius illud non gerunt. ibid.

Curator datur habenti tutorem, & quando.

Remotionem tutoris & curatoris qui petant.

13 *Suppletio, vel additio gloſſarum.*

14 *Remotio ob ſuſpicionem dilapidationis hic cur non facta, & quo caſu fiat.*

15 *Ad accuſationem dilapidatoris eccleſiaſticorum bonorum quæuis eccleſiaſtica perſona admittenda.*

16 *Vniuerſalis propoſitio omne etiam minimum comprehendit.*

Alienatione interdicta, quæ tamen permittantur alienari, ibidem. & quibus interdicatur, nu. 17.

CAPVT XXXVII.

1 Venerabili Caſus. Si † ſubdelegatus Papæ ſimpliciter datus cępit vti iuriſdi. delegatus illum reuocare non poteſt. Sed ſi ſubdelegatus ipſe, contra formam apoſtolici reſcripti ꝓcedit, nullus eſt proceſſus. Et pri-
2 mo † recitat formam delegationis, ſecundo delegationes delegati, ibi, porro. tertio reuocat proceſſus ſubdelegatorũ cauſam exprimens, ibi, quorum[Plenariè] ſ.
3 quo † ad immobilia, mobilia, & fructus, Inn. dicit Hoſ. hoc verbum ſubintelligi, etiam ſi non fuiſſet adiectũ. habet. n. verbum reſtituendi plenam ſignificationem. ff. de vſur. videamus. §. & in Fauiana, & verbo reſtitutionis continetur omnis vtilitas actoris. ff. de verb. ſignificatio, cum prætor; vnde reſtituendi ſunt fructus ꝑcepti, & etiam fructus, qui percipi potuiſſent, de hoc de reſt. ſpo. grauis[Adepto] aliquanto tempore. iuxta quod fuerat ſpoliatus. 3. q. 2. c. 1. & c. tandiu, Vin. & Lau
4 ren.[Suſpectus] hoc † eſt meri imperii. vnde ſecundũ l. non poteſt delegari. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſdictio. l. 1. ſed ſm canones non ſolum committitur, quod eſt iuriſdictio. ſed etiam miſti imperii. ſ. eo. ex litteris, Inn. quinimmo & quod meri, vt hic, & ĩ. de off. or. paſtoralis, 1. reſpon. Hoſt. de hoc, eo. tit. quod ſedem[Proui-
5 dum] de hoc & de aliis circa materiam † coadiutorũ, vide quod plene dicam, de cleri. ægro. ca. fi.[Prouideret] auctoritate apoſtolica, quod dic vt de cle. ægro. c.
6 vno, li. 6.[Cuius] coadiutoris[Temporalem] ergo † ſpiritualia poterit adminiſtrare, de hoc 3. q. 2. quia ea, in fi. mag. gl.[Interim] id eſt donec aliter prouideamus: vel donec pendet inquiſitio, Hoſtien.[Commiſit] con-
7 tra † infra eo. quoniam. Sol. illud locum habet, quando ponitur in reſcripto: quod perſonaliter inquirat, illud, quando ſimpliciter fit commiſſio, vel dic vt
a ibi[a] (Quorum] ſcilicet abbatis primi, & theſaurarii

ſecundi ſub delegatorum[Mandari]quod ſtudioſe ſer-
8 uari mandauimus, Inn. & Hoſ.[Noſtri]ſicut † ergo de legatus, ſic & ſubdelegatus reſcriptum apoſtolicũ ſeruare tenetur[Ad inquirendum]no. quod ſicut ſpoliatus ante reſtitutionem non poteſt accuſari. 3. q. 2. per
b totum, ſic nec contra ipſum inquiſitio[b] fieri, vt hic, quamuis dici poſſit proceſſum hic reputatum iniuſtũ non iſta ratione: ſed quia contra formam mandati
9 proceſſit. multum † facit iſta littera pro opi. Hoſtien. not. ſup. eo. licet, in gloſſ. dicit Hoſti. & ibi videas. dicit enim ibi, quod ad perpetuationem iuriſdictionis delegatæ non requiritur, quod actus teneat: ſed ſatis eſt, ſi negligens non fuerit delegatus aliquid iuriſdictionale agendo. hoc hic videtur expreſſum. nam delegatus ſubdelegatum in totum datum reuocare non potuit: quia ille proceſſerat, vt ſequitur. potuiſſet autem reuocare, niſi ille proceſſiſſet & perpetuaſſet, vt in glo. & patet inf. eod. quamuis, lib. 6. proceſſus autem fuit nullus, vt hic, ex quibus bene concluditur, quod proceſſus nullus inducit perpetuationem, quod multum facit pro ipſo, licet non perpenderit, & contra opi. meam plene no. ̃. eod. cum plures, lib. 6. in vltima gl. Puto, quod iſte abbas fecit aliquem proceſſum ſuper articulo reſtitutionis forte citando impetratratorem, vel ei præcipiendo, quod mandabatur, vel his ſimile, a quo demum impetratoris fauore, vel ob aliam cauſam deſtitit, & inquiſiuit de ſuſpicione, vel proceſſit ſimul ſuper vtroque de iudic. exhibita; vel
10 fecit † aliquem actum licitum vtrique articulo reſtitutionis, & inquiſitionis communem, puta ſubdelegationem publicari iubendo, ſcribam vel notarium cauſæ eligendo, nuncium iuratum conſtituendo, iuramentum ab ipſo exigendo, vel his ſimilia: ex quo actu, qui tenuit, inducta fuerit perpetuatio. & hoc ſatis eſt veriſimile, licet non pateat ex antiqua: neſcio,
11 ſi ex integra. ¶ Gloſſ. 3. † obiicit, & ſoluit. ¶ Gloſſa, [hoc intelligo]ponit dictum. ſi. contrarium, & ſoluit.
12 ¶ Penultim. gloſſ. ſoluit quæſtionem. ¶ In † gl. 3. [ibi, Eum, quem]præſes iubet tutorem, vel curatorem accuſatum vt ſuſpectum pendente cauſa abſtinere ab adminiſtratione, & interim ad rerum adminiſtrationem alius curator ordinabitur [& ibi. §. hiſdem] vide de ſi. per tuas, ſuper gloſ. & ſic[& ibi. §. quæri poteſt]leg. 3. eſt, & vide de æta. & qualit. accepimus, in glo. 2. (& ibi, ſi aliquid, lib. 10.]nullus ſuſceptoris, vel tabularii interuentione conuictus, illud gerat officium, in quo ante decoxit(& ibi. §. hæc nobis)datur ibi licentia omnibus denunciandi, & accuſandi ſine metu calumniæ (& ibi, Pietatis)petunt tutorem, & curatorem remoueri parentes vtriuſq; ſexus, cognati, affines, & extranei. ¶ In gloſſ. 4. (ibi, ſolet etiam) datur curator habenti tutorem propter tutoris infirmitatem, vel ſeruum. ¶ In gloſſ. quid contineatur, (ibi. C. eod. titul.) ſcilicet de reb. eccleſ. non alien. & hanc leg. & ſe. vide in præalleg. cap. nulli. ſuper gloſ. penul. ¶ In gloſſ. antepen. (ibi, ſi procurator) vide vt lite non conteſt. c. 1. ſuper vlt. gl. ¶ In gloſſ. pen. (ibi, Si ſeruus) vide in ca. quia circa, ſuper vlt. glo. (& ibi. l. 3. §. vlti.) vide de ver
13 bor. ſign. c. pe. ſuper 3. gloſ. ¶ In † gl. 1. [in fi.]vt patet in antiqua hic. ¶ In gl. 2. (ibi dolo)hoc non habet locum in poſſeſſoriis, vt no. ̃. de reſtit. ſpol. in litteris, &
14 de regu. iur. dolo facit. dicit Innoc. quod † ex prouiſione proceſſit hoc, quod iſte non remouetur, ſcilicet quia fuerat ſpoliatus laicali potentia; alias de iure debuiſſet amoueri per iura prædicta, ex quo ſuſpectus eſt; dic vt infra dicam(& ibi, Vt hoc)non dicitur hic, quod remoueatur, ſed quod datur coadiutor, ex quo autem probata fuerit dilapidatio, locus erit depoſitioni, vt in decret. licet, ſecundum Petr. & Abba. dicere potes, quod quandoque prælatus eſt ſuſpectus de dilapidatione præterita tãtũ; & tunc datur coadiutor, & inquiritur de veritate, de qua ſi conſtabit, deponetur. quandoque ſuſpectus eſt de dilapidatione futura propter præterita; de qua conſtat; & tunc pro-
15 cedit gloſſ. [& in fin.] dic quòd † quælibet eccleſiaſtica perſona eſt admittenda. infra de rebus eccleſ. non alienan. ſi quis presbyterorum. §. finali, vbi de hoc, Hoſtienſis. ¶ In gloſſ. hic[ibi, intelligo] Idem Gotfred. Innocent. & Hoſtienſ. ¶ In gloſſ. quid conti-
16 neatur[in fi.] dicit Hoſtienſ. quòd vt verbum † vniuerſitate hic aliquid addat, etiam terrulas alienare non poterunt, vel alienationes facere in caſibus permiſſis. not. vndecima quæſtione ſecunda, in ſumma. res tamen, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alienare poterit ſecundum eum; & de hoc in ſumma prædicta. di-
17 cit hic Innocent. quòd ſicut omnis † alienatio interdictur coadiutori, ita viſitatori, vel commendatario; quod dic, vt de electio. is cui, libro ſexto. ¶ In gloſſa penultima [ibi, vt hic patet] & inf. eodem quamuis, libro 6. [& in fine] de hoc ̃. de elect. vt circa, libro 6.

ADDITIONES.

a Dic vt ibi. Ibi vide Io. And. in gl. expreſſe, & per gl. quæ incipit, intelligant hoc quidam, & ſuper illa Io. And.

b Inquiſitio. Vide per Io. And. in c. frequens, de reſtit. ſpo. §. 1. lib. 6. & hoc hic ſentit gl. a.

SVMMARIVM.

1 Non reſumit cauſam, quam iuriſdictionem ſe non habere pronunciauit delegatus, etiam de conſenſu partium.
Mentitur quis dupliciter, ibid.
Diuiſio cap. ibid.
2 Miſerabilis perſona quæ dicatur, & nu. 4. quæ facilius exau ditur, quam aliæ, num. 5.
3 Eccleſiaſticus iudex quibus caſibus ius dicat etiam ſecularibus perſonis, & quibus, & quomodo, & numero 4. 5. 6. 7.
4 De foro eccleſiæ quæ ſint, vel ex cauſa & quæ fiant laicæ perſonæ, & num. 5. 6. 7.
5 Reſcriptum contra miſerabiles perſonas non valet, niſi de earum miſeria fiat expreſſa mentio.
7 Imperio vacãte Papa vices imperatoris gerit, & in quibus.
Iudicis eſt æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio, & pronunciare, ibidem.
8 Iuriſdictionem non habenti dare priuatorum conſenſus non poteſt.
Leg. ſiquis in conſcribendo. C. de pactis. intellectus, ibid.
9 Prorogationem iudicis impedit error iuris, vel facti.
10 Quod, pro quia.
11 Ita ſi eſt, clauſula quæ reſpiciat in reſcriptis.
Reuocato, vel, reuocatis, ſi dicatur in litteris, quid differat, ibidem.
12 Epilogus, ſuffragium, & Additio gloſſarum, num. 13. 14. et num. 15.
Cap. Dilectus. 3. de praben. intellectus, ibid.
15 Per compromiſſum non expirat iuriſdictio, licet primum per ſecundum compromiſſum finiat.
Pœnitere licet ante litis conteſtatio. adeuntibus non ſuum iudicem, eo. num. §. in gl. vlt.

CAPVT XXXVIII.

a 1 Significantibus. [a] C. Delegatus † qui pronunciauit ſe iuriſdi. non habere, etiam de conſenſu partium cauſam reaſſumit. Et primò appellans narrat factum. ſecundo Papa dat ſibi iudicem. ſecunda ibi, ideoque[Vidua] 33. diſtinct. vide

dua [Mētiens] fortè fraude; forte ſimplicitate; de hoc
2 in fi. 2. gloſſ. [Et diues] & ſic non † miſerabilis, licet vi-
dua. nam miſerabilis eſt is, ſuper quem natura moue-
tur ad miſerandum, vt diutino morbo grauata, vel fa-
tigata, & debilis. C. quando imperator inter pu. & vi.
l. vna. vel pauper oppreſſa, vel deſolata. 87. diſtinct.
deſolatos, & dicam plura exempla. Igitur iſta cum eſt
nobilis, & diues, & per conſequens potens, cum pe-
cuniæ obediant omnia, eccleſiaſtici 10. g. ergo non
miſerabilis. contra viduas vide in Hieron. ad Ocea-
num de morte Fabiolæ, & ad Principiam: pro eis ad
3 Paulam, & Euſtochium, in fi. [Requiſitio] ex quo † au-
tem ſuus iudex ad requiſitionem eccleſiæ, vel ſuo mo-
tu incipit facere iuſtitiam, non eſt iudicis eccleſia-
ſtici ſibi mandare, quòd aſſignet breuiores terminos,
vel iudicem pro muliere, vel his ſimilia: ſed tunc ſo-
lum ſe intromittit, quando ſecularis iudex expreſsè
denegat iuſtitiam, vel id alias eſt notorium, infra eod.
cap. 1. lib. 6. ¶ Quod ſi ſit ſuſpectus de malitia, dicunt
quidam tunc ſibi poſſe per eccleſiaſticum iudicem præ
fici terminum, quo procedat, & finiat, qui ſi. ſint le-
git. cauſam, & cap. lator, de reſtit. ſpol. frequens, lib. 6.
de offic. ord. irrefragabili. §. exceſſus; & hoc placet Ho
ſtien. licet aliqui contra; & hoc ſecūdum quoſdam in-
4 telligitur, ſi viduæ ſunt diuites. ¶ Quid † ergo ſi ſunt
b pauperes? [b] tunc indiſtinctè poſſunt conqueri eccleſiæ
non ſolum de oppreſſionibus, ſed etiam de alijs iuri-
c bus, 31. quæſt. 3. ſi quis de potentibus. infra [c] de verb.
ſignific. ſuper quibuſdam. § cum autem. & idem intel-
ligas de peregrinis omnibus, qui ſunt de foro eccleſiæ
quo ad res, quas portant; & iniurias, quas patiuntur,
& contractus initos in ipſa peregrinatione. 24. quæſt.
d 3. ſi quis Romipetas, & cap. ſeq. [d] Idem de mercatori-
bus, ſi in theloneis grauentur, vt in eiſdem capit. Idem
de manumiſſis ab eccleſia, vel ei commēdatis, de his,
qui ad eccl. confu. 87. diſtinct. eos, qui, & cap. ſeq. C. de
his qui ad ec. confu. l. fi. de immu. eccl. inter alia. Idem
de pœnitentibus. 11. quæſt. 1. aliud. Idem de officiali-
bus eccleſiæ, libertis, ruſticis, vxoribus, filijs, & ſeruien
tibus. ff. ad muni. aſſumptio. ff. de iuriſdict. om. iudic.
cum quidam. C. de epi. & cler. l. 1. & 2. 79. diſtinct. iudi
catum. Idem de ſenibus, & omnibus libertis. 87. diſt.
cap. 1. & cap. liberti. Idem in cæcis, mutilatis membris,
leproſis, captiuis, debilibus, furioſis, ac diuturno mor-
bo fatigatis. C. quādo impera. inter pu. & vi. iud. l. vni-
ca. infra de cenſi. licet. 7. quæſt. 1. cum percuſſio. infra
de eccleſ. ædi. cap. 2. infra de reſtit. ſpo. ca. 1. C. de epi.
audi. iudices. ſupradictæ perſonæ & conſimiles miſe-
rabiles ſunt de foro eccleſiæ. adeo, quòd ſi grauentur a
ſuis iudicibus, poſſunt ad eccleſiaſticum iudicem ap-
pellare, & ipſum per ſimplicem querelam adire. 87. di
ſtin. libertos, & liberti, & cap. in religioſum. Sed quod
dicunt de app. falſum eſt: immo potius eſt ad iudicem
e ſuum ſecularem, & ſuperiorem gradatim [e] appellatio
facienda. 2. q. 6. anteriorum. hoc tamen eſt ſpeciale in
iſtis perſonis miſerabilibus: quia, quamuis eccleſia
reddat etiam non miſerabilibus omnibus iuſtitiā pro-
pter negligentiam ſecularium iudicum: tamen ſem-
per primo requirit iudices ſeculares. J. de fo. comp. li-
cet. Miſerabilium autem perſonarum querimoniā ſim-
plicem quandoque audit irrequiſitis etiam dominis
eorundem, ne nimis fatigentur pro iuſtitia obtinēda.
89. diſt. per totum; & ſic intellige J. de fo. comp. ex te-
nore. Alij dicunt, q nunquam habet eccleſia ſe intro-
mittere etiam de his, niſi in defectum iudicis ſecula-
ris, ſecundum Innocent. ſed Hoſt. remittit de hac ma-
teria, vt plene not. J. de fo. compe. cum ſit generale, &
c. licet, & c. ex tenore, & c. ex parte. Cruceſignati vero
omnino ab eccleſia defenduntur, ſecūdum Innoc. pro-
ut legitur & not. J. de Iudæis, ad liberādam, Hoſt. Hoc

5 † autem notādum, q perſonæ miſerabiles facilius ſunt
exaudiendæ, quam aliæ; & q reſcriptum contra ipſos
impetratum non valet, niſi de ipſarum miſeria expreſ-
ſam faceret mentionem. C. quando impera. inter pu.
f & vidu. l. vnica, ſecundum Innoc. [f] & adde not. J. e. ſu-
per verbo, exhibere, ſecūdum Hoſtien. [Ipſi] rei appel-
lantes [Exhibere] & dominus paratus erat reddere:
alias contra, de fo. comp. ex tenore, & cap. ex tranſmiſ-
6 ſa. hoc † enim regulare eſt etiam ſecundum leges, q
in defectum iudicis ſecularis, ſiue quia non habetur,
ſiue quia recuſatur, ſiue quia iuſtitiam facere negligit,
ſiue quia notoriè ſubditum lædit, nedum Papæ, ſed
etiam epiſcopi eſt iudicare, & in melius reformare, in
auct. vt diſ. iudi. 1. reſpon. & §. ſi tamen contigerit, &
7 §. in ciuitatibus, col. 9. hinc eſt, q papa † vacante im-
perio in talibus vices imperatoris gerit. J. de fo. com-
pe. Licet, Hoſt. [Pronunciarunt] quod dicit lex, iudicis
eſt æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iud. ſi quis ex
g aliena, ſup. & pronunciare, vt hic, & Goffred. vide quod
ſcripſi in Spec. de cita. §. 1. ſuper verſic. Item generali-
ter. Gloſſ. autem Vinc. ſuper hoc verbo, quam allegat
Guil. in Spec. de expenſis, ſuper verſic. 9. ibi poſui, in
h fi. [h] [Demum] id eſt lata dicta interlocutoria [Ad eorū-
dem] Iſti non iudices, vt ſequitur; & ideo non valuit
8 † tale pactum: quia priuatorum conſenſus, vt in gloſſ.
ſed contra. C. de pactis, ſi quis in cōſcribendo. Sol. di-
xerunt quidam. l. illam intelligi, quando pactum in
ſcriptis redigitur. hæc vero decre. quando fit ſine ſcri-
ptis. Sed reprobatur hæc ſolutio. C. de pact. l. pactum,
quod bonæ fidei. alij dixerunt, quòd lex illa loquitur
in reo: hæc decre. in actore. Sed hic ex littera patet fal
ſum. præterea non debet licere reo, quod nō licet acto-
ri. ff. de reg. iuris, non debet. dicit Innoc. q illa lex lo-
quitur, quando quis habet plures iudices ordinarios,
ſicut habent ſcholares Bon. Poteſtatem, Epiſcopum,
& magiſtrum; quo caſu ſi ſcholaris, dicit Hoſt. laicus
facit pactum de litigando ſub vno, bene tenet, vt ibi.
hic autem loquitur, quando fit pactum, vt delegatus,
cuius iuriſdictio expirauit, illam reaſſumat; quod fieri
non poteſt, vt in princ. dixi. vide quod de priuilegio il
lo dicam J. de foro comp. ſi diligenti, ſuper gloſſ. ſic er
go, & de materia gl. e. tit. dilecti [Redirent] prout de iu
re deberent; vel dic innitebantur priori commiſſioni,
9 ſic errabant in iure, vel in facto, quorum † alterum pro
i rogationem impedit. C. de iuriſdictio. om. [i] iud. l. 1. In-
noc. [Terminum] expreſſum in compromiſſo [Reſum-
pſerunt] de facto, vel quantum in eis fuit [Iidem] ma-
10 ter, & filius [Quod] pro quia, Pe. & Ab. [Abſoluti] quo
ad iuriſd. non quo ad petitionem, Hoſt. [Eoſdem] co-
11 ram ſe [Si eſt ita] omnia † ſuperiora reſpicit, de reſcrip.
olim [Reuocatis] hic faciebat Hoſtien. illam differen-
tiam inter verſicul. reuocetis, & verſicul. reuocato, de
qua dixi ſupra de reſcript. ſignificante, in fi. ¶ Prima
12 † gloſſ. ponit dictum, cui ſi. contrarium, & ſoluit. ¶ Se-
cunda gloſſ. reſpondet per quæſtionem, an bene pro-
nunciauerint iudices, & dicit quòd non, quo ad vnam
except. quo ad aliam diſtinguit. ¶ Vltima gloſſa, quæ-
13 rit, & ſoluit. ¶ In gloſſa prima [ibi. l. vna] vide in
capitul. ex tenore, ſuper gloſſa ſecunda. ¶ In ter-
tia gloſſa, [ibi, ſi cum dies, in principio] vide in
14 gloſſ ſequent. ¶ In † gloſſa prima [ibi, ex tenore] vbi
de hoc. ¶ In gloſſa ſecunda [ibi, Amiſerunt] con-
tra infr. de præben. dilectus. 3. Solu. ibi procedunt au-
K ctoritate ſecundi reſcripti: vel ibi malè [k] fuerat pro-
nunciatum; hic benè, Hoſtienſ. vel ibi fortè fuerat
appellatum ab illa pronunciatione [& ibi, Eis da-
re] ad hoc infra eodem, iudex, in fine libro ſex-
to, [& ibi, Per ſimplicitatem] ponebat Abb. exem-
plum in procura. dominæ, qui per ignorantiam, vel
ſaltem domina ignorante ipſam in litteris, quas
impe-

Impetrauit, pauperem appellauit.¶ In glo.quod fieri
15 [ibi, Ad iudicem] non † ergo expirat iuriſdictio per
l compromiſſum,[l] licet expiret primum compromiſſum per ſecundum. & de hoc & quæ ſit diuerſitatis ratio, no. in Spec.de arbi.§.finitur,in fin.& dicam de arbi. innotuit,ſup.1.gloſ.¶ In gloſſa vltima[in fi.]dicebat Phi.quod etiam eo caſu ante litem conte.licebat pœnitere.ff.de iuriſdict.omn.iud.ſi conuenerit, ex quo non erant aliàs ſui iudices;de hoc ſ.de iud.c.1.

ADDITIONES.

a Significantibus.Nota vnum,ad quod inducit hunc text.contra Rapha.Comen.d.Philip.in c.dilecto, de appell.in repe.col.11. ver.ſed aduerte.

b Pauperes,Vide per d.An.Barb.& latiſſime per d.An. Pomum in c.ex tenore,de fo.compe.

c Infra.Vide de fo.compe.ex parte B.& eo.tit.ex tenore,& hic in glo.1.& per ibi no.& hic videtur, quod vidua diues non ſit de foro eccleſiæ,niſi ſpoliata.pauper eſt de foro eccleſiæ commulatiue,non priuatiue.

d Et c.ſeq.Et vide inf.de treu.& pace.c.ſi.& de peregri.c.vno, & ibi Io.An.

e Gradatim.Licet ergo tales pſonæ poſſint per ſimplicẽ querelã iudicem adire eccleſiaſticum, non tamen poſſunt per appellationem a ſeculari iudice interpoſitam. ad materiam vide quod no.in c.ex tranſmiſſa.de foro compe.

f Inno.Et hanc opi.videtur ſentire Guil.in Spec. de compen. iudi.adi.§.1.ver.29.in glo.1.hic.

g Hic.Niſi ſit talis exceptio,quæ ſigillet perſonam iudicis,de quo per Innoc.ſup.eod.cum ſuper,& per Bar.in l. quidam conſulebat.ff.de re iudica.& vide Bartol. in leg.2.ff.ſi quis in ius voca. non ie.

h In ſi.Vide ibi Io.An.quia notabilis eſt gl.quæ diſtinguit inter expenſ. ad quas tunc non iudex condemnet, & executionem, quam non dicit tenere ibi tamen idem dicit & in excommunicationem ibi vide.

i Omnium.Error,& ignorantia an cognitionem impediant, vide Io.An.poſt Innoc.qui de hoc dubitat,in c.prudentiam, ſuper gl.ſecunda,in ſuppletione magna.ſup.e.ti.

k Male.Hæc ſo.non poteſt procedere:quia loquitur illa & iſta in delegato,qui ſiue bene, ſiue male,& c.l.iudex.ff.de re iud.vide Io.An.in contrario,& vide per Sal.in l.ſi quis in conſcriben.C. de pac.ad finem,& Bal.in l.1.C.de pæ.iudi.

l Compromiſſum.Facit Cle.quamdiu,de appell.& auten.ſi tamen,C.de tempo.appel.& vtrobique vide doct.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri electi ad cauſam recuſationis aſſignant recuſanti terminum ad probandum, & quæ alia facere poſſint.nu.6.qui eſſe debeant,nu.5.*

Arbitros cauſam eiuſmodi diffinire,cogit delegatus qui recuſatur,ibid.

2 *Recuſationis cauſa aſſignanda coram eo,qui recuſatur, & in ſcriptis.*

Iudex,an ſua ſit iuriſdictio,cognoſcit,non autem an ſit ſuſpectus, & ratio,ibid.

3 *Prouocato quandoque ignoſcitur.*

Appellans non conuenitur coram eo,a quo appellatio, appellatione pendente,ibid.& nu.16.

4 *Per appellationem non fit iniuria iudici, ex qua poſſit iniuriarum agi,ſed qualis qualis.*

6 *Ad arbitros an eatur,ſi contra iudicem opponitur excommunicatio.*

8 *Recuſatus iudex eſt iudex, & ſi non eſſet, non poſſet recuſari.*

9 *Diſcordes arbitri ſi fuerint,quis adibitur.*

10 *Maior pars etiam arbitrorum,tertio etiam,ſi adijciatur, numerato,intelligitur poſſe expedire negotium commiſſum.*

Clauſula,quod ſi non omnes, duo veſtrum.intelligitur a iure ſemper adiecta,ibid.

11 *Cogendi quibus modis arbitri ſint,quando oportebit.*

12 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum,nume.13.14. & num.15.16.17.*

15 *Arbitrium hoc eſt neceſſario recipiendum, ſecus in cæteris voluntarijs,de quibus l.3.citata loquitur.*

Arbitri hi quam iuriſdictionem habeant, & vtrum, pronunciato ſuſpecto iudice recuſato,de principali poſſint cognoſcere,ibid.

16 *Recuſatione pendente recuſati,appellatione pendente, iudicis,a quo,officium ſilet, & in quo alias ipſi differant.& numer.3.*

17 *Arbitrorum poteſtas quo caſu finiat.*

Contumacia partis etiam recuſantis non facit ceſſare arbitrorum officium,niſi totus elabatur terminus eis aſſignatus, ibidem.

CAPVT XXXIX.

1 Suſpitionis. † Caſus. Arbitri electi ad cauſam recuſationis aſſignant recuſanti terminum ad probandum: delegatus tamen, qui recuſatur, cogit arbitros cauſam diffinire.2.ibi, ab ipſo[Aſſignata]coram
2 † eo.infra de appel.ſecundo requiris.1.reſpõ.& in ſcriptis.C.de iudic.apertiſſimi,Hoſtien.[Non ipſe]iudex recuſatus;alias tamen bene cognoſcit iudex,an ſit ſua iuriſdictio.ff.de iud.ſi quis ex aliena: quia tunc non ſic afficitur perſona, ſicut quando recuſatur, Goffr.quod
a vide not.de appell.ſolicitudinem,in gloſſ.ſed quare.[a]
3 in fin.[Prouocatus]& ignoſcitur † quandoque ei, qui prouocatus vult vlciſci. ff.de bo.li.qui cum maior.§.ſi libertus. Sed quod ignoſcitur, vicio non caret.13.diſtinct.nerui, in fin.ſic & ille, qui appellat, appell.pendente,non conuenitur cum effectu coram eo, a quo appellauit.infra de appel.ad hoc ſi in vna.quamuis enim
4 † appellando; non faciat quis iniuriam iudici,ex qua poſſit iniuriarum agi. C.de appell.& in omnibus: tamen qualiſqualis iniuria ſit iudici. C.de ſumm.trinit. l.5.in princip.Goffred.& C.de epi.au.l.2.& ff.de arbi.
5 litigatores, Hoſtienſ.[Arbitri]qui † non debent eſſe laici, ſecundum Egi. de hoc infra de appellat. legitima,in 4.gloſſ.libro ſexto.& in Specul.de recuſa.§.fin.
b verſicul.& nunquid poſſunt.[b] an autem eatur † ad ar-
6 bitros, cum contra iudicem opponitur excommunicatio, vide quod dicam infra de exceptio.pia, ſuper verſic. index.libro ſexto.[Probatio]ipſius cauſæ recu-
7 ſationis propoſitæ[Omnia]vt † locum teſtibus aſſignare,eos compellere, & punire, ſi in falſo deprehendantur. Diſcutere perſonas teſtium, admittere exceptio. in perſonas,& dicta,pronunciare veram,vel falſam ſuſpicionis cauſam: deficientem in expenſis condem-
c nare,Goffred.& Hoſtien.[c] (Ad hoc)ſcilicet probandũ
8 recuſationis cauſam (iuriſdictio) licet † enim recuſet, iudex eſt; immo ſuperfluum eſſet recuſare, quem non conſtat iudicem, vt dicam de re iudic.intermona,ſuper 3.gloſſ.in fi.(Et cætera) debet ſcribi extensè, non
d ſicut ſup.c.proxim.in fine[d] (Iidem)arbitri(Diſcordes
9 † fuerint) in ſententia proferenda, non iam lata: quia tunc recurreretur ad ſuperiorem, ff.de re iudica.duo
e iudices,[e] Vincent. vnde dixit Hoſtienſ. quòd diſcordes erant, quia vnus dicebat cauſam iuſtam, vel probatam, alter iniuſtam, vel non probatam. Guilhel. contra, ſcilicet quod huic decre.ſit locus,etiam ſi di-
f ſcordes fuerint in ſententia iam[f] lata.hoc no. in Specul.de recu.§.vlt.verſicul. quid ſi arbitri diuerſas, & in verſic.2.ſed nunquid, & ſuper illo aliqua inuenies. quę hic recitat Innocen.(Vel)ſupra ſi nullo modo poſ-
10 ſunt, vel nolunt concordare[alter † eorum] ſi tertius diſſentiat. Idem ſi tertius ſit abſens, ſecundum Innocent. ſecundum quem ſemper a iure intelligitur adiecta clauſula, quòd ſi non omnes, duo veſtrum, argum.hic, hodie etiam in alijs arbitris tene quod ha-
11 bes de arbitr.cap.vlt.libro 6.(Cogendi)per † cenſu-

ram eccleſiaſticam, inf. de verb. ſign. quærenti. 34. diſ. quorundam. 74. diſt. Honoratus. ſupra eod. ſane, vel in dicta mulcta. ff. ſi quis ius dic. non ob. l. vna, de hoc ſ. eo. de cauſis, vel captis pignoribus, inſt. de ſatiſd. tu. §. fi. inſti. de excu. tuto. 1. reſpon. ff. de lib. ag. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his, Innoc. & Hoſti. [Prorogetur] per
12 prorogationem articuli ſuſpi. Goffred. ¶ Tertia † glo. dat ſimile, quærit, & ſoluit. Iterum quærit, arguit negatiue, ſoluit contrarium. not. demum hic ſpeciale, tractans, qualis ſit iuriſdictio arbitrorum. in fi. not. tria tempora. ¶ Vltim. gloſſ. obiicit, & ſoluit, quærit, ſol-
13 uit. ¶ In † gl. 2. [ibi. §. 1.] alias 2. vide in præalleg. capitul. cum eccleſia, ſuper 3. gl. [& ibi, lege vna] loquitur de illo, qui appellauit in vna cauſa, qui non propter hoc recuſat iudicem in alia. ¶ In 3. gloſſ. [ibi. §. hæc autem actio] in hac l. & duabus ſequentibus arbiter ponitur pro iudice. ¶ In gloſſ. vltima [ibi, in fun-
14 do] vide de ſimon. nobis, ſuper 3. gloſſa. ¶ In † gloſſ. 1. in fi. Idem no. in decre. cum ſpeciali. in 4. gloſſ. ¶ In gloſſ. 3. [ibi, Debet appellari] inf. eo. ab arbitris, libro
15 ſexto [& ibi, lege tertia. §. 1.] ibi, loquitur † de compromiſſo voluntario, hic de neceſſario, ſine quo non poteſt expediri iuriſdictio delegati. Hoſtien. [& ibi, Quaſi ordinaria] ſecũdum Hoſtien. delegata, qui dixit eos de principali cognoſcere debere, iudice recuſato. Et dixit eos delegatos illius, qui dederat delegatum recuſatum, probans hoc per l. C. de iudi. apertiſsimi, in fi. & inf. de appellat. cum ſpeciali, ver. ſciant hæc opinio, quæ fuit Dama. in quæſtione huius tit. 17. non placet, nec de facto ſeruatur, & de hoc vide in Specu. de recuſa. §. vlti. in princ. & per totum §. vide materiam huius decre. & ſecundum illam opi. oporteret arbitros eſſe in dignitate, vel perſonatu, vel canoni. eccleſiarum cathedralium, per decret. ſtatutum, de reſcrip. libro 6. & ſuper illa ſua opinione Hoſtienſ. remittit ad ſummam, eod. titu. §. & qualiter finiatur, ſub §. nec illud. §. quis ſit effectus, verſi. ſed quid ſi cauſam admittant, & ſequen. Et vide etiam de appellat. ſecundo requiris, in fine [& in fine] non corrigitur, ſed dic vt ibi not. in gloſſ. ipſum recuſatum. ¶ In gloſ. vlt. [ibi. §. præterea] ſup. eod. cum ſuper, & inf. de appel. ſe-
16 cundo requiris. vnde ſicut † appell. pendente ſilet illius officium, a quo eſt appellatum. 3. q. 6. appellatione, & inf. de appell. dilectis, ſic videtur in recuſatione dicendũ. ſed in appel. aditur ſuperior, in cuius reuerentiam ſilet inferior, qui nec ipſum habet corrigere; de maior. & obed. cum inferior. quę ratio ceſſat in recuſa. in qua itur ad arbitros, maxime quia is, qui appellatur communiter vnus eſt & ſolus: arbitri vero plures. In iſtis enim timetur diſcordia, non in illo, ſecundum Hoſtien. & facit quod not. infra. eod. ſi contra vnum, in fi. libr. 6. (& ibi, Conquieſcit) hac ratione placet hic
17 Innocen. quod ſi aliqua † pars etiam recuſans ſit contumax in certo actu, vel articulo coram arbitris non comparens, non propter hoc delegatus reſumet iuriſdictionem, niſi totus labatur terminus per eum arbitris aſsignatus; alleg. decret. cum ſpeciali. infra. de appellatio. facit de electio. commiſſa, libro 6. in princip. & iſtud tenet Guiliel. in Specul. de recuſa. §. finali, verſiculo, ſed pone, quod partes [& in fine] dic vt infra, de appellatio. legitima, libro ſexto, & nota. hic Abbas, quod ibi nota. in vltima gloſſa.

ADDITIONES.

a Quare. Et ſuper illa per Io. And. & de cenſi. venerabili, & gloſ. ma. vltra medium, & facit ad no. ſup. e. cum ſuper, per Io. An. in gl. ma. & Bart. ff. de re iud. l. quidam conſulebat, quando. ſ. exceptio ſigillat iudicis honorem.

b Poſſunt. Vbi vide Io. And. & vide Io. An. ſuper d. gl. & de arbit. contingit, in gl. 1. & ſuper illa.

c Hoſtienſ. In iſtis arbitris hoc eſt verum, qui ſunt iudices: in aliis voluntariis ſecus, quia non habent iuriſdictionem. l. vna. C. de arbit.

d In fi. Et de vtroque vide Bart. quando breuiatura notariorum reperitur, in l. Gallus. §. idem creden. ff. de lib. & poſthum.

e Iudices. Facit, quod no. Io. And. de re iud. c. ſi ſuper verſic. compromiſſo.

f Iam Et dictum. Vin. poſſet eſſe verum, ſi eſſet vera opi. Hoſt. quod de princ. cognoſcat arbi. & in ſententia diſcordet, quod an ſit verum, vide Io. And. in c. legitima, de app. lib. 6. & vide per ipſum in ver. quid ſi. inf. alleg. & infra ſuper gloſſ. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegata ad perſonas non expreſſas in reſcripto, et de ipſarum conſenſu prorogari non poteſt.*
Iudicium pro iuriſdictione, eod. ad d. ſtionem, pendente.
2 *Excommunicationis, interdicti, ac aliàs cenſuræ ſententia, ne feratur in nos abſque monitione, & non ſeruato concilio generali, renunciare non poſſumus, & num. 3. & 6. & ratio, ibidem*
3 *Hæc etiam in pactum vel in conditionem nunquã poſſunt venire, niſi lata ſententia fuerit a iudice.*
4 *Excommunicationis ſententia poteſt ferri contra aliquem, niſi intra certum terminum ſoluat, & ligat, niſi appellet, & numer. 5. & 7. an lapſo termino & non facta ſolutione, ſit ligatus, ſi potuit ſoluere, & non ſoluit, & quo caſu, ibi. nu. 4. 5. & 7.*
Excommunicationis, & interdicti ſententia non eſt promulganda niſi in contumaces, ſi feratur purè, ibi. & num. 5.
6 *Forma iuris obſeruanda eſt a iudice in ferenda excommunicationis ſententia, licet partes renunciauerint.*
7 *Sententia ſub conditione licet dici non poſſit, dicta tamen tenet, niſi appelletur, & num. 8.*
8 *Prorogatio vt fiat, qua cautela vtendum.*
9 *Appellare quis non poteſt ab eo, in quem conſenſit ſemel, ne procedat, ſi expreſſè conſenſit.*
10 *Prorogationem quæ iura reſpuere videantur, eis partim hic reſpondet, partim remittit alio reſponſum.*
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 12.*
Prorogatio iuriſdictionis quibus fiat modis & in quem, & num. 14. & §. 1.
Prorogata iuriſdictio delegata ne ſit, an ordinaria, ad verſic. cum ſpeciali.
Succeſſoris vſque in aduentũ omnia debet agere proconſul, ibidem.
13 *Additio gloſſarum.*
In damnis incurſis, & lucris amiſſis ex eo quòd loco conuento ſolutio facta non fuit, quomodo habeatur eorum ratio, & iudicis officium expediatur, reiicit in alia loca, ibidem.
15 *Conſenſus in prorogatione præſtitus, licet diuerſis temporibus valet.*
16 *Prorogare ne pluries arbiter poſſit, cui data ſit prorogandi poteſtas, & quid ſi ad diuerſos prorogat dies, remittit.*
19 *Pœnarũ ſpiritualium iuriſdictio a nullo venit, niſi a ſolo Deo, uel eius uicario.*
Criminalium iuriſdictio a populo peruenit ad principes, ibid.

CAPVT XL.

1 P, Et G. Caſus. Delegata † iuriſdictio ad perſonas non expreſſas in reſcripto cũ de ipſarum cõſenſu prorogari nõ poteſt. Communis diuiſio. ſecunda ibi, quas huiuſmodi, ſiue dicas, quod abbas conſuluit Papam, ſiue quod ille laicus conqueſtus fuerit Papæ [Londonen.] ſupra ex eo [Pendente iudicio] id eſt, dum durat iuriſdictio, vnde videbatur prorogare poſſe. ff. de iudic. de qua re. §. prim. Vincen. [Tenebatur] a quo forſan mercatores

tores exigebant ſolutionem, vel aliam idoneam cautionem, ſecundum Ho. ſecundum quem prorogatio iſta ſuccedebat loco cautionis[Prorogare]§. hoc mo-
1 do[Excommunicationis]quærit Ho. an poſſit † in hoc renunciari beneficio concilii genera. de ſentent. ex-
2 commun. ſacro, ſcilicet quod nulla monitione a præmiſſa ad requiſitionem aduerſarii ferantur tales ſententiæ? & dicit quod non, ar. de for. compet. ſi diligen-
3 ti, cum ſuis concor. immo plus † no. hic Innoc. ſcilicet excommunicationem, vel interdictum nunquam poſ-
b ſe venire b in pactum, vel conditionem, vt ſcilicet ſine cauſæ cognitione, & contumacia proferatur. bene enim poteſt ſecundum eum eccleſiaſticus ordinarius, cuius iuriſdictio eſt debite prorogata, has ſententias
c ferre. c & eſt ratio primi dicti; quia tales ſententiæ ſunt ſolum promulgandæ contra contumaces. 11. quæſtio. 3. nemo epiſcoporum. 24. quæſt. 3. tam ſacerdos, & c. ecce. Quantuncunque ergo præceſſerit pactum de ex-
d communicando, d ſi non ſoluerit in termino, non eſt locus ſententiæ; quia forſan libenter ſolueret, ſed non poteſt, argum. inf. de iureiuran. breui. inf. de ſolu. Odoardus; vel miſit pecuniam per nuncium, qui infideliter egit, & ipſam retinuit. ꝟ. de pigno. ſignificante. ergo non eſt contumax, & per conſequens nec excommunicandus, vt patet in præ. c. nec pactum ſeruandum tanquam turpe. ff. de pac. ſi unus. §. pacta, & ſe. nec obſt dicas, quod imputandum eſt ei. ſi potuit ſoluere, & non ſoluit; & ſic videtur de culpa teneri, ar. ff. commodati vt certo. §. ſed interdum. ff. locati & conducti, videamus. §. ſed in hac locatione, & ſe. quia quamuis actio locati, & commodati dentur contra culpabilem, vt ibi, non tamen excommunicationis ſententia, quia non fertur niſi contra contumacem, vt dictum eſt, & probatur inf. de ſenten. excommunica. ſacro. vnde, ſi in culpa fuerit, & ſoluere potuerit, tamen nunc non excommunicabitur, ſi factus fuerit non ſoluendo, vt patet in eo, quod legitur & not. inf. de ſol. Odoardus.
4 Sed contra, ſi lata † ſit excommunicationis ſententia contra aliquem, niſi infra certum terminum ſolueret, elapſo termino excommunicatus eſt, ſi non ſoluit, niſi appellauerit, infra de re iudic. quod ad conſultationem. infr. de appel. præterea. & tamen poteſt eſſe, quod factus ſit non ſoluendo in termino aſſignato; & ſic non videtur contumax, nec rebellis. ff. de regul. iu. impoſſibilium. vel poteſt eſſe, quod res, quam debuit ſoluere, etiam ſi ſine culpa ſua periit. certum eſt enim, quod de culpa tenetur. ad hoc ff. quod met. cauſa. Item ſi cum exceptione. §. quod ſi homo, & §. ſe. ff. de rei vend. vtique, & l. præcedenti, & l. Item ſi verberatus. §. fi. de leg. 1. cum res. ff. ſi cer. pe. quod mihi. & tamen ſententia ſortitur effectum, ſaltem ex quo intra terminum potuit ſoluere, & non ſoluit, quamuis in medio tempore incipiat facultatibus labi, argumen. optimum. ff. de admi. tu. leg. quoties. §. nec quiſquam putet, & præce. & ſic patet, quod etiam non contumax hac ſententia ligatur. Sol. Dicunt aliqui, quod talis ſententia non ligat niſi illum, qui in termino poteſt ſoluere, & non ſoluit, vel culpa ſua factus eſt non ſoluendo, argum. optimum. inf. de rapt. capitul. 2. alioquin, ſi inculpabilem & imponentem intendit ligare iudex: talis ſententia ſicut continens errorem intolerabilem, nulla eſſet. ſup. eo. cum contingat. inf. de ſenten. excommu. per tuas. Alii dicunt, ꝙ ſemper eſt talis excommunicatus, etiam ſi ſine culpa ſua factus ſit non ſoluēdo: quia licet poſſit cadere in errorem, vel error inde ſequi, tamen ex quo error in ipſa ſententia non exprimitur, tenet ſententia. 2. q. 6. ſi ſententia, & not. ꝟ. de ſenten. excom. & re iudic. cap. 1. Iudex tamen poſtquam hoc cognouerit, debet talē ſine

difficultate qualibet abſoluere, arg. ꝟ. de ſent. excom. ſacro. & hæc opinio magis placere videtur Innocenti. Sed apertius Hoſtien. & adde quod not. de teſti. cog. capit. 2. hoc autem locum habet, quando ſententia lata eſt ſub condi. vt dictum eſt. vbi enim purè fertur ſententia excommunicat. non eſt ferenda ſententia, niſi contra contumacem, & rebellem, vt ſup. no. ſecundum Innocent. Quinimmo & quando conditionalis eſt, intelligitur ligari contumax. illa enim ratione ligatur, quia præcepto iudicis inf. terminum non paruit. illud autem poteſt dici ſpeciale in hac conditionali ſententia, quod liget, & ſi parere non potuit, &c. ratio: quia hæc ſententia eſt medicina animæ. 2. quæſt. 1. multi. vnde & tanquam fauorabilis dilatatur, vt not. infr. de ſentent. excommunica. cap. pen. quamis alii contradicant. eſt etiam ratio, vt cenſura eccleſiaſtica in maiori reuerentia habeatur, & magis ab omnibus timea-
5 tur: propter † quod nec ab ipſa appellari poteſt, ex quo ſemel ligauit. infra de appell. paſtoralis. §. fi. & no. inf. de offic. ordin. ad reprimendam. §. 1. & per hoc etiam patet, ꝙ aliud eſt in pacto partium, per quod ſolum ſine monitione non eſt ferenda hæc ſententia, vt no. ſup. e. gloſſ. circa princ. & aliud eſt in ſententia conditionali, quę adueniente termino ligat, vt eſt præmiſſum: & enim pactum partiū non poteſt iudicem aſtringere: ſed ſententia iudicis partes aſtringit ſic: quia nō eſt tantæ auctoritatis pactum, ſicut & ſententia. Sed & per pactum ſolum nemo obligatur, cum nec adhuc aliqua ſententia lata ſit, licet ex ipſo non ſeruato ferri
6 poſſit, ſeruata † tamen traditione artis noſtræ, quam iudex ſeruare debet, quantuncunque partes renunciauerunt, vt patet in eo, quod not. de ſenten. excom. cum medicinalis. ſententia vero conditionalis & ſi non liget citra terminum, ipſo tamen elapſo ligat: quia
7 iam lata eſt. Nam † & ſi ſub conditone non ſit ferenda etiam alia quæuis ſententia; lata tamen tenet. 2. quæſt. 6. biduum. & hæc ſub condi. etiam ferri poteſt. 5. quæſt. 1. quidam. nec habet, vnde queratur is, contra quem fertur niſi de gratia, cum & ſoluendo, vel ſaltem appellando poſſit interim prouidere, vt patet. de ap-
8 pell. præterea. ex præmiſſis † colligi poteſt, quòd ſi quis ſibi cautè vult prouidere, debet ſibi cauere, ne ſolum fiat iuriſdictionis prorogatio; ſed ſtatim per iudicem, conſentiente & inſtanter petente, prorogante debitore, feratur in eum excommunicationis ſententia. niſi infra terminum plenè ſatisfecerit, vt præmiſit. tunc
e enim nulla alia monitio eſt neceſſaria: quia dies e pro homine interpellat. infra de locato. capitu. fin. in fin.
9 nec valebit † appellatio, ſi appellet interim: quia ex quo in hoc ſemel conſenſit, in alterius præiudicium diſſentire non poteſt, argum. infra de prob. per tuas. §. fin. ad fi. cum ſuis concor. & de re iudic. cauſam quæ. non enim grauatur niſi a ſeipſo. vnde nec poteſt dein-
f de conqueri, f argumen. infra de appell. cum ſpeciali. §. porro. ſecus, ſi expreſſe non conſenſiſſet, ſed contra inuitum eſſet lata ſententia; & ſic loquitur & tollitur contra intra de appellat. ſecundum Hoſtien. & ſic ſeruamus[Occaſione] ſcilicet prorogationis prædictæ, & ſolutionis non factæ, Hoſtien.[Cum huiuſmodi]ſcili-
10 cet delegata[Perſonas]not. quia † non dicit, res, & ſic ſoluitur contrarium, de mutu. pe. c. 1. & 2. vbi beneficio reconuentionis prorogatur iuriſdictio delegata ad res alias; & dic vt ibi, & ſupra eodem. cum olim. 1. gloſſa penultima. Item contra. ſupra eodem, c. 1. ibi ſoluitur in gloſſa final. Item contra. infra de alien. iud. mu. cauſ. fac. capit. 1. ibi ſoluit in fi. penultimæ gloſſæ. Item contra. ſup. eodem prudentiam, in fi. dic vt ibi.
11 ¶ Vltima gloſſa, ſ diſtinguit triplicem prorogationē
g temporis, rei, & perſonæ. demum quærit, arguit pro

& contra, & ſoluit; in fin. ſubdit de prorogatione
12 clericorum. ¶ In gloſſ. prima [ibi, lege ſecunda] ibi
ſunt ad litteram verba, quæ præcedunt [& ibi. C. eo-
dem titulo] puto quod allegare intendat C. de ſenten
tijs, quæ pro eo, quod intereſt. vbi dicitur, quòd per iu-
dicis ſubtilitatem habetur ratio etiam lucri. ¶ In
gloſſ. vltima [ibi, & quia] vide ne prælati vices ſu. cap.
ſecundo, ſuper gloſſa ſecũda [& ibi, Labeo. 2.] proroga
tio diei nec minuit, nec immutat conditionem, vel na-
turam compromiſſi [& ibi, Cum ſpecialis, in fine] ad
eum, qui dedit iudicem, appellatur ab arbitris, ſicut ſi
appellaretur a iudice [& ibi, Precarium] adhuc durãs:
ſecus, ſi iam eſſet finitum, vt ibi [& ibi, Meminiſſe] ſe-
quitur, oportebit vſq; in aduentum ſucceſſoris omnia
debere proconſulem agere, cũ ſit vnus proconſulatus.
13 ¶ † In gloſſa prima [ibi, iudicis officium] qualiter ex-
pediatur iudic. officium in hac parte, & quomodo ha-
betur ratio non ſolum damni, ſed etiam lucri, & quare
hoc remedium ſit inuentum, legitur ff. de eo, quod cer
to loco, l. 3. §. penult. & vlt. & l. 4. Hoſtien. ¶ In gloſſa,
ſic ergo [ibi, Beneficij] hoc verum ſuperiore ratum ha-
bente, ne ſit contra ſupra de renun. admonet, Hoſtien.
¶ In gloſſa, vnde videtur [in fine] & ſic quod potuit
&c. ſupra eod. cum ſuper. ¶ In gloſſ. vlt. [in princ.] Ho-
14 ſtien. hic volens plenius † dare prorogationis mate-
riam dicit duo eſſe genera hominum, ſcilicet clerico-
rum, & laicorum. 12. quæſt. 1. duo ſunt. Item duplex iu
riſdictio, ordinaria, & delegata, & vtraque duplex, ec-
cleſiaſtica & temporalis vel ſecularis. Item duplex pro
rogatio, ſcilicet expreſſa, & tacita: & expreſſa quadru
plex, ſcilicet de pſona ad perſonam, de re ad rem, de
loco ad locum, de tempore ad tempus. De primo ge-
nere hominum, ſcilicet clericorum breuiter ſe expedit
dicens, quòd clericus nullam prorogationem expreſ-
ſam iuriſdicti. ordinariæ facere poteſt quo ad perſo-
nam ſuam, vel beneficij ſui ſine conſenſu Papæ, vel
h proprij diœceſani, [h] remittens ad decret. ſignificaſti,
de foro competen. alleg. de cler. non reſi. fraternitati.
Tacitam autem facit de perſona ſua per actum con-
trarium, & per inobedientiam, ſecundum not. de vi.
& honeſt. cler. capit. fina. & de ſenten. excommunic. in
i audientia, & cap. perpendimus. [i] & quandoque de be-
neficio, vt patet de cler. coniu. cap. 3. & cap. diuerſis,
de renunc. quòd in dubijs. Laicus verò ipſam expreſ-
ſam indiſtinctè facit quo ad temporalia. ff. de iud. l. 1.
K & 2. [k] ff. de iur. omn. iud. l. 1. & 3. quo ad perſonam, vt
ibi, & quo ad rem. ff. de iudic. de qua re. §. 1. niſi ſit feu
dalis. de foro comp. verum, & cap. ex tranſmiſſa. quo
ad ſpiritualia verò ſecundum eum non poterit hanc ex
preſſe facere ſine conſenſu proprij iudicis, vt dictum
eſt de clerico. ad hoc de parochi. cap. 2. & 3. de pœnit.
omnis, de conſecr. diſtinct. 5. non omne. 2. tacitè verò
l hoc poteſt, domicilium [l] omnino transferendo. infra
de parochi. capit. fina. De loco autem ad locum ma-
ior iudex, cui eſt commiſſa prouincia, vel diœceſ. po-
teſt prorogationem facere quo ad iuriſdictio. ad ipſum
ſpectantem concedendo, ſcilicet iudici aliunde cum
ſuis ſubditis venienti, vt intra territorium ſuum ſe-
deat, & inter ſuos ſubditos iudicet, quod alias fieri
non poſſet. ff. de iuriſdict. om. iud. l. fi. de conſtit. ca. 2.
m lib. 6. [m] ſaluo quod dicitur in conſtit. Clem. de fo. com
n pet. quamuis. [n] & quòd poſſit concedi, ſatis probatur
infra tit. 1. nouit. De tempore verò ad tempus non fit
prorogatio iuriſdictio. perpetuæ ordinariæ. patet ra-
tio, quia quod habet a ſui natura, per prorogationem
o non recipit. [o] fallit in caſu, quo ſcilicet ceſſat ratio, ſci-
licet quando extranei prorogarunt iuriſdictionem or-
dinariam ad tempus; quo caſu prorogari poſſet vt
delegata dicetur, poſito etiam, quòd poſtea cede-
ret ex cauſa non famoſa. de hoc dicam infra eo. ca
pitulo ſecundo, & plenius infra titulo 1. nouit. De
perſona verò ad perſonam, vel, vt congruentius lo-
quar, de perſona ad iuriſdictio. vel de iuriſdicti. ad per
ſonam, nec a clerico, nec a laico expreſſe rogari poteſt
iuriſdictio delegata, vt hic, & C. de iuriſdictio. omn.
iudic. priuatorum. tacitè verò ſic in quibuſdam caſi-
bus, quo pro contrarijs hic ſignaui in vltima gloſſa.
de re ad rem bene prorogatur iuriſdictio delegata e-
tiam tacitè, nedum expreſsè, vt probatur ſupra eo-
dem, cum olim. 1. ff. de iudic. de qua re. §. fina. De lo-
co autem ad locum non propriè fit prorogatio iuriſdi-
ctio. delegatæ per principem ſecundum Hoſtienſ. cum
gerat vices eius, qui toti orbi præeſt. 11. quæſtio. ter-
tia, cuncta, & capit. per principalem. non obſt. de re-
ſcript. nonnulli: quia ipſum priuilegiat, ne rei trahan-
tur vltra duas dietas. & dato, quòd renunciarent par-
tes, quod poſſunt, non propter hoc prorogarent iu-
riſdictio. de loco ad locum: quia id poſſent iudices
ex conſenſu partium, niſi per ſe id haberent. & eſt ſi-
mile, quod not. de electio. ſuffraganeis, de transla.
capit. 1. de hoc dic vt de reſcript. ſtatutum. § in nul-
lo, libro ſexto. De tempore autem ad tempus bene
prorogatur delegata, niſi hoc eſſet inhibitum, vt di-
cam ſtatim in princip. gloſſ. remittit etiam *Hoſtienſ.*
ad ſummam, eodem titul. §. quibus modis [& ibi, Ad
tempus] intelligas, niſi hoc ſit inhibitum in reſcripto,
Philipp. ff. de iudic. l. 1. §. ſi & iudex [& ibi, De commu-
15 ni] ſatis eſt † vtranque partem conſenſiſſe, licet diuer-
ſis temporibus; de hoc in Specu. de arbitro. §. excipi-
tur. verſic. Item nunquid [& ibi, Arbitrium] nunquid
16 poſſit † arbiter, cui data eſt prorogandi poteſtas, plu-
ries prorogare. & quid ſi ad diuerſos dies prorogat, vi
de in Specul. de arbitr. præ. §. verſi. ſed quid ſi arbiter,
& ſeq. [& ibi, ad perſonam] Eſt quarta prorogatio
de loco ad locum, de qua dixi in princip. gloſſ. Di-
17 cunt † quidam, quòd eſt alia, de cauſa ad cauſam,
per decret. cordi, de appellatio. libro ſexto. Sed di-
cit Innocent. ſupra eodem, de cauſis, quod ibi po-
tius eſt omiſſio excep. quam prorogatio iuriſdictio. in
omittendo articulum appell. & cognoſcendo de prin-
cipali. ratio patet, quia in Papa, qui iudex eſt omniũ
non cadit propriè iuriſdictio. prorogatio, & illa proro-
gatio non poſſet fieri in archiepiſcopo, vt patet de fo-
ro compet. Romana, in princip. libro ſexto [& ibi, Per
errorem] vide quod poſt Innocent. dixi ſupra eodem,
prudentiam, ſuper gloſſ. 2. ſuper verſic. non poteſt, ver-
ſic. ſed neutra [& ibi, Habetur a lege] ſi dicas per viam
confirmationis, vel approbationis, non obſtabit ei,
quod tenet gloſſa [& ibi, Prorogatur] idem in locatio-
p ne, [p] & compromiſſo prorogatis. ff. loca. Item quæri-
tur. §. qui impleto, & ff. de arbitr. l. non ex omnibus.
§. vltim. Gotfred. (& ibi, Delegata) idem Gotfred. ſu-
pra eodem, cum olim. 1. (& in fi.) vnde dicit Innocen.
ſupra eodem, de cauſis, quoſdam dixiſſe, prorogatio-
18 nem † locum habere etiam in cauſis criminalibus, &
ſpiritualibus, & quo ad pœnas ſanguinis, excommu-
nicationis, & depoſitionis, dummodo iudices ſint
tales, qui habeant merum imperium, & qui habeant
poteſtatem talia exercendi, & puniendi, licet non in
iſtos, qui prorogant, argumen. pro ipſis, quia per re-
conuentionem licet prorogare; ergo per conſenſum,
vt not. de mutu. peti. capitulo primo, dicit ipſe Inno-
cent. quòd alij dicunt contra, & maximè in pœnis ſpi-
19 ritualibus, quarum † iuriſdictio, & poteſtas a nul-
lo venit, niſi a ſolo Deo, vel eius vicario, vt dicam
infra de reſtitut. ſpoliato. olim. 3. in gloſſa, petebat,
verſicul. poteſt & illud. Alia vero iuriſdictio & pote-
ſtas peruenit a populo ad principes, inſtitut. de iure
nu §,

na. §. ſed quod. dicit etiam Innoc. illud eſſe certum, q in foro pęnitentiali nullus poteſt prorogare poteſtatẽ abſoluendi ſine conſenſu proprij prælati, de pęn. & remiſs. omnis. nec eſt ſimilis ſecundum ipſum prorogatio iuriſdictionis, quæ fit auctoritate legis, ad illã, quę fit per conſenſum ſolum. dicit demum aliquos dicere, & fortè melius iuriſdict. criminalium, & ſpiritualium prorogari poſſe per ſolum partium conſenſum, dummodo iudices tales ſint, qui de hoc poſſint cognoſcere. Sed poteſtas excommunicandi, vel abſoluendi nõ; & hoc ibi placet Hoſtienſ. ſiue de ſpirituali fori pœnitentialis, ſiue fori iudicialis quæramus; alleg. decret. præalleg. omnis. & de foro competenti ſignificaſti. ad primum alleg. ff. de iudic. l. 1. & 2. & de iuriſd. om. iud. l. 3. & vide remiſſiones, quas dabo, de foro competenti, ſi diligẽti. ſuper prima gl. fatetur tñ Inn. q poteſtas cognoſcendi, & diffiniẽdi, an iuſta, vel iniuſta ſit excõmunicatio, & an ſit excommunicans puniendus, prorogari poteſt. nec obſtat ſecundum ipſum, quòd de prędictis non poteſt iri ad arbitros, ergo nec iuriſdictio prorogari: quia illud propter vtilitatem arbitrorum; quæ ratio ceſſat in iudicibus prorogatis. Abb. etiã hic tenet laicum in poteſtate excommunicandi ſe nõ poſſe ſubmittere non ſuo iudici.

ADDITIONES.

a Nulla monitione. Et an laicus poſſit ſe ſubmittere poteſtati alterius iudicis eccleſiaſtici, vt poſſit per illum excõicari, vide omnino Car. Flo. in repe. c. perpendimus, de ſen. excom. q. 17.

b Venire. Poteſt venire, non vt oriatur immediatè a pacto, ſed occaſione pacti oriatur a iudice, vt hic in tex. & gloſ. ſicut ergo, & apparet infra.

c Ferre. Monitione præmiſſa, non ex ſolo pacto ſine illa.

d De excõicando. Vide ſubtiliter per d. Bar. Soc. in l. quibus diebus, in §. quidam Titio, in vlt. col. ff. de condi. & demon.

e Quia dies. Vide d. Fr. de Are. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver. obl.

f Conqueri. Poſſet tamen propter impoſſibilitatem ſoluẽdi poſt ſententiam occurſam petere relaxari illam ſine difficultate, nõ obſt. conſenſu ſuo, iuxta no. per Io. And. de ſol. Odoardus, vbi vide.

g Gloſſ. Illa non eſt proprie prorogatio, quæ requirit partium cõſenſum, vt hic in gl. ſed iur. diſpoſitione reus conuentus actorem inuitum reconuenit. & idem in acceſſorijs ad petitionem, quæ inuito reo veniunt in cognitionem iuris diſpoſitione, vide Io. And. in c. prudentiam, ad fi. & ſuper gl. fi. & inf. videbis in cõtrarijs ſignatis.

h Diœceſani. Nec ſufficeret iſto caſu conſenſus inferioris prælati, qui etiam alias de cauſa illa cognoſcere poſſet; vide Io. And. in c. ſignificaſti, in gl. non putat, hic alleg.

i Perpendimus. Non eſt illa prorogatio propriè, de qua in iſtis iuribus, ſed conceſſio a iure alteri iudici puniendi clericos illos facta.

k Secunda. Ibi vide per Bar. & plenius in l. 1. §. & poſt operis. ff. de no. oper. nun. vbi ponit no. de iſta materia circa laicos, & alleg. gloſſ. no.

l Domicilium. Non eſt iſto caſu propriè prorogatio, & an ſit alibi peccando, gloſſ. no. 16. q. 1. c. 1. & an epiſcopus poſſit ſubditis concedere indulgentiam in alia diœceſi concurrentibus, vide in conſil. Oldr. & vide ad materiam illam, de qua hic, Io. And. in c. 2. de deſpon. impu. in gl. ma. ſua.

m Sexto. Pone exemplum ſecundum ll. per l. fi. ff. de iuſt. & iure, & vide Bar. in l. 2. ff. de iud.

n Quamuis. Et ibi vide no. in gl. ſuper verſic. indulgentiam, & requiritur in hac prorogatione conſenſus etiam ambarum partiũ. & idem no. Io. inf. tit. 1. nouit, ſuper 1 glo.

o Recipit. Quia perpetua eſt quoad vſque tenet prælatura quo ad ſubditos.

p In locatione. Vide difusè per d. An. Barb. in conſ. 14. in 2. parte in 8. col. in fi. vide d. Ale. in conſil. 132. in princ. in 5. volum.

SVMMARIVM.

1 Delegatus maior 20. annis dari poteſt a quocunque, & quãdo inuitis partibus, & inuitus. numero 2. & 8. a principe verò etiam minor. numero 3. & quæ in eo requirantur. numero 4.

a Leg. ſancimus. 1. C. de aduo. diu. iud. intellectus, verſ. qui ſic dicit.

3 Princeps minori 18. delegare poteſt, & minorem ea ætate ordinarium facere.

Contra principem diſputare ſacrilegij crimen obtinet, ibidem.

5 Epilogus, & Aditio gloſſarum, & numero 6. 7. 8. & 9.

7 Circa ętatẽ iudicis delegati ſtandum eſt huic interpretationi Papali.

Aetas maior requiritur in iudice, quã in aduocato, & procuratore negociorum, & ratio differentię qua ibid. verſic. nec obſtat.

8 Arbiter cuius eſſe debet ętatis, & nu. 9.

Sententia cuius delegati non teneat ex defectu ætatis, & quo caſu, eod. nu.

9 Ordinarius iudex, modo ſit pubes, eſſe poteſt, & ſententia ab eo lata tenet, ver. minor autem. & num. 3.

CAPVT XLI.

Cum vigeſimum. Breue eſt, & ſecũdum Abba. tria ſunt dicta. Pri-
1 mum, quòd † maior 20. annis a quocunque poteſt dari delegatus. ſecundo, quòd maior 18. etiam datur a quocunque de cõſenſu partium. tertiò, quòd princeps
2 in quacunque ætate delegat [Dari] non † ſolũ a principe, ſed a quocũque, qui delegandi habeat poteſtatem, ſm Innocẽ. [Potuiſti] etiam inuitis partibus, vt infra dicam. & etiam inuitus, ſi eras maior 25. annis, ſecundum Hoſt. qui ſic dicit intelligendum C. de aduo. di-
a uer. iu. ſancimus.[a] 1. ante finem [Delegatus] vide quod not. inf. de reſcrip. ſtatutum, in prin. lib. 6. in gloſſ. dignitas, & in gloſſ. habentibus igitur [Eandem] perfectam, ſcilicet 20. anno. [Scienter] quia ſciunt ætatem
b delegati; ita not. Azo in ſum. C. de iudi. §. 2. in fine,[b] Goff. [Conſentirent] conſentiente etiam ipſo, qui datur, ſecũdum Hoſtien. ex quo minor eſt 25. vt j. dicam
3 [A principe] is enim † minori 18. delegare poſſet: quia & minorem ordinarium facere poteſt, vt in l. quidam conſulebat, in fin. ſecundum Innoc. contra quem diſputare crimen ſacrilegij obtinet. C. de crim. ſacri. l. diſputari. 17. quæſt. 4. §. qui autem, in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. eo autẽ, ibi, quis enim &c.
4 colla. 2. [Non teneret] requiritur † ergo certa ætas in iudice delegato, & quædam alia, de quibus tetigi ſup. eod. ſi pro debilitate, & remittit Hoſtien. ad ſummam,
5 eod. titul. §. cui poſſit. ¶ Prima † glo. alleg. 5. concor. ſcilicet vnum contrarium, & ſoluit. ¶ Vlt. gloſſ. ponit triplex impedimentum. ſcilicet natura, lege, & moribus. de primo quo ad impuberem arguit a contrario, & illud determinat. Finis quærit obijciendo, & dupli-
6 citer ſoluit. ¶ In † gloſſa 1. [ibi, Cum in cunctis] vbi de hoc plenius [& ibi, Ad noſtram] vbi de hoc [& in fin.] ſic infra de electio. indemnitatibus, in princ. & infra, de ætate, & qualita. cap. vno, libro 6. Dic, quòd hæc ſunt de his, quæ pendent a principum voluntate, vt dixi ſupra de reſcrip. ſi quando. ¶ In gloſſ. 2. [ibi, Sit
7 minor 18.] Azo † intelligebat, dummodo non eſſet minor 17. per l. ff. de poſtul. l. 1. §. pueritiam. Accurſius videtur intelligere de minore, nondum tamen adulto. Hoſtienſ. dicit ſtandum huic interpretationi Papali. nec obſtat. §. quem inducit Azo: quia maior ætas requiritur in iudice, quam in aduocato. & ſatis patet ratio, quam etiam quo ad procuratorem negociorum reddebat Hoſtienſ. ſupra de procur. non iniuſtè, cum in eo non agatur, niſi de rei familiaris præiudicio. ff. de minori. cum mandato. ſit ergo quilibet ſibi moderator & arbiter, vt ibi, & Cod.
c man. in re mandata. [In iudice[c] verò agitur de aliorum præiudicio, & de publica honeſtate. vnde

non mirum, ſi in iudice requiritur maior ætas, [& ibi;
8 minor 20.] ab ipſo † principio, nec enim ſufficit, quod
pendente compromiſſo factus ſit maior, de hoc in Spe
cul. de arbitro. §. 2. ver. quid ſi pendente. [& in fi.] dice
bat hic Hoſt. finaliter in hac materia hanc diſtinctio-
nem tenendam, quam in parte tangebat Inno. Maior
25. annis dari poteſt inuitus, & partibus inuitis, & co-
d gitur ſententiam dare. Minor[d] autem 25. maior 20.
poteſt dari partibus inuitis, & ſi ſententiam dixerit te-
net, non tamen cogitur ipſam dicere, ſecundum Hoſt.
e Sed Inn. ſcripſit hic, quod cogitur, minor[e] vero 18. e-
tiam partibus conſentientibus non datur, niſi a prin-
cipe, ſic nec maior 18. ſi fuerit minor 20. niſi partes
ſcienter conſenſerint, poteſt dari, per conſequens nec
15 relam, ſuper 1. gloſſ. ¶ In † gloſſ. 1. [in fi.] hoc putat
verum Hoſtien. ex officio puro, & mero. vnde dicunt
Petr. & Abb. & poſt eos Guido, quod quando epiſco-
f pus viſitat, inquirit [f] etiam contra non infamatum,
de accuſat. ſicut olim, de cenſi. Romana. §. ſane. Idē,
ſi maleficium eſt commiſſum; ſed ignoratur quis fece-
rit illud, per leg. congruit. ff. de offic. præſidis. nec ob-
ſtant ſecundum eos iura primo allegata, quę loquun-
tur in ſpeciali, & ordinaria inquiſitione. hęc vero ge-
neralis & extraordinaria, & facit quod dixi de elec.
bone, 1. verſicul. licet autem, ſuper 1. gloſſ. ¶ In gloſſ.
g 3. [ibi, punire] de hoc infra de foro competen. cum [g]
ſit [& ibi, Indicet] vbi de hoc, & ſupra de officio dele-
h ga. paſtoralis. §. quia [h] vero [& ibi, Putat] ſi dicas, in-
formatus ex actis, ceſſat contrarium [& ibi, tan-
quam Deus] vel tanquam priuatus [& ibi contra con-
ſcientiam] ſupra & contra iuſtitiam [& in fin.] libro
16 ſexto. ¶ In † gloſſ. pen. ibi, adiuuatur, ad hoc 96. di-
ſtinct. cum ad verum, & cap. duo ſunt, & 10. diſtinctio.
ſi in adiutorium, & ca. ſeq. & in Lombar. vt epiſcopi,
& comi. ſibi inuicem auxiliū dent, in rubro, & nigro.
Sed ſecundum Innoc. in hoc eſt differentia: quia ſecu-
laris iudex cogi poteſt per eccleſiaſticum ad præſtan-
dum ſibi auxilium, ſed non e contra, ſ. eo. ad reprimen
dam. dicit Hoſtiē. quod melius facit, de iudi. qualiter.
nec mirum ſecundum eum, cum ſecularis ſit inferior.
infra tit. 2. ſolitę. bene facit ad primum dictum, de ex-
ceptio. c. 2. lib. 6. Eſt etiā ſecunda differentia: quia ſe-
cularis non habet examinare proceſſum eccleſiaſtici,
vide quod inf. dicam. eccleſiaſticus vero nunquam ad
petitionem ſecularis excōicabit, niſi ex cauſa rationa-
bili, & ſeruata forma canonica, de ſent. excom. ſacro.
eo. tit. cum medicinalis, cui nec per pactum renuncia-
ri poſſet, de hoc dixi de oſt. dele. P. & G. vnde ſi excōi-
candus aliquid rationabile voluerit obijcere, audie-
tur. 2. q. 1. nemo. dicit Hoſt. ꝙ Inn. hoc pro ſuo placito
reprobauit dicens, ꝙ nec eccleſiaſticus excōcabit pro-
ſcriptos ſecularis: nec ſecularis preſcribet excommuni-
catos eccleſiaſtici, quamuis eccleſiaſticus debeat vita-
re pro-

re proſcriptos, & in prædicatione ſuadere populo
quod euitet; & hoc fortius de excommunicatis ab ec-
cleſia debet facere ſecularis. Dicit autem Hoſtienſ.
quod ſecularis ad requiſitionem eccleſiæ poteſt & de-
bet excommunicatum proſcribere, cum & finaliter exi
gente rebellione debet animaduertere in eundem, vt
de verborum ſignificat. nouimus, de iudi. cum non ab
homine. infra eod. quoniam, in fi. & e contra eccleſia-
ſticus excommunicare debet proſcriptos & rebelles
iudicis ſecularis ad requiſitionẽ ipſius. 11. queſt. 3. qui
37 reſiſtit. illud autem certum eſt, quod † vterque vitan-
dus eſt, ſcilicet excommunicatus, proſcriptus, vel ban-
nitus, & neutri eorum vaſſalli ſunt obligati, donec ab
eccleſia, vel a rege fuerint reſtituti, vt li. feud. hic fini
tur lex conſuetudinis regni. c. domino guerram. vnde
dicit, quod vere neceſſaria eſt potentia ſecularis ec-
cleſiæ; & ipſa potentia ſecularis indiget ſcientia ec-
cleſiæ. nam plerunque eccleſiaſticus in potentia eſt
quaſi paralyticus, & ſecularis in ſcientia quaſi furio-
ſus. vnde rite agendo præcedere deberet ſemper gla-
dius ſpiritualis. Sed, vt ipſe refert, hodie in multis lo-
cis nec ſpiritualis inſtruit, nec corrigit, & ſecularis de-
biles malleat indiſtincte, iura eccleſiaſtica occupan-
do, de quo remittit ad ſummam, de treuga, & pace,
§. quod ſit iuſtum bellum, verſic. quid ergo de comi-
38 tibus. ea quæ ſupra dixi in gl. quia ſi faciunt † ad quę
ſtionem diſputatam per Ioan. de Monte Murlo de epi
ſcopo, qui cum excommunicaſſet prælatum diœceſis
ſuæ, quia non recipiebat eum viſitantem, qui tamen,
quia prius appellauerat, dicens ſe exemptum, & in poſ-
ſeſſione libertatis, & per eum nunquam viſitatum, ex-
communicationem contemnebat: propter quod epi-
ſcopus contra eum inuocat brachium ſeculare. præla-
tus ille dicit brachium non præbendum. quærebat
j quid iuris. pro epiſcopo inducebat, [i] quod ius com-
mune facit pro ipſo, ex quo monaſterium eſt in ſua diœ
ceſi. 16. quæſtio. 7. omnes baſilicæ, de reli. domi. de
xenodochijs, & ſic per eum viſitandum. 18. quæ-
ſtio. 2. viſitandi, non obſtante appellatione, quæ non
valet contra correctionem. infra eodem, licet, cum
concordan. non iuuat etiam præſcriptio contra viſi-
tationem, & correctionem. infra de præſcript. cum
non liceat. cum ergo præſumatur pro ſententia, de re
iudic. ſicut, pro appella. non, niſi probetur eius iuſta
cauſa, de appellat. vt debitus: debet ſecularis iudex
obedire epiſcopo inuocanti eius brachium, vt hic, &
in iuribus allegatis in penult. & vlt. gloſſ. nec eius eſt
cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia, ſed ſolum exequi,
vt ſupra dixi, cum executor ſit. 5. ti. 2. paſtoralis, §. quia
vero. In contrarium inducitur, quod non eſt obe-
diendum iniuſto mandato. 11. quæſt. 3. qui requiſiſti,
etiam ſi iuramentum interueniſſet, de iureiuran. ve-
niens. Sed hoc eſt iniuſtum. Nam, ex quo prælatus ap-
pellauit a monitione, & præcepto epiſcopi, quod ex
iuſta cauſa, vel ſaltem veriſimili, quod ſufficit extra
iudicium. infra de appellat. bonæ, a pendente nil de-
bet innouari, infra de appella. dilectis, & excommuni-
catio poſtea lata nulla eſt, eod. tit. ad audientiam. er-
go eius executio fieri non debet, no. ſupra tit. 2. ex lite-
ris in glo. penult. nec ad eam exhiberi debet brachium
ſeculare, quod non exhibetur ad præiudicandum, vt
hic. imo & ſi ſententia teneret, ex quo ab ea eſſet ap-
pellatum, ſuſpenderetur eius executio. infra de iure-
iuran. venientes. non obediet ergo ei iudex ſecularis
contra iura ſupra titul. 2. ſi quando, de reſcriptis, ſi
quando aliqua, maxime cum in dubio ſit deferen-
dum appellationi. infra de appellat. dilectis, ad fin.
Item in præiudicium papæ, vel illius, cui prælatus im-
mediate ſubeſt, non debet fieri executio, de re iudic.
cum ſuper. nam & ſine appellatione non teneret ex-
communicatio lata in exemptum, de relig. domi. cum
dilectus, & ſoluendo hoc tenuit, quod inuocare nõ po-
teſt, nec compellere, nec ille inuocatus obedire tene-
tur, dicens contraria loqui, quando iudex eccleſiaſti
cus procedit ſeruato iuris ordine contra illos, qui de
facto, non de iure ſunt rebelles, & cum non eſt appel-
latum ex iuſta cauſa; vel ille, contra quem procedi-
tur, non eſt in poſſeſſione libertatis, decre. paſtoralis,
§. quia vero. loquitur de ſententia iniuſte lata contra
ius litigatoris, a qua non eſt appellatum: ſecus, ſi con-
tra ius conſtitutionis, vt ibi not. facit de re iudic. de cæ
tero. nec dicitur condemnatus, qui appellauit: vel qui
a non ſuo iudice damnatus eſt, de appella. paſtoralis,
ff. de pęn. l. 1. §. fina. & ad materiam vide quod dixi ſu
pra titu. 2. cum in iure, poſt gloſſas, & fortius prædicta
procedent in delegato per ea, quæ dixi de officio de-
lega. ſignificaſti. ¶ In gloſſ. vltim. [ibi, attentare] vel
19 † quod ſibi per id vendicent laici, quod epiſcopi ſine
ipſis crimina punire non poſſint, ſecundum Goffred.
vel nõ ad præiudicandum ipſi delinquenti, ſecundum
Pet. & Abb. quaſi non puniat ipſum acrius, quam de-
beat, vel eſt ſenſus, quod non ira, vel indignatione pe-
tatur hoc, ſed zelo iuſtitiæ, vel ideſt per id non præiu-
dicatur iudicibus ſecularibus, quin & ipſi poſſint inde
iuſtitiam facere, hoc non placet Hoſtien. quia non iu-
dicat Deus bis in idipſum, nec de delicto vnius ho-
minis ſepius quæritur. ſupra titu. 1. licet, niſi dicas, ec-
cleſiaſticum iudicem punire pęna ſpirituali, vel pœni-
tentia ad correctionem criminis, de iudi. nouit. ſecula
rem vero quo ad pœnam temporalem, vel corpora-
lem, quod etiam non placet Hoſtien. pro eo, quod ec-
K cleſia debet defendere pęnitentes. 11. q. 1. [k] aliud [&
in fi.] in glo. no. quod.

ADDITIONES.

a ¶ Brachium ſeculare. Vide Ang. conſil. 159. inci. ſtatuto ciuita-
tis Florentiæ, & vide etiam Fede. de Senis in conſil. 163. incip.
In Chriſti &c. ſuper inuocatione, vbi multa de iſta inuocatio-
ne brachij ſecularis.

b ¶ Vno. Ibi vide gl. & Io. And. & quid veniat nomine ciuitatis,
vide Bart. in l. 1. ff de verb. ſignific. & quid veniat ſub nomine
diſtrictus, vide Io. And. de c… ocl. g. c. fin. lib. 6. & vide bonum
text. in cle. ne Romani. §. ſane, de elect. & ibi gl. & ſcias, quod ca
ſtra recommendata non includuntur ſub nomine diſtrictus, vi-
de no. in l. non dubito, ff. de cap. & poſtli. reuer.

c Eum De iure c… li non procedit indifferenter iudex ad inquiſi-
tionem, niſi in caſibus, qui no. in Spec. de inquiſi. §. fin. in prin. &
per Bar. in l. 2. ff de adul. & in extrauaganti, ad reprimen. & vtro
bi… e ponit regulas.

d Vnius. Illud ponit ibi poſt gl. in verſiculo, expeditis ſic text. &
gl. & vide in c. paſtoralis, §. quia vero, prælleg. & Bart. in l. a di
uo Pio, in princ. ff de re iudic.

e Adminiſtratores. Ibi vide Archid. de hoc, & 11. q. 1. ſtatuimus,
& vide Bar. in l. diuus, ff. de cuſto. & exhi. re. & vide do. Petr. de
Anch. in repet. c. ea quæ fiunt. in 10. q. de re. iur. lib. 6. & facit ad
prædicta, quod dicitur de iudice, qui petit remitti malefactorẽ,
an circa ea venit aliqua cognitio, vide glo. in clemen. paſtoralis,
de re iudi. & Old. conſil. 93. & Io. And. infra ſuper glo. pen.

f Inquirit. Et poteſt iſtud adaptari ad tertiam regulam, quam po
nit Bar. in l. 2. de adulte. quando, ſcilicet ſit generalis inquiſitio,
vide Io. And. in c. qualiter, el ſecundo, in gl. hoc verum.

g Cum. Ibi vide gl. fi. & ſuper illa Io. And. & plenius per d. Pet. de
Anch. in repe. c. ea quæ fiunt, de re iur. in 6.

h Quia. Et per Cy. in l. 2. vt quæ de aduo. et ibi per Bald. et d. Bar.
de Salic. et Io. And. in Spec. de diſput. et alleg. § ſatis clare.

i Inducebat. Vide ad hanc q. no. do. Pet. de Anchar. in repetitio-
ne regulæ, ea quæ, de reg. iur. in 6. vbi concludit, et recitat Old.
in quæſtione 89. quod tunc habet locum, quando eccleſiaſticus
iudex habet neceſſario hoc facere, ſcilicet implorare brachium
ſeculare, quia ipſe aliud non poteſt facere, vt dicitur in capit.
cum non ab homine, de iudi. ibi, ſi neceſſaria fuerit ex. cum
ſi. vide etiam ad hoc Inno. in cap. ſignificaſti, de off. deleg. quod

ipſe & Ioan. And. not. in capit. cum in iure, de officio delegat. fa-
cit textus in capit. paſtoralis. §. quia nec, eodem titulo, & text. in
l. epiſcopalem. C. de epiſcopo audien. & l. 2. C. de his qui latro.
8. quæſtio. 1. præſentatus, & quod not. infra eodem, quoniam,
in fin. & Specul. ponit in capit. primo. §. ſequitur, verſiculo, Sed
numquid, & archidiaco. de hæreti. vt officium, libro 6. in crimi-
ne autem hæreſis, quod eſt ius eccleſiaſticum, certum eſt, quod
nil ſecularis cognoſcet & brachium impartietur, vt in capitu.
vt inquiſitionis. § penultim. de hæred libro ſexto, & quicquid
Bartol. dicat in l. diuus de cuſto. reo. et vide etiam Barto. in l. a
diuo Pio. §. ſententiam, de re iud. ibi, verſic. quæro, pone & tex.
Bald.

k ¶ Quæſtio. 1. Vide de accuſa. de his, et quod not. Ioan. And. in-
fra de procura. tuæ, in gloſſ. quærit Hoſtien. et quod not. de pœ-
nis teme. li. in Specul. §. i. verſic. breuiter, et infra de pur. ca. cap.
penult. in gloſſ. forſan facit ad materiam, quod not. Cyn. Bald.
et Salyc. in l. qui ſepulchra, C. de ſepul. vi. et per Bart. in l. 1. ff. ex
bo. rap. et ff. de accuſ. l. ſenatus.

SVMMARIVM.

1 *Cum ſcit ordinarius non vt iudex, ſed vt Deus, vel homo ſub-
ditum eſſe criminis reum, indeterminate poteſt, non nomi-
natim eum arguere, vel punire et ſi ut iudex, quando proba-
tum ſit, eod. nu.*

2 *Indeterminate, idest in genere.*
*Excommunicatio generalis fieri poteſt, & quo caſu, & quo
precedente, ibid.*

3 *Iudę Criſtus non fuit proditor.*

4 *Supplementum ad decretalem.*
Iuſtitia nemini debet denegari, ibid.
*Excommunicare ne poſſit ſacerdos curatus etiam cum cauſa
cognitione perſonamque certam, ibid.*

5 *Sacerdotis tres ſunt conſcientiæ, & quomodo, & ex qua poſ-
ſit quod ſcit, dicere, neſcio. & quare nõ vtatur ſcientia, quo-
rum habet vt Deus, num. 6.*

8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 8.*
*Liceat an aliud in genere, quod non liceat in ſpecie, & nume-
ro 9. §. 1.*

9 *Additio, vel ſuppletio gloſſarum.*

10 *Excommunico, ſi dicatur, vnum, qui id fecerit, an ſit excom-
municatus: vel ſi dicatur, excommunico te, vel abſoluo, vel
excommunico, & abſoluo, vel ſi vterque duorum iudicum
dicat, excommunico te, ſi alter non excommunicat, an ſit ex-
communicatus.*

CAPVT II.

a 1 Si ſacerdos. [a] Caſus. Ordinarius † qui ſcit
non vt iudex, ſed vt Deus, vel
homo ſubditum eſſe criminis
reum, indeterminate poteſt, ſed non nominatim
eum arguere, vel punire [Iudiciario] dicit Hoſtienſ.
vel extraiudiciario, de quo ſupra capitul. proxi. [Poſ-
ſit] nec tunc, donec probatum ſit Hoſtienſ. & Pet. hoc
enim caſu poterit nominatim argui ſecundum Petr. e-
tiam ſi ille ſibi confeſſus fuiſſet, & facit quod dicam,
infra de pœnit. omnis, verſic. caueat [Indeterminate]
2 idest † in genere, vt in gloſſ. & ſic not. ſecundum Inno-
cent. quod de iure fieri poteſt excommunicatio gene-
ralis, quinta quæſtione prima, quidam, quod intel-
ligit Hoſtien. monitione generali præmiſſa, de ſenten.
excommunicatio. Romana §. ſed nec in ſpecie. nec ob-
ſtat ſecundum eum prædicta decreta. Romana. §. ca-
ueant: quia verum eſt, generalem excommunicatio-
nem non debere ferri, niſi ex cauſa rationabili: ſed in-
certitudo eſt rationabilis cauſa. ff. de rei vendica. quæ
b de tota. §. incertæ, [b] & ff. quorum legatorum, lege pri-
ma, §. nonnunquam [dixit Chriſtus] Matth. 26. nec in
3 † hoc fuit Chriſtus proditor, nec in eo, quod dixit Iu-
dæ. Tu dixiſti, vel cum dixit, Qui intingit &c. de hoc
de conſecratio. diſtinctio. 1. cum omne, & ſecunda,
quæſtione prima, ſi peccauerit, in gloſſ. ſecũda [Vnus]
ſecunda, quæſtione prima vnus [Illatum] per furtum,
vel ſimili modo [Petierit] a ſacerdote prædicto, qui
4 bene ſcit, quis fuit committens [Poteſt] & † debet. [c] ne-
c mini enim debet iuſtitia negari, infra tit. 1. inter qua-
tuor, in fin. patet ergo hic, quod ſacerdos excommu-
nicat, quod intelligas de curato; ſecundum Hoſtien.
qui remittit ad ſummam, de ſentent. excommunicat.
§. quis poſſit excommunicare, ſub §. nedum autem ius.
Abba. autem hic recitans opin. Lauren. qui dixit, preſ-
byteros excommunicare non poſſe, cum fiat excom-
municatio cum cauſæ cognitione, de hoc ſupra titu-
lo primo, nouit, dicit opiniones concordari poſſe,
vt ſi hoc habet conſuetudo, poſſint etiam cauſa co-
gnita, ad hoc, infra eodem, duo, de arbit. dilecti: a-
lias hoc non poterunt cum cauſæ cognitione: ſed ge-
neraliter ſic, vt hic. vnde dicit Petr. quod non poteſt
excommunicare perſonam certam [Excommunicare]
quinta quæſtione prima, quidam, & in ſcriptis, de
ſentent. excommunicatio. capitulo primo libro ſexto
d [Confeſſus [d] ſit] not. tres conſcientias † ſacerdotis,
5 vnam habet vt Deus: aliam vt homo de eo, quod
vidit, vel audiuit: tertiam vt iudex, interrogatus in
prima, ſecure dicat, neſcio. Gotfred. de hoc de pœ-
nitent. diſtinctio. ſexta, ſacerdos, in prima gloſſ. de
exceſſ. prælat. dilectus [Iudex ſcit] Dicit Hoſtien. hic
aperte probari, quod not. ſupra, capitul. proximo in 3.
9 glo. [Vt Deus] ſed nonne † ſacerdos celebrat vt Deus,
quare igitur non vtitur ſcientia, quam habet vt Deus,
cum non ſit in actu iudiciali, ſed potius diuino? re-
ſpondet Hoſtienſ. quod nec Deus omnes peccatores
expellit, imo tolerat malos cum bonis vſque ad diem
ſegregationis, Matthæ. 3. in fin. 23. quæſtione quarta,
capitulo primo, & per totum [Ingerat] qui ſi pare-
re noluerit nihilominus celebret [Iudam] quem ta-
men nominauit diabolum, Ioan. 6. in fine, & prima,
quæſtione prima, Chriſtus. ¶ Gloſſ. ſecunda ponit
7 brocardum: inducit † quatuor iura pro, & contra,
& ſoluit. ¶ Penult. gloſſ. quærit, allegat. pro, & con-
6 tra, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. ſecunda [ibi. §. qui quæ-
ſtionem] habens quæſtionem non quærit, an talis
commiſerit crimen, ſed quis commiſerit [& ibi, Mo-
ris. §. ſunt autem, ad fin.] inciuilis eſt pœna iubere ho-
minem facere, quod facere non poteſt. & hæc gene-
raliter tractando, ſed ſpecialiter tractando poſſet eſ-
ſe iuſta cauſa iubendi hominem negociari [& ibi. §.
quæſitum] non valet pactum factum ab illo, qui pro-
miſit iudicio ſiſtere, quod nullam exceptionem ap-
ponat: ſed ſi aliquas ſpecificat, valet quo ad illas [&
ibi. lege prima) creditor habens omnia bona debi-
toris obligata, non impetrat illorum dominium: ſe-
cus, ſi certas res habet obligatas (& ibi, Quæ res pi-
gno. lege prima) vide de iureiurando, veniens, ſuper
gloſſ. ſecunda (& ibi, obligatione) vide de priuileg.
paſtoralis, ſuper vltima gloſſ. ¶ In gloſſ. tertia (ibi.
§. maſculos) vide de ſentent. excommunicatio. a no-
bis, ſuper prima gloſſ. (& ibi. §. nominatim) vide
de priuileg. cũ & plantare, ſuper quinta gloſſ. (& ibi,
l. nominatim) vide de officio delegat. quoniam ab-
bas, ſuper tertia gloſſ. ¶ In gloſſ. penultima (ibi, duo
ſunt Titij) vide de officio delegat. quoniam abbas,
in tertia gloſſ. (& ibi. §. ſi duobus) vide de accuſa. cum
dilecti, ſuper vltima gloſſ. (& ibi, qui duos) vide de
præſumptio. capitulo ſecundo, ſuper vltima gloſſ. (&
ibi, lege penultima, & vltima) vide de accuſat. capitu-
9 lo tertio ſuper gloſſ. vltima. ¶ In † gloſſ. prima (ibi. cõ-
feſſus fuit) hoc ſequitur in textu. ¶ In gloſſ. ſecun. (ibi,
ſunt autem, ad finem) Hoſtien. allega. ad idem. ſecũda
quæſtione

quæſtione prima, vnus, de ſenten. excommunic. a nobis, infra, de iure patro. ex litteris. ff. de acqu. re. do. l. quadam. ff. de fundo dot. lege prima. ff. de contrahend. emptio. l. in modicis. & vide alias ad idem de re iudi. cum Bertoldus, ſuper vltima gloſſa[& ibi. 34. diſtinctio quando] alleg. 23. diſtinctio. quamquam, & ibi, de hoc[& ibi, inter cætera] & c. conſuluit. & cap. ſignificantibus[& ibi, lege prima] alleg. Hoſtien. ſup. titulo 1. quod translationem, de reſcript. ad hæc, de dolo, & contu. ex litteris[& ibi, ſolutio] idem Innocen. &
30 Hoſtien. ¶ In † gloſſa penultima[ibi, excommunico vnum] non dicit illum, ſed vnum ex illis[& ibi, Duo ſunt Titij] ad hoc. ff. de liberis & poſthum. nominatim [& ibi, qui duos] argum. 24. quæſtione vltima, capitulo vltimo[& in fine] de hoc, vndecima quæſtione tertia. §. cum ergo, Subditi. vbi etiam not. quid iuris, ſi di
31 cat † iudex, excommunico te, vel abſoluo: vel excommunico, & abſoluo. vel ſi quilibet duorum iudicum dicat, excommunico te, ſi alter non excommunicat. Di-
e cebat Goffred. in caſu propoſito [e] puto, ſi non apparet, de quo ſenſerit excommunicator, neutrum ex vi ſententiæ ligari; ſed conſulo vtrunque abſolui ad cautelam. Dixit Hoſtien. non puto, quod deus has ſubtilitates requirat; ideo vterq; ligatus eſt quo ad ipſum, nam & alias eccleſia non facit vim in uerbis, quando conſtat de mente. infr. de verbor. ſignificat. in his, de hoc. infra. eod. ex parte. vide, quod dicam in Mercu. ſuper regula. in obſcuris, de reg. iur. libro 6. ¶ In gloſſa vltima[in fine[Lauren. 23. quæſt. 4. tu bonus.

ADDITIONES.

a Si ſacerdos. Vide ad materiam huius capituli Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in ver. che hai tradito la tua patria, cum ad. di. ibi.

b Incerte. Si bene aduertas hic, qui delinquit, certus eſt, ſed ideo incertus dicitur: quia quo ad deum, & vt deus certus eſt: quo ad hominem & vt homo incertus eſt. verbum poſitum in c. Romana. §. caueant, ibi, in aliquos, debet exponi. i. certos, quod eſt magna declaratio illius tex. & hæc ſunt vera ſententia hominis. in ſententia autem ſtatuti non habet locum ille §. caueant. vide Ioan. Andr. de ſentent. excommunic. a nobis, lo. 2. & in c. 2. de conſti. libro 6. ſcias etiam quod ſententia lata contra formam illius §. caueant, tenet, vt ibi not. Ioan. Andr. quæ poteſt eſſe etiam reſponſio ad illum text. quo ad iſtud cap. ibi vide Io. Andr.

c Debet. Ad inſtantiam ergo offenſi iudex inquirit, & iuſtitiam facit, quamuis offenſus de perſona certa non conqueratur, nec aliquid probare poſſit, vt probat hoc cap. ad quod omnino vide Ioan. Andr. de elect. c. bonæ, el 1. ſup. gloſ. & ita, & Barto. in lege tertia, §. ſi publico. ff. de adult. & in extrauaganti, ad reprimend.

d Confeſſus. Aduerte hic, quod id, quod ſcit ſacerdos in confeſſione, licet dicatur ſcire tanquam deus, vt hic: non tamen dicitur ſcire illa ſcientia, quæ cadit in deo, ſed illa ſcientia, quæ cadit in homine, Bald. notabiliter in l. ſed & ſi reſtituatur, in fi. ff. de iudic. & vide pulchre allegata per d. Andr. in capit. nouit, de iud.

e Propoſito. Et ad materiam vide gloſ. 2. & Ioan. And. ſuper. illa in c. ex litteris, de ſpon. & quod no. Ioan. And. de diuor. gaudemus, in gloſ. patet, & in c. quia non nulli, in gl. magna, verſicul. quid ſi epiſcopus de cle. non reſi. & Bartol. & gl. in l. duo ſunt Titij, in gl. alleg. & in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, ff. de le. 1.

SVMMARIVM.

1 Sententiam iuſtam ſi ordinarius epiſcopo ſubiectus fert in ſubditum, epiſcopus eam ſeruari facit, & eam ſine ſatisfactione, & eius conſcientia non relaxet.

2 Maleſactores eccleſiarum conuenire poſſunt prælati, ſub quo maluerint iudice, & in eos vtroque vti gladio, ſi ſpectat ad ipſos.

3 Sententias exequi ſubditorum tenentur ſuperiores, quas etiam minores prælati, & iudices ac ſubdelegati exequi poſſunt, quibuſdam caſibus exceptis & quibus ibid.

Legis a diuo Pio, de re iudica. ff. intellectus, eodem numero, in calce.

4 Plebanus habet curam nedum laicorum, ſed etiam clericorum inhabitantium parochiam ſuam.

Sententiam eccleſiaſticam ſi quis abſque ratione ferat in ſubditum, punitur, & illi ſatisfacere cogitur, ibi.

Relaxandi verbum proprie ponitur quo ad ſententiam interdicti. Quo autem ad excommunicationem ponitur pro abſolutione, eod. nu. ver. dicit Hoſt.

5 Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum, nu. 6. 7. & nu. 8. cum ſeq.

8 Archidiaconi quam habeant, & a quo iuriſdictionem.

9 Prælati vocantur etiam rectores curati.

Prælati, vel rectores habent iuriſdictionem ordinariam, & qui, ibid. ver. Dicebat, & quam, nu. 10. & nu. 18. & 19. vt prælatus eam habeat, quæ requirantur, nu. 21.

10 Vniuerſitatis, vel collegij poteſtas quæ & vnde, & qui ea conſtituere poſſint, & ex quibus, & quot, & quomodo, & numer. 11. 12. 13. 14. & ſupr. nu. 9. 21. & vbi maxime vigeant, num. 15. & quæ ſibi non debeant vſurpare, numer. 16.

17 Dominus vt vnus ſit, expedit reipublicæ.

18 Clerici quando dicantur conſecuti iuriſdictionem.

19 Ordinariam iuriſdictionem non habent non curati, niſi in caſibus, & quibus, & qui eam habeant, & a quibus. ſupra. numero 9. & ſequentibus, & infra. numero 20. 21. 22. & 23.

20 Canonicus etiam priuatus habet ordinariam iuriſdictionem in familiam ſuam.

Conſuetudo dat iuriſdictionem, ibid. & nu. 21.

21 Archipresbyter, Primicerius & Cuſtos non habent ordinariam, niſi tribuat eis conſuetudo ver. item quod.

22 Princeps quibus modis dicatur etiam tacite dare iuriſdictionem.

23 Lex dat iuriſdictionem, & quomodo, & quibus.

24 Defenſor ciuitatis comparatur epiſcopo, & de quibus poſſit cauſis cognoſcere.

25 Iuriſdictionis mediatæ & immediatæ concurſus ſi fiat, valet abſolutio, ſicut & valeret excommunicatio.

Legatus de omnibus cauſis prouinciæ ſuæ cognoſcit.

26 Præferatur qui in iure dicundo, ſi cauſæ ſint communes iudici maiori, minorique.

CAPVT III.

Cum ab eccleſiarum, Caſus. Si ordinarius † ſubiectus 1
epiſcopo in ſibi ſubditum fert iuſtam ſententiam, epiſcopus illam ſeruari faciat, & eam ſine ſatisfactione, & illius conſcientia non relaxet. Et primo ponit exordium, ex quo ſecundo infert mandatum, ibi, quia[malefactores] quos, ſi ſunt † malefactores eccleſiarum,
2 conuenire poſſunt prælati ſub quo iudice maluerint, de foro compe. cum ſit, & contra ipſos vti vtroque gladio, ſi ſpectat ad ipſos, de ſenten. excommunicat. dilecto, libro 6. [Condignam] ſecundum ea, quæ habentur, de verb. ſignifi. ex parte, & capit. cum olim[Obſer-
3 uari] not. teneri † ſuperiores ſubditorum ſententias exequi. C. de iud. properandum. §. ſin autem reus. & forte ipſi minores prælati exequentur excommunicando, & interdicendo, argu. ſup. titulo 2. ex litteris, quod dicit Inn. quoſdã non credere, quia lata ſententia functi ſunt officio. ſup. de officio delega. in litteris. & per maiores iudices facienda eſt executio. C. de arbitr. l. cum antea. 2. reſponſo. ff. de re iudica. a diuo, in princi. non ob-

ob-

ob.decret.ex litteris,quia non concedit executionem,
ſed iuriſdictionis defenſionem. Plus placet hic Inno-
cent. quod minores iudices ordinarii, vel delegati a
principe, vel quocũque alio & etiam ſubdelegati poſ-
ſunt exequi ſententias ſuas per iuriſdictionem, quam
habent, ſcilicet excommunicandi, interdicendi, vel ſi
milia, vt prællega. §. ſi autem reus, ar. de officio de-
lega. ſignificaſti, & c. in litteris. Quando vero ſunt ta-
lia, quæ non poſſunt facere ſubdelegati, vel iudices mi
nores, ſicut in corporalem poſſeſſionem mittere. ff. ad
muni. ea quæ. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. iubere. de
quo vide infr. vt lit. non conteſta. tuæ, ſuper gl. non ta-
men, tunc non ipſi, ſed alii exequentur, & ſic loquitur
lex a diuo. & idem de maioribus iudicibus, quando
executio facienda eſt extra terminos ſuæ iuriſdictio.
ſecundum Innocent. [Clericos] vel laicos. habet ergo
4 † plebanus curam nedum laicorum, ſed etiam cleri-
corum inhabitantium parochiam ſuam, Hoſtien. [Ra
tionabiliter] alias punitur proferens, & illi ſatisface-
re cogitur, de ſentent. excommunica. ſacro, ſecundum
Innocent. [Conſcientia] Dicit Hoſtien. vt per ipſum
de meritis inſtruaris: quia quod omnes tangit & cæt.
de tempo. ordin. ſi archiepiſcopus [Non relaxes] Di-
cit Hoſtienſ. quod quo ad ſententiam interdicti hoc
verbum ponitur proprie: quo ad ſententiam excom-
municationis ſumitur pro abſolutione, & de hoc re-
a mittit ad not. de teſtibus, veniens. 2. in fine,[a] ¶ Gloſ-
5 ſa † prima, reſpondet per quæſtionem, an prælati infe-
riores epiſcopo & cæt. arguit, ponit opinio. & ſoluit.
6 ¶ Gloſſa vltima, quærit, & ſoluit. ¶ In † gloſſa prima
[ibi. §. 2.] nullus declinat defenſoris iudicium, parum
facit [& ibi, lege vltima] vide de procur. quia in cau-
7 ſis, ſuper prima gloſſa. ¶ In † gloſſa prima [ibi, conce-
dunt] de hoc, ſecunda quæſtione prima, de perſona [&
ibi, Tu dicas] ſecundum Lauren. & Vincen. [& ibi, Or-
dinarius] ſecundum Lauren. & Vincent. & Tan. idem
8 Goffred. [& ibi, Præficiatur] Vnde † dicit Innocent.
quod Archid. habent iuriſdictio. a canone, etiam ſi
non eligantur ab vniuerſitate, & etiam ſine confirma
tione epiſcopi, de officio Archidia. capitul. 1. & c. ad
hæc, & remittit, infra eod. quanto. inducit etiam ra-
tionem vicariæ, quæ not. in præallegat. capitul. 1. in 1.
gloſſ. & in fin. vel dic, quod in iuriſdictione talium at
9 tendenda eſt conſuetudo, Goffred. Dicebat † hic Ho
ſtien. vocari prælatos etiam rectores curatos, argum
ſup. de officio delega. ſi quando, & ſup. capitul. pro
xim. dedi remiſ. ad ſummam. Dicebat Innocent. illos
prælatos, vel rectores ordinariam iuriſdicti. habere
qui ab vniuerſitate eliguntur in prælatos, & ſuperio
ris confirmationem recipiunt, in auten. de defen. ci-
b ui. §. interim, & §. & ſi eadem, & habent ordinariam,[b]
vt in concor. gloſſ. lex enim dat ordinariam. ff. de iu-
riſdictio. omn. iudicũ. l. & quia. vnde & rector cuiuſli-
bet vniuerſitatis eſt ordinarius, in auten. de defen. ci
ui. §. nos igitur, column. 3. & qui eligitur ab his,
qui ſunt alicuius profeſſionis, negociationis, vel
artis, ſicut ſunt piſtores, cerdones, phyſici, ca-
10 noniſtæ, & ſimiles: adeo, quod † tam de publi-
cis cauſis, quam etiam priuatis, quas habent oc-
caſione ſocietatis ſocii inter ſe, coguntur reſpon-
dere ſub tali rectore, nulla exceptione obſtante. a-
ctores tamen non coguntur eos conuenire ſub eo,
imo & ipſos conuenire poſſunt coram iudice, ſub
quo domicilium habent, vt omnia hæc probantur
C. de iuriſdictio. omn. iudic. lege final. inde eſt
ſecundum Hoſtienſ. quod ſcholares diuerſos iudi-
ces habent; & eſt tamen in optione ipſorum, ſub
quo reſpondeant, vt in libro feudo. de ſcholari-
bus habita; quod dic, vt nota. infra de foro com-

11 petent. quod clericis. ¶ Sed † nunquid quælibet
ciuitas, & quodlibet caſtrum poteſt ſibi conſti-
tuere ius vniuerſitatis? Dixit Innocent. quod non,
ſed hoc eſt intelligendum de illis, qui a ſuperiore
auctoritatem habent. vnde & ſcripſit hic, quod ſi tot
homines eſſent ſimul collecti, quot ſunt Romæ, non
poſſent conſtituere, quod eſſet vniuerſitas, niſi ha-
berent conſenſum ſuperioris tacitum, vel expreſſum.
c [c] hoc autem credidit ſufficere, quod ille, cuius ſunt
homines ſic congregati, conſtituat locum, in quo
habitant, eſſe ciuitatem, vel caſtrum, burgum, vel
villam, argumen. C. de iuriſdictio. omn. iudic. prætorum. ſupra de conſuetud. cum dilectus. poſt prima.
d corpora [d] † autem ſiue collegia alicuius artis, vel ſo-
12 cietatis, vel negociationis licita ſunt & approbata a
lege, vt dictum eſt ſupra. vnde poſſunt habere in his,
quæ ad negociationem, vel ſocietatem pertinent,
arcam communem, & ſyndicum. ff. quod cuiuſque
vniuer. l. 1. & iudicem, ſine præiudicio tamen domi-
ni ſui, ſi quem habent, argum. C. de iuriſdictio. omn.
iudic. l. fina. ff. de illic. coll. l. 1. & l. 3. & final. & in eo,
quod legitur & not. infra de exceſſ. præla. dilecta, &
ibi ſuper prima gloſſa, vide ad litteram quod ibi not.
13 Innocent. Dicebat † etiam hic, quod cum ſit tantum
vna vniuerſitas omnium illorum, qui ſunt eiuſdem
profeſſionis, vel negociationis morantium in eo-
dem caſtro, vel ciuitate, non videtur, quod ſe diui-
dere poſsint, vt faciant plures vniuerſitates: vel
quod homines eiuſdem profeſsionis, vel negociatio-
nis, qui ſunt de diuerſis ciuitatibus, poſsint conue-
nire, vt vnam faciant vniuerſitatem. poſſet tamen
dici, quod omnes illi, qui ſunt ſub vno defenſore,
etiam ſi per municipia morentur, conuenire poſſunt
in vnam vniuerſitatem, vel plures, ſecundum quod
plures magiſtratus municipales habent, & ſecundum
14 quod eis melius placet. Subdit † dici poſſe, forte
non male, non attendi in collegiis iſtis piſtorum,
cerdonum, & huiuſmodi, quod ſint de vna prouin-
cia, vel diuerſis, vel quod omnes de vna ciuitate
ſint de vno collegio, vel pluribus, ſed tantum at-
tenditur, quod ſint tres, vel plures, qui conueniant,
vel vniuerſitatem faciant, pro iuſtitia cuique ſeruan-
da, ex hoc enim vt ſit collegium, oportet ad minus
quod ſint duo, vel tres ſimul tanquam collegium
congregati, vt patet in eo, quod legitur, & not. ſupra
de electio. cap. 1. & ſi diſcordant in aliquo, maiori par
ti ſtandum eſt, niſi minor rationabile quid prætendat.
ff. ad municip. quod maior. inf. de his, quæ fi. a mai. par
te ca. capitulo primo, Hoc autem in ciuitatibus potiſsi
me, ſecundum Hoſti. quæ carent iudicibus, locum ha-
15 bent, in quibus † etiam, quando non reperitur alius,
eſt ad epiſcopum diœceſanum tanquam ordinarium
etiam in temporalibus recurrendum, in auten. vt diffe. iudi. §. in ciuitatibus, colla. 9. vnde & hæc iura col-
legiorum, ſiue corporum vigent in ciuitatibus potiſſi-
me Lombardiæ. quæ & ſi dominum habeant, ipſum ta
men non, vt expediret reipublicæ recognoſcunt, ſicut
nec Rex Franciæ, vel Boemiæ. ſ. qui. filii ſint legi. per
venerabilem. §. 1. ver. ſi. quidquid eum ſcribatur, hoc
16 ſolum putat † Hoſt. iuſtum [e] eſſe, quod ciuitates, ſiue
e alia loca, quæ habent dominos ſpeciales, non de-
bent dominium, vel iuriſdictionem aliquam in ſui do
mini præiudicium vſurpare, nec ſe in ſuperbiam erige-
re contra ipſum, niſi velint eſſe Luciferiani. vnde &
coniurationes, & conſpirationes, & collegia, & con-
uenticula generaliter ſunt prohibita ſub graui pœ-
na. vndecima quæſtione prima, conſpirationum, &
cap. coniurationum. C. de epiſcop. & cleric. conuen-
ticulam, in lib. feud. de pace iur. fir. hac edictali. §.
con-

conuenticulas. Ideo & quamuis prędicta corpora, ſiue
collegia ſint approbata a iure, & iuſtum ſit, quod do-
minus ipſis ſua priuilegia ſeruet: ſi tamen ſuos inci-
piant terminos excedere, & iura ſiue iuriſdictionem
domini vſurpare, de iure ſunt per eundem dominum
refrenandi, & coercendi, argum. 11. quæſtione 3. pri-
uilegium. j. de priuil. tuarum, & in eo, quod legitur &
27 not. infra de ſepul. capitul. 1. ad fin. hoc enim † expe-
dit reipublicæ, vt vnus ſit dominus, & non plures, vt
patet ff. de orig. iur. leg. 2. §. deinde, quia difficile, &
§. eodem tempore, & §. nouiſſime. Sed verum eſt,
quod de facto dicunt quandoque ſimul congregati il
lud ſapientiæ. 2. ſit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ. vn-
de & dominos cóculcant, & ipſos ſibi ſubiiciunt: quia
potentioribus non poſſumus eſſe pares. ff. de alien. iu-
dic. mutan. cauſa fac. lege tertia, in princi. hoc quan-
28 tum ad laicos. quantum † enim ad clericos pertinet
nullus etiam ex electione iuriſdict. conſequitur, niſi pri
mo a ſuperiore confirmetur, vel approbetur, vt patet
in eo, quod legitur, & not. ſupra de elect. noſti, & cap.
tranſmiſſa, exceptis quibuſdam caſibus, vt not. infra,
de appellatio. quia nos, & ſupra de electio. nihil eſt. §.
penultim. ex quo autem confirmatus, vel approbatus
eſt quis a ſuperiore ad beneficium cum cura, de iure
communi iuriſdictio. habet, vt hic; & infr. de maiorit.
& obedien. cum in eccleſiis, & not. in ſumma de ſen-
ten. excommunica. §. quis poſſit excommunicare, ſub
§. nedum autem ius, verſi. tu dicas, & ſequentibus. Is
29 † autem, qui curam non habet, per conſequens nec
iuriſdictio. ordinariam, cum priuatus ſit, niſi a princi-
pe ordinarius conſtituatur. infra de reſtitutio. in in-
teg. cauſa reſtitutionis. §. delegati; vel niſi ſit officia-
lis, vel vicarius ordinarii, vt legitur & not. ſupr. de offi
cio vicar. capitulo primo, vel niſi habeat de conſuet.
quod dic, vt legitur & not. ſupr. de officio Archidia.
30 capitul. fina. quæ † etiam priuato canonico in fami-
liam ſuam iuriſdictio. dat ordinariam, quod dic vt le-
gitur & not. infra de foro competen. cum contingat,
vt tamen ſcias, quod mulier, vel etiam laicus, quan-
tumcunque religioſus, non poteſt cenſuram eccle-
ſiaſticam exercere. quod dic vt legitur & not. in-
fra de maioritat. & obedien. dilecta, & de decimis,
quamuis ſit graue. §. ſtatuimus, ſecundum Hoſtienſ.
31 Sed Innocent. aliter † poſuit hæc verba, dicens quod
ad hoc vt prælatus habeat iuriſdictionem ordinariam
in clericos, oportet quod vniuerſitas, quæ illum elli-
git, ſit religioſorum, vel clericorum, vel alias idem
prælatus iuriſdict. ab eccleſiaſtico prælato recipiat,
& quod electus ſit clericus, vel religioſus, cum a-
lias nec dare, nec recipere poſſunt ſpiritualem iu-
riſdictionem, ſcilicet excommunicandi, interdi-
cendi, & conſimilium. infra de iudic. capitulo ſe-
cundo, & infra de arbitr. contingit. Item quod e-
ligatur in prælatum. nam ſi eligeretur ad aliquam
dignitatem in eccleſia, vt primiceriatum, archi-
preſbyteratum, vel cuſtodiam, non habet ordina-
riam, de officio archipresbyteri, primi. & cuſto.
niſi conſuetudo eis tribuat, quod poteſt C. de e-
f manc.[f] lege prima, & vltima, & infra, de exceſ. præ-
32 lat. capitulo ſecundo. Princeps † autem ſecundum
Innocent. eo ipſo, quod conſentit tacite, vel expreſ-
ſe non errans in iure, vel in facto, quod aliqui fa-
ciant collegium, vt quia ſcribit ex certa ſcientia a-
licui vniuerſitati, vel ſyndicum eorum admittit, vi-
detur concedere ei ius vniuerſitatis, qui & ordi-
narium facit. ff. de officio eius, cui man. eſt iuriſdi-
ctio. lege prima. §. primo, etiam tacite eo ipſo,
quod dat, ſiue committit alicui aliquam ciuitatem,
vel caſtrum, vel villam. ff. de officio præfec. vrbis.
lege prima. §. cum vrbem, in auten. de conſulibus.
§. fina. colum. 4. & idem cum Papa dat legationem in
prouincia, de officio leg. capitulo ſecundo, libro ſex-
to, vel dat archidiaconatum, vel aliquid ſimile, &
idem intelligas, etiam ſi ab alio conferatur, vel
committatur; qui tamen hanc habeat poteſtatem,
argumen. ff. de iudic. cum prætor. infr. de iure patro-
natus, ex litteris, & ſecundum Innocent. lex dicitur
33 † dare iuriſdictio. ordinariam eo ipſo, quod aliquem
ordinarium vocat, C. de offic. recto. proui. qui ordina
riam. C. de modo mul eos. ſed & a lege habet domi-
nus iuriſdictio. ordinariam In vaſallos. & pares in do
minos, & vaſallum, vt in lib. feudo. de prohibi. feud.
alien. ſine conſenſu maior. domini, imperialem, in-
fra de iudic. cæterum. & arbitri electi ab epiſcopo
& ſubdito in eoſdem, vndecima quæſtione prima,
g ſi clericus, aduerſus clericum.[g] & conciliis præſiden-
tes. infra de iudic. capitulo primo, infra de libell. o-
blat. capitulo primo, & c. religioſorum; prouinciali-
bus. infra de ſtatu monacorum, in ſingulis, & c. ea quę,
& c. vacante ſede. infra de maiorita. & obedien. cum
olim; & hoc iunge in ſumm. eod. titul. §. 1. & 2. vbi
h de hoc ſecundum Hoſtien.[h] ſecundum quem & adde
quod not. de hac materia. infr. ne prælati vices ſu.
capitulo ſecundo, & ſupr. de officio deleg. quoniam
abbas, ante finem. ¶ In gloſſa vltima [ibi, abſolu-
tio] de hoc nona quæſtione tertia, nullus. vndeci-
ma quæſtione tertia, qui reſiſtit [& ibi, vtique]
idem Tancre. Vincen. Goffred. & Philip. ad hoc op-
time de ſentent. excommunicatio. venerabilibus. §.
vbi autem, libro ſexto, et 26. quæſtione. 6. §. 1. Indu-
cunt prædicti auten. de defen. ciui. in princ. colla.
34 3. vbi † dicitur, quod non prohibentur defenſor
ciuitatis. qui comparatur epiſcopo, cognoſcere de
cauſis inferiorum, prætermiſſis magiſtratibus mu-
nicipalibus. Idem Innocent. & Hoſtienſ. niſi con-
ſuetudo eſſet in contrarium. hoc etiam nota. Ho-
i ſtien. de ſimon. ſicut tuis. Sed Hug.[i] in præ. capit.
nullus [i] & Guiliel. Naſo, hic contra, quia hic pro-
hibetur & alibi conceſſum non inuenitur; & hoc
placet Archidia. de conſtit. capitulo ſecundo, de ma-
iorit. & obedien. cap. vno, libro 6. & vide quod ibi di-
cam ſuper gloſſa penultima, puta. mihi placet pri-
35 ma per præ. §. vbi autem. Vnde dicebat hic † Abbas,
quod quando concurrunt iuriſdictio mediata & im-
mediata, valet abſolutio, ſicut & valeret excommuni
catio: qua de cauſa cognoſcit legatus de omnibus
cauſis prouinciæ ſuæ. ſupr. titulo primo, capitulo pri-
mo, ad materiam facit, quod dicam infra eodem,
conquerente, in gloſſ. per hoc recognoſcit [& ibi, Su-
36 perior] dixit Vincen. quod vbi † cauſæ ſunt commu-
nes minori, & maiori iudici, vt in epiſcopo, & Archid.
præfertur maior, ſi citat. ff. de iud. iudicium. 8. diſtin-
ctio. quæ contra mores; ſecus, vbi non habeant cauſas
communes, vt monacus, qui plus obediet abbati,
quam epiſcopo, & clericus plus epiſcopo, quam
metropolitano. ſecundum fateor, de quo infra,
capitul. paſtoralis. de primo dic, vt infra eodem,
quanto.

ADDITIONES.

a In fi. Not. etiam tex. dum dicit, rata, firmaq; conſiſtere, quia
rata intelligitur de iure, firma de facto, gloſſella eſt ſingularis in
l. ad quod pauperibus. C. de epi. & cle. & ibi Bart. dicit ſe neſcire
alibi.

b Ordinariam. Licet non habeat territorium, & vide in auctent.
habita, ne fil. pro patre, vel dic, quod etiam ibi habent territo-
rium. vide ibi docto. & vide glo. in c. 1. inf. ne præla. vi. ſuas, &
Bart.

Bart. in l. & quia. ff. de iuriſ. omn. iud. & Ioan. An. in c. quoniam abbas, in gloſſ. ſua mag. de offic. deleg. & Bartol. C. de appel. l. præcipimus, & C. de iudi. l. cum ſpeciali, per ipſum, & Bald. & Sali.

c Expreſſum. Villæ ſubſunt ciuitatibus, & non habent iuriſdictionem l. nulli. §. fin. C. de epi. & cle. & idem in caſtris, vt in dicta l. qui ex vico, ff. ad munici. & l. fi. C. de teſt. quantum tamen in illis ponuntur magiſtratus habentes iuriſdictio, ſcilicet a ciuitatibus ponuntur. C. de magiſt. mu. per totum, & ibi vide gl. in rubrica. Aliqua autem caſtra ſunt per Italiam, quæ a ſe habent iuriſdictionem; an dicantur ciuitates, licet careant epiſcopo, vide in extrauag. ad reprimen. ſuper verſic. Lombardiæ, per Bartol. & de materia vide Ioan. And. de ſenten. excom. ſi ciuitas, lib. 6. & not. quod caſtrum non poteſt fieri ad æmulationem ciuitatis, vide Bartol. in l. opus. ff. de oper. publ. & gloſſ. in l. per prouincias, C. de ædi. priua. nec in finibus imperii l. quicunque. C. de fun. limi. li. 11. & vide Bartol. ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. 1.

d Corpora. Vide etiam pulchrè per do. Baptiſtam de ſancto Seuerino in ſua repe. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.

e Iuſtum. Vide allegata pulchrè per dom. Iaſo. in l. debitorum pactionibus, in ſecundo notabili. C. de pact. & etiam latè per do. Feli in ca. 1. de proba.

f Emanc. An autem præſcriptio det ordinariam, ibi vide Cyn. Bald. & Sali. & Guil. in Spec. de iuriſ. om. iud. ad fi. ver. illud & de præſcrip. §. 1. in ver. ſed pone miles, & infra de fo. comp. cum contingat, in gloſſ. Ioan. Andr. quæ incip. non dixit, & in quæſtio. diſputata per Bald. quæ incip. Apulus.

g Clericum. Vide c. ab arbitris, de offi. deleg. libro ſexto, & ibi gl. fi. & quod iſti ſint ordinarii, prout hic not. Ioan. And. facit gloſ. fi. in c. ſuſpitionis, eo tem tit. & ibi vide Ioan. And. ſuper illa, & Bald. & Sal. & Bart. in l. cum ſpeciali, C. de iu. qui tenent, quod ſunt dele. qui omni carent territorio.

h Hoſti. Et vicarius epiſcopi, vt not. gloſſ. 2. in ca. 2. de offi. vi. libro ſexto, quod not. gloſſ. in lege 2. C. de offi. eius, qui vi. alte. Et an ab ipſo ſubſtitutus habeat ordinariam, vide de offi. vica. clericos, per gloſſam, & Ioan. And. & gloſſa, ſuper ver. ratio, in c. 2. eo tit. libro 6.

i Hugo. Pro iſtis facit, quod not. gloſſa, ſuper ver. nullatenus, in Clemen. 1. de ſe. poſ. & iura in illa alle. et quid de executione contra præceptum lata, vide Ioan. And. in c. Romana. §. officialis, libro 6. in gloſſ. licet. & ſuper illa, et de priu. c. 1. libro 6. facit etiam quia quæ contra ius fiunt etc. vt in c. quæ contra ius, de reg. iu. libro ſexto, & l. non dubium, C. de leg. vbi vide Bartol. Bal. et Sali.

SVMMARIVM.

1 *Vacantis eccleſiæ ſi ordinatio differatur ex cauſa, œconomus in ea ponendus eſt ab epiſcopo, & quo tempore, numero 7.*

2 *Præſentationis negocium prius expediri debet, quàm poſſit epiſcopus eccleſiam ordinare de prælato, ſed de œconomo, licet lis intra quatuor menſes non expediatur, & nu. 3. & 4. ex ea ius quæritur, num. 4.*

3 *Cap. quoniam, ſi verò, eam te, cum propter, de iure patrona. loquuntur de quæſtione patronorum ſuper iure patronatus, non de quæſtione præſentatorum, & ſup. num. 1, & ratio, ibidem.*

4 *Præſentare ſufficit in fine termini patrono.*

Præſentatos habet epiſcopus examinare, & quare eorum inſtitutio quandoque differatur, num. 5.

Edictum ponitur etiam ad opponendum præſentatis epiſcopo, & totum præſentationi, ibid.

5 *Dilatio inſtitutionis ex quibus contingere poſſit cauſis.*

6 *Occaſio litis & quæſtionis remouenda prælato.*

8 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum, num. 9.*

Patronus per indigni præſentationem an priuetur, & nume. 11. & 13.

10 *Suppletio, vel additio gloſſarum.*

11 *Patronus laicus an puniatur, ſi præſentet indignum, & an & quando variare poſſit, num. 12. deuoluaturne etiam prouiſio ad ſuperiorem, ibid.*

Decretalis hæc quomodo intelligatur, ibidem. verſi. nec obſtat.

§. Siquis oratorij domum, in auth. de ſanctiſſ. Epiſco. §. fin. in auth. vt clerici decę. intellectus, ibid.

13 *Nullum, & minus competens æquiparantur.*

Patroni laici, & eccleſiaſtici in præſentando indignum differentia, ibid.

14 *Lite pendente ſuper præſentatione, vel inter patronum, & prælatum in patris præiudicium prælatus ſi quid innouaret perpetuum, eſſet incongruum.*

15 *Cuſtodia eccleſiæ patronatæ non pertinent ad patronum ſecularem, niſi in caſibus, ad patronum verò eccleſiaſticum pertinet: non patronatæ autem eccleſiæ quando ad epiſcopum, & quando ad alios. Cathedralis demum ad quem pertineat, eo. num. ad fin.*

16 *Oeconomum ponere ad quem ſpectet.*

CAPVT IIII.

2 **Cum vos.** [a] Caſus. Si † ordinatio vacantis
1 eccleſiæ differtur ex cauſa, œconomus in ea per epiſcopum eſt ponendus. Communis diuiſio. ſecunda ibi, fraternitati.
2 [Præſentantur] not. quòd † vbi ſit præſentatio, prius oportet illius præſentationis negociū expediri, quàm poſſit epiſcopus eccleſiam ordinare. vnde dicebat Innocent. quod quando patronus contendit ſe bonum elegiſſe, non poteſt epiſcopus ordinare eccleſiam de prælato, ſed de œconomo tantum, vt hic. vnde licet quibuſdam videatur contra, ſecurè teneas, quod facta præſentatione de vno, vel pluribus, licet longo tempore duret lis inter præſentatos, epiſcopus non ordinabit eccleſiam, lite pendente, niſi de œconomo, vt hic; & ita ſeruatur, vnde iura illa, quæ dicunt, quod ſi patronorum diſcordia infra quatuor, vel ſex menſes non fuerit terminata, epiſcopus ordinat eccleſiam, intelliguntur, quñ inter ipſos, qui ſe dicunt patronos, eſt quæſtio, vt quia alter ab altero vendicat patronum, vel negat alterum patronum. nam licet propter litem motam videretur æquum patrono tempus ad præſentandum non currere, quaſi tunc ſit impeditus: tamen hic rigor inductus eſt, quòd ſaluo iure vincentis ordinetur eccleſia, quod in electionibus locum non habet, vt dicam de iure patronatus, quoniam, cum de eis
1 hoc non ſit ſtatutum. vnde, ſi ponderes textus † illarum decret. quoniam, ſi verò, eam te, cum propter, de iure patronatus, videbis illa iura apertè loqui de quæ-
b ſtione præſentatorum vnius, [b] vel plurium. alias pauci præſentati a patronis inſtituerentur, cum ſi habent obiectorem, non facile poſſit infra quatuor menſes quæſtio terminari. imo & ſi obiectorem non habent,
4 cum † ſatis ſit patrono in fine termini præſentare, & epiſcopus habeat examinare, de electione, nihil eſt, & edictum ponere, vt not. de electione, capitulo vltimo, libro ſexto, in gloſſa ſecunda, erit dare. quòd negocium præſentationis eſſe non poterit infra terminum expeditum. cum igitur ex præſentatione ſit ius acquiſitum, vt not. ſupra titulo primo. dilectus, non obſtante, quòd ſit diſcors, dummodo iuuetur maioribus &c. vt prællega. decret. quoniam, illud non perdet propter opponentis maliciam, vel litis pendentiam, de regu. iur. ſine culpa, libro ſexto, & adde quod dicam ſuper verſi. perſonas: optabat tamen Hoſtien. conſtitutionem contrariam ſuper hoc fieri, vt dicam, infra de appella. oblatæ, in gloſſa, dicit Hoſtien. [Alia de cauſa] vt quia negans illos patronos [& intra] quærebant, an poſſent eccleſias ordinare propter vacationis periculum, vel quale foret apponendū remediū.
5 Hoſt. [Perſonas] ſi repræſentatas † conſcientia remordente, nec alias lite, vel appellatione pendēte, de reſt.

in inte

in integrum, capitulo ſecundo, & ſecunda quæſtio-
6 ne ſexta, appellatione. & merito in hoc † caſu dene-
gatur prælato ordinatio. ſi enim hoc concederetur,
ſemper moueret quæſtionem, vt ſic poſſet eccle-
ſiam ordinare, ar. inſtitut. vi bon. rap. §. ſed ne dum
talia. infra de diuort. quanto, ad fin. alias, ſi hæc lis
non penderet poſſet eccleſia de aliis perſonis idoneis
ordinare, ſecundum Hoſtienſ. qui per hoc dicit non
obſtare, de ſupplen. negli. præla. capitulo ſecundo, in
fin. & quæ ibi not. & hunc dicit verum intellectum. &
hoc dicit: nec obſt. hæc decreta. opinioni ſuæ, de
qua dicam ſuper gloſſa ſecunda [Ponatis æconomos]
7 Dicit † Hoſtienſ. quod putat hunc œconomum poni de
bere etiam pendente termino quatuor menſium, vel
ſex dato patronis, id eſt prælatis iuxta vulgare Angli-
8 corum, quibus ſcribit. ¶ Secunda † gloſſa, reſpondet
per quæſtionem, an patronus &c. ſoluit quod non, ra-
tionem inducens, quam fortificat, in fin. ponit con-
9 trariam opinionem, quam reprobat. ¶ In † gloſſ.
ſecunda [ibi, Si quis oratorii domum] ſi præſentatus
per patronum, vel eius hæredem eſt indignus; epiſco-
pus quem putauerit meliorem, ordinari procura. ¶ In
vltima gloſſa [ibi, Lex, quæ tutores] vide, de his quæ
fi. a prælat. tua, ſuper quinta gloſſa [& ibi, diuus] vide
vt lite pendente, eccleſia. 1. in fin. penultima gloſſa.
10 ¶ In † gloſſa prima [ibi, cogitur] ſecundum Lauren.
vel reſpicit factum, ſecundum eum. Vnde dicit Ho-
ſtienſ. finaliter idem dicendum de vtroque; ¶ In gloſ-
ſa ſecunda [ibi, tantum quatuor] infra de iure patro-
na. cap. vno. vbi habemus expreſſum hodie, ſed olim
recurrebamus ad hanc gloſſam, quaſi ad mendica-
tum ſuffragium. contra id C. de palatinis. l. ſcrineis,
libro 12. & in auctén. de iudic. prope princip. §. illi au-
11 tem. collat. 6. [& ibi, Non puniuntur] Idem † Archi-
diacon. de præbend. capitulo primo, libro ſexto, & ibi
tamen refert quoſdam dicere hoc verum ante ſenten-
tiam epiſcopi, qua declarat præſentatum indignum:
ſed poſt illam locus erit opinio. Hoſtienſ. ſed contra
hoc facit hæc decreta. quæ ſupponit certitudinaliter
perſonas minus idoneas [& ibi, Quidam dicunt] Ho-
12 ſtienſ. hic † tenet præciſè. & remittit ad ea, quæ not.
ſupra de ſupplen. negli. præla. capitulo ſecundo. Idem
Innocen. ſup. de fil. presbyter. propoſuit, licet ſic lo-
cutus fuerit alternatiue. Dicit tamen, quod bene fa-
ceret epiſcopus reſtituendo prouiſionem tali laico pa-
trono, cum non ſint in his eccleſiaſticis multum inſtru
cti: & Hoſtienſ. dicit, quod deberet eis parci [& in fi-
c ne] vbi canon aperte hoc diceret, optime dicit [c] gloſ-
ſa; ſed canon hoc non dicit; nec ſufficit, quod cano-
ne caueatur, quod licet illi variare. id enim habebit
locum, quando priuatus non eſſet; vt qui eligit di-
gnum, vel indignum ignoranter. nec obſt. hæc decre-
ta. quæ poteſt intelligi in illo, qui ignoranter eligit:
vel cum propter ſcandalum impediebatur ordinatio
epiſcopi, melius potuiſſet gloſſa dicere, quod lex non
obſtat, cum ibi non dicatur, quod epiſcopus ordinet
eccleſiam, cum patronus præſentat indignum; ſed
quod ordinari procuret; quod poteſt intelligi ſolici-
tando patronum, quod alium præſentet. Idem dico
de §. fina. in auctén. vt clerici dece. colla. 6. alias ſeque
retur, quod priuatus eſſet etiam ignoranter præſen-
tans indignum, cum ille §. non diſtinguat. Item ab-
ſurdum videtur, quod patronus benefaciendo poſſit
variare, vel accumulare; malefaciendo non, cum
tunc præcipue concedatur variatio a iure, quando
actus eſt illicitus, ſecundum notata, de cleric. con-
iug. diuerſis, de electio. noſti, quaſi hæc fuerit mens
iuris permittentis variationem, quod patronus accu
mulando emendare poſſit, quod male fecit. per quæ
dico patronum laicum non priuatum hoc ipſo, quod
præſentat indignum ſcienter. Sed ex tunc erit priua-
tus, cum infra tempus debitum reſpectu prioris in-
choationis alium non præſentat. & faciunt iura, quæ
13 æquiparant † nullum, & minus competens, quæ vide,
de translat. capitulo ſecundo, verſic. ſicut, de cleric.
non reſiden. tuæ. & ſic erit differentia hoc caſu inter
clericum eligentem, vel præſentantem ignoranter
indignum, & patronum, qui præſentat talem ſcien-
ter. & eſt ratio: quia primi ante caſſationem non po-
d terant [d] ſibi prouidere, poſt caſſationem habebunt
integrum tempus. iſte vero ſibi prouidere poterat, ſi
de tempore ſupererat; alias ſibi imputet. patet pri-
mum de elect. ſi electio, libro ſexto. ¶ In gloſſa, puta
14 [in fine] vt dicit † Innocent. incongruum eſſet, quod
lite pendente pars in partis præiudicium aliquid per-
petuum innouaret, vndecima quæſtione prima, quia
res. infra vt lite penden. per totum. Idem eſſet, ſi ſu-
per aliis grauibus diſcordia eſſet inter patronum, &
prælatum. graue enim eſſet, quod prælatus in ſua ec-
cleſia inſtitueret perſonam perpetuam, quæ ſibi vel
male, vel nullo modo de ſuis reditibus reſponderet,
Innocent. ¶ In gloſſa penultima [ibi, quod patronus]
Innocent. a cuius tempore fuit hic finis gloſſæ, quæ
15 fuit additio, intelligit hoc † de patrono laico: quia
talis defenſionem habet: ſed non cuſtodiam, quod in
telligit Hoſtienſ. niſi aliud eſſet de priuilegio ſpeciali,
vel conſuetudine per ſedem apoſtolicam approbata,
ſicut patet in Regibus Franciæ, & Angliæ, & quibuſ-
dam aliis principibus. pro quibus facit quod legi-
tur & not. de iure patronat. nobis. vel ſecundum eum,
vbi non ſunt expreſſe priuilegiati per papam, ſola con
e ſuetudo [e] non excuſaret, ſi de rigore ageretur per de-
creta. de electio. cum terra, & de conſuet. capitulo pri-
mo, ſed multi, vt dicit, propter ipſorum potentiam de
gratia & ex permiſſiua diſpenſatione, vt vitetur ſcan-
dalum, tolerantur. & dicit, quod licet in præteritis
hoc tolerari poſſit, de iure patronatus, capitulo 3. de
conſecrat. eccleſ. vel altar. capitulo final. in poſterum
non eſſet tolerandum, de rebus eccleſ. capitulo fina.
Sed ſi patronus ſit eccleſiaſticus, cum ei ſit de tempo-
f ralibus reſpondendum. [f] decimaſexta quæſtione ſe-
cunda, capitulo ſecundo, de capell. mon. capitulo
primo, habebit cuſtodiam eccleſiæ vacantis, & non
epiſcopus, argumen. de appellat. bonæ, allegat Ho-
ſtienſ. de teſta. relatum. 2. §. nomine, de priuileg. cum
& plantare. §. in eccleſiis. fatetur autem Innocent.
quod ſi eccleſia non habet patronum, epiſcopus ipſa
vacante habet cuſtodiam, & agit pro ipſa, argumen.
decimaſexta quæſtione prima, omnes, decima quæ-
ſtione prima, capitulo primo, & 2. de ſucceſſ. ab inte-
ſtat. cap. fina. niſi ſecundum Hoſtienſ. de conſuet. vel
priuilegio ad Archidiac. vel alium eccleſiaſticum hoc
pertineat, vt præallegat. decret. bonæ, de inſtitutio-
g nibus, cum veniſſent. [g] dicunt autem Innocent. & Ho
ſtienſ. quod cuſtodiam cathedralis eccleſiæ guberna-
bit œconomus, ſi ipſum habet. 75. diſtinctio. quoniam
quidam. & non habet œconomum, canonici; & ip-
ſis deficientibus archiepiſcopus, quod dic hodie; vt
de ſupplen. negli. præla. capitu. final. [& ibi, vel alius
16 prælatus] not. quod vult gloſſa, quod † illorum ſit
œconomum ponere, quorum eſt inſtituere. ¶ In
h gloſſa vltima [ibi, conſeruanda [h]] & occupantibus
illa imponitur pœna. infra eod. tit. c. vlt. lib. 6. in cathe-
dralibus, & collegiatis locum habet, eod. lib. de ele-
ctione, quia ſæpe.

ADDITIONES.

a ¶ Cum vos. Vide ad materiam huius can. ſi contentio eſt inter patronos, quid iur. in capit. 1. de iure patrona. & ſeq. & vide gloſſ. in cap. cum te, eod. titul. & not. ibi tex. in cap. quoniam, in fin. quia loquitur in duobus caſibus, & ibi de materia. Baldus.

b Vnius. Nec illa iura locum habent, quando eſt quæſtio inter epiſcopum, & patronum, vide inf. in gl. puta, & ſuper illa Io. An. & in gl. ibi ſe.

c Dicit gl. Quod priuati ſint poteſtate præſentandi præſentante indignum, vide tex. in c. 2. in fi. de ſup. neg. præla. & facit no. in c. illud, in verſ. euitanda, de iure patro. vbi concluditur, quod patronus laicus non priuatur.

d Poterant. Alium. ſ. eligendo, & hoc propter no. in c. conſiderauimus, de ele. quæ limita, & intellige iuxta not. per gl. & Io. An. in c. auditis, eo. tit.

e Conſuetudo. Et vide Io. An. de præb. c. 2. li. 6. et in Spe. de leg. § nunc tractemus, verſ. ſed nunquid, et ibi vide per ipſum plures remiſſiones de illis laicis, et regibus, et vide ipſum in Spec. de præben. §. 1. ver. item not. quod imperator, et vide no. c. generali, et ibi Io. An. de ele. li. 6 qui tex. no probat, quod ille, qui habet cuſtodiam ecclesiæ, tenetur de facto ſuorum miniſtrorum, et officialium.

f Reſpondendum. Patrono etiam clerico non ſemper de temporalibus reſpondetur: ſed quando id fit, et quando non, vide Io. An. de præben. de monacis, in gl. ma.

g Veniſſent. Ibi vide gl. primam, et ſuper illa Ioan. An. et plenius, vt eccle. bene. c. 1. in gl. hoc vult.

h Conſideranda. Niſi ſint talia, quæ ſeruari non poſſunt. l. is cui. ff. vt poſ. leg. et vide glo. in Cle. 1. de ſeque. poſ. et fruc. quę ſentit quod electio eſt œconomi, an conſeruet ſucceſſori, vel expendat in eccle.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutum a Papa ſi conſtet ordinario ſuppreſſiſſe veram excommunicationis cauſam, remittet eum ad Papam, ſi vero ſuſpitio tantum de hoc ſit contra eum, coget eum ſe exinde purgare.*

2 *Diuiſio decretalis.*

Graue factum quod dicatur, eod. nu. ver. vt creditur.

3 *Merere, obtinere.*

4 *Abſolutio non tenet ex falſa cauſa, de ſtylo curiæ ſemper exprimitur abſolutionis cauſa.*

Hæc decretalis non practicabatur tempore auctoris, & ratio ibidem.

5 *In purgatione ſi quis defecerit, habetur pro conuicto, & in caſu hic cogitur ad curiam redire.*

6 *Epilogus, et Suffragium gloſſarum, nu. 7.*

Pluribus ſententijs ligatus, ab vna abſolutus, non dicitur ab alijs abſolutus, & nu. 8.

8 *Supletio gloſſarum, & nu. 9. & 10.*

Contritio non facit abſolutionem ante ex ficta cauſa factam valere, ſicut euenit in baptiſmo, ibid.

In dubio debet interpretatio fieri in tutiorem partem, ibid. in fine.

9 *Intentio abſoluentis inſpicitur, ſicut & baptizantis.*

10 *Purgationem poteſt epiſcopus indicere propter ſuſpicionem, & quam, & cuius.*

CAP. V.

1 Ex parte tua. Caſus. Si † conſtat ordinario, quod abſolutus a Papa ſuppreſſit veram excommunicationis cauſam, remittet illum ad papam. Si vero ſuſpicio tantum de hoc eſt contra eum, coget
2 illum ſe exinde purgare. Communis † diuiſio. 2. ibi, taliter reſpondemus. in qua diſtinguit. & ſecundum membrum proſequitur ibi, ſi vero [Occultatis] vt creditur,
a forte, vt dicit Abb. Factum fuit graue, [a] vt quia occidit ſuum parochialem presbyterum; nec mandatur ſa-

tisfactio: vel penitentia fieri, quam deceret pro facto tam nequam, Item forte portauit litteras epiſcopi, de quibus in abſolutoriis nulla fit mentio, ſecundum Pet.
3 [Meruerūt] 1. † obtinuerāt. ſic ſup. de ſeruis non ordi. de famulis, in fine. 8. diſtin. conſuetudo [Aliam] vt præſumitur: quia nulla cauſa erat expreſſa, ſed ſimpliciter dicebatur, talem parochianum tuum ad te remittimus abſolutum. hoc dico, quia † ſi in litteris eſſet alia
4
b cauſa expreſſa, certum eſt quod non [b] teneret abſolutio. ſed hodie non praticabitur hæc decre. quia de ſtylo curiæ ſemper exprimitur cauſa in litteris abſolutionis [Conſtiterit] per confeſſionem, vel per teſtes, qui præſentes fuerunt in abſolutione, & audiuerunt ipſum falſam cauſam exprimentem [Si vero id] ſ. quod tacuerint cauſam excommunicationis. T. [Suſpectos] forte ex qualitate perſonarum, ſecundum Pet. & Abb.
5 [Purgationem] in † qua ſi defecerint, pro cōuictis habentur, & coguntur ad curiam redire, de ſi. de hoc, &
6 c. inſinuatum, Hoſtien. ¶ Prima † gl. arguit, ponit opi. quam reprobat, demum quærit, & dupliciter ſol. & ſol.
7 ſi. contrarium, ¶ In † gloſſ. 1. [ibi, lege prima, §. ſed & quot] rogatus duobus reſtituere hæreditatem, alteri pure, vel in diem, alteri ſub conditione, ſi dicit, ſuſpectam, reſtituit ei, cui rogatus erat pure, vel in diem reſtituere vniuerſum. demum, cum conditio extiterit, ſi voluerit fideicommiſſarius alius partem, ipſo iure in eum tranſeunt actiones [& ibi, per fundum] vide in decre. officii, ſuper 1. gloſſ. [& ibi. §. ſi in pluribus] vide in decret. cum pro cauſa, in vlt. glo. & ſuper ea vide. ſ. pluribus, de accep. [& ibi, quot] vide in prælleg. c.
8 cum ſuper vlt. glo. ¶ In † glo. 1. [ibi, non credo] Idem Lauren. Tan. Vinc. Goffr. ad c. tunc valere, reſpondē, quod ibi ſola fictio baptizati impediebat remiſſionem peccatorum: qua ceſſante, & adueniente charitate, fit re-
c miſſio; [c] ſed in excommunicatione tollenda non ſufficit contritio. ex quo ergo a principio non fuit abſolutus, nunquam contritio illum abſoluet; ſicut nec ſatiſfactio, de ſenten. excommunic. cum deſideres, in fi. nec iuramentum de parendo, e. titu. quod in dubiis [& ibi, ad eccleſiam militantem] ſecus de triumphante. ī. de reſtitu. ſpolia. litteras, ad finem, de ſentent. excommunic. a nobis. 2. [& ibi, conſulitur animę] ſecūdum Tan. Idem hic Vinc. Gof. Phil. & Ian. & ſimile quod not. de excep. dilecti, in vlti. gloſſ. [& ibi, Cum ergo, in fine] & vt per meritum obedientiæ creſcat. e. q. quid ergo: & quia in dubio debet fieri interpretatio in tutiorem partem. ī. de ſpon. iuuenis [& ibi, non intendebat] nec in-
d tendere poterat, [d] ar. ff. de contrahen. empt. in lege. in-
9 ſpicitur † ergo intentio abſoluentis, ſicut baptizantis, de conſecra. diſt. 4. ſolet [& in fine] dic vt ibi. ¶ In gl. vltima [ibi, labores infamia] idem Vinc. & Tan. cuius fuit hæc gl. Gof. & Phil. Sed Inno. & Hoſt. ex hac decr.
e & illa, de purga. cano. inter, [e] & c. ſi quis de gradu, & 2. q. 5. omnibus ibi, ſuo epiſcopo, aut reliquis, vbi de
10 hoc, dixerunt. quod propter ſuſpicionem poteſt † epiſcopus purgationem indicere. poteſt dici, quod ſolius epiſcopi non ſufficit occulta ſuſpicio, ſed probabilis epiſcopi, & aliorum ſuſpicio bene ſufficit. ad primum, 6. q. 2. placuit, & ſic intelligantur iura inducta ſuperius. & in gl. & etiam dixit hic Ian. quod hoc intelligebat, quando vrgens ſuſpicio eſt contra eos: alias non cogerentur ſe purgare, niſi eſſent infamati, & remittebat ad decreta cum oporteat, de accu. Hoſt. etiam ſuper verſic. ſuſpectos ſubaudiebat, iuſte, propter publicam infamiam, qua laborant. ī. de cohabi. cleri. & mul. tua. & inſ. de purga. cano. nos inter.

ADDITIONES.

a Graue. Hoc, quod hic dicitur, locum habet in abſolutione excommunicationis, confitens autem peccata ſua, an poſſit vnum ſubticere, ſi ex illius confeſſione oriri poteſt periculum, vide Io. An. inf. de poe. & re. omnis, ſuper gl. quid ſi.

b Quod non. Ad hoc de conſan. & affi. quia circa, vbi vide & vide Bar. in l. demonſtratio. ff. de condi. & demon. de materia falſæ cauſæ in contractibus, teſtis, & alijs diſpoſitionibus. vide tamen ad materiam iſtam in deciſione Rotæ concluſione 428. & ſe. vbi videtur no. contra eius, quod hic dicit Io. And. de app. ex falſa cauſa.

c Remiſſio. Et ſic ratihabitio ſuperueniẽs retrotrahitur ad baptiſmum, qui iam præceſſerat. contritio hic non poteſt retrotrahi ad abſolutionem, quæ pro hoc peccato non præceſſerat, ſed pro alio. ad materiam vide in reg. rati, de reg. iur. libro 6.

d Poterat. Quia neſciebat, vide plures concord. pro & contra in l. lege. hic all. & an poſſit abſoluere ab omnibus excommunicationibus, etiam quas abſoluens ignorat, facit materia l. cum Aquiliana ff. de tranſact. vbi vide Bart. & in l. ſub prætextu, & l. ſi de certa, C. eo. tit. & ibi Bal. & Saly.

e Inter. Et de hoc etiam in c. cum in iuuentute, eodem titul. facit tex. in c. litteras, de præſump. quod ex vehementi iudicatur purgatio. & hic ponitur veritas, ſi talis, quod ad aures tranſeat, indicatur: alias non; pro hoc vide tex. in c. tua nos. infra de coha. cler. & mu. ubi uidetur requirere, quod ſit ſcandaloſa, quod poſſit, facit tex. in c. unico. infra de cle. uo. ad hoc, quod ſcripſi 2. quæſt. 1. prima ſemper, & uide quod not. in c. qualiter, el 2. in gl. infra, de accuſ. & eſt de hoc gl. ſi. in c. tua, & ſcripſi 2. quæſtio. 5. ſi mala, & ca. omnibus, hic alle. Archid.

SVMMARIVM.

1 *Supplet ordinarius deſidiam, vel malitiam delegati Papæ propter animæ periculum, & quibus caſibus, & nu. 3. 9. vide nu. 13. & 14. 15.*

2 *Et, pro vel.*

3 *Conſtitutionis huius ad alios caſus extenſio, & quos, & intellectus, nu. 10. 13. 14. 15.*

4 *Mandatis, quando non parendum ſuperioris.*

Per quas, ideſt quarum auctoritate, ibidem. ad vices, per quas.

5 *Teſtes quando non ſunt in loco iudicij, quid habeat facere delegatus. Inſpicitur conſuetudo, an de loco conſueuerint euocari. num. 12.*

6 *Nefarie, inceſtuoſe.*

Deſidia pro negligentia, ibid.

7 *Dolus, & negligentia æquiparantur.*

8 *Ex culpa alterius quis, vt hic, excommunicatur, & ratio.*

9 *Ad ſimilia protenditur hæc decretalis. vide nu. 3.*

Specialem caſum ponere hanc decretalem, quomodo intelligendum, ibid.

10 *Diœceſis appellatione continetur hic ciuitas.*

In priſtinum ſiquis iubeatur reuocari excommunicationis ſententiam, hoc dicitur ob omnimodam ſimilitudinem, ibidem.

11 *Epilogus, ſuffragium, & Suppletio gloſſarum. numero 12. 13.*

14 *Per appellationem friuolam quo caſu impediatur excommunicatoris officium.*

Per commiſſionem cauſæ alijs ab apoſtolica ſede factam, ſuſpenditur iudicis prioris iuriſdictio etiam ex cauſa appellationis friuolæ, ibidem. & quando reuocare, numero 18.

15 *Sententia diuortij in rem iudicatam non tranſit.*

Appellatione deſerta cauſa diuortij quando audiantur partes. ibidem.

Appellationis proſequendæ tempus arctatur ex cauſa, ibidem.

16 *Negligentia delegatorum ſuppletur per ordinarium, & quibus de cauſis, & ſup. numero 2. & 3. & numero 1. ibidem nota.*

17 *Ad teſtes, qui ſunt egregiæ perſonæ, mittit ex gratia iudex.*

18 *Reuocare ad ſe cauſam Papa videtur ab ordinario committendo alijs eam.*

19 *Excommunicatus agit in caſu ſpeciali, & quando.*

CAPVT VI.

1 Significauit. Caſus. Propter † periculum animæ ſupplet ordinarius deſidiam vel malitiam delegati Papæ. Communis diuiſio. ſecunda ibi. cum itaque. & Petr. dicebat caſum ponendum per decret. vltim. infra de matrimonio contracto [Illicita] ſcilicet infra quartum gradum, de conſan. non debet [Et] pro

2 † vel, [a] ſic de vita & hone. cleric. clerici. verſic. capax

a [Notantur] hodie, ſi ſcienter contrahunt, ſunt ipſo iure excommunicati per Cle. de conſan. & affin. eos qui [Remotiores] hic puncta. & dixit Goff. quod in hoc erat prouiſum per decret. nonnulli. ſup. de reſcriptis.

3 Dixit † Innoc. idem ſi ad propinquos, ſed de remotioribus magis præſumitur, quod ignorent. Idem dicit, quando non impetrarunt litteras, ſed ſuper or tantum

b abſoluit, licet male, quia debebat remittere, [b] vt infr. capit. 2. Dicit Hoſtienſ. etiam ſi ſit Papa, ex quo tacita veritate ſunt abſoluti, ſup. capit. proximo. ſi au-

4 tem † ſuperior certificatus de omnibus præcipiat inferiori, quod illos amplius non moleſtet, Dicit Hoſtien. quod ſi eſt caſus, in quo poſſit ſuperior diſpenſare, videtur ei parendum. alias non parebit inferior contra deum, de hoc ſupr. de tempo. ordin. ad aures. Sed & primo caſu poſſet dici non parendum, donec expreſſe diſpenſet, de ſciſma. capit. 2. [Per quas] ideſt quarum auctoritate [abſoluti] bene, vel male. & hic accipe litteram, in prænominata nefarie &c. vſque ibi effectum [Ad locum] facit 2. quæſtio. 2. capit. ſi. & quod

5 ibi not. [Non accedunt] quid facere habeat † delegatus quando teſtes non ſunt in loco iudicij, & quid ſi committitur receptio tribus, qui non poſſunt conuenire, vide in Specul. tit. 1. §. 1. verſic. antepe. & penult.

6 [Nefariè] ideſt inceſtuoſe [Malicia] vt quia fauet peccato, & caueat a pœna decret. cum æterni, de re iudic. libr. 6. [Deſidia] ideſt negligentia. & ſic æquiparatur

7 † hic dolus, & negligentia, ſic inf. de teſtibus per tuas, in fi. de appellat. ab eo, libr. 6. in fi. ſecus, ſi quæratur de pœna doloſi, de elect. nihil eſt, de crimine falſi, ad falſariorum. Dicit autem Innoc quod ideo excommunica-

8 tur † hic pars ex deſidia iudicis, quia eius culpa præſumitur, ex quo crimen eſt notorium, vel non proſequitur retractationem ſententiæ, a qua appellauit [Suffragium] excuſabant ſe inceſtuoſi, quod ſtabat per iudi-

9 ces [Ea quæ] vel † ſimilia. ff. de leg. non poſſunt, Innocen. & Hoſtienſ. & facit quod not. 3. quæſtio. 3. §. ei autem, in gloſſ. hic habes, in fi. quod ergo dicimus, quod hæc decret. ponit caſum ſpecialem, non intelligas quo ad terminos hic expreſſos, ſed quo ad rationem ipſorum, ſcilicet vbi vertitur animæ periculum. Vnde dicit Hoſtienſ. quod vbicunque de euidenti peccato agitur, per quod de exempli pernicie timeatur, & ex quo poſſet ſcandalum ſuſcitari, & periculum eſt in mora, locum habet iſta ſuppletio, ſecus, ſi ageretur pecuniaria

10 cauſa [Diœceſi] ciuitatem † comprehendit, vt dixi ſup. eod. capit. 1. [In priſtinam] hoc dicit propter omnimodam ſimilitudinem [Receptione] de his dicit, quia in his iudex dimiſerat, Goffred. [Progreſſum] alias proceſſum. & intelligit Hoſtienſ. coram ordinario; quia auctoritate huius decret. iuriſdictio. reaſſumit, & delegatus doloſus, vel negligens illam perdit. gl. contra, quod coram delegato; quod puto verius, & placet Innocen.

11 Petr. & Abb. ¶ Quarta † gloſſa reſpondet per obiectionem,

ſionem, & ſoluit. ¶ Penultima gloſſa, quærit, & ſol-
22 uit duplicitèr. ¶ In † gloſſa ſecunda[ibi, lege tertia.
§. vltimo]inſpicitur tamen conſuetudo, an de eo lo
co vocari conſueuerint, vt ibi. ¶ In gloſſa penultima
[ibi. §. cum ita ſeruus. §. eſt]& vide de appell. cum ſit,
23 ſuper 3. gloſſa. ¶ In † gloſſa prima[in fine] vnde Inno
cen. decret. intelligit, & Abb. cum eo, quando iudex
procedens ex officio pro manifeſto contubernio ex-
communicat parere nolentes mandatis ſuis, & excom
municati ſuggerentes, quod non ſeruato ordine, & nulla
cauſa contra eos probata excommunicati erant, impe
trauerunt litteras ad excommunicatorem, vt ſi ita e-
rat, infra certum diem ipſos ſine aliqua difficultate ab
ſolueret: alioquin dabatur in mandatis delegatis, vt
hoc facerent. & ſi quid quæſtionis remaneret, audirét.
& de virtute huius clauſulæ dicam infra eod. ad re-
primendam, in gl. vocatis partibus; ſed quia excom-
municator abſoluere noluit, delegati abſoluerunt. Sed
poſt abſolutionem non procedebant, quamuis ex-
communicator paratus eſſet probare illicitam copu-
24 lam. Nec obſtat, ſi dicas, quod non † debuit impedi-
ri officium excommunicatoris per app. friuolam, vt j.
de appel. peruenit. 1. & c. conſuluit. 1. quia illud verum
eſt antequam ſedes apoſtolica cauſam aliis commiſe
rit. nam poſtea ipſius iuriſdictio videtur ſuſpenſa.
ſup. de reſcriptis ab excommunicato. ſupra de officio
deleg. paſtoralis. §. præterea, ſecundum Innocent. vel
poteſt dici ſecundum Hoſtien. quòd ordinarius vo-
lebat vti poteſtate ſua: ſed placebat ei, quod de-
legati procederent, dummodo negligentes nó eſſent,
poteſt etiam intelligi, quod ſententia diuortii lata
fuit; & quia non parebant, excommunicati fuerunt.
nam & ſi a ſententia appellatum non fuerit, nihilo-
25 minus audiuntur: quia ſententia † diuortii in rem iu-
dicatam non tranſit. j. de re iudicata, lator, & c. con-
ſanguinei. ſed & ſi appellatum fuiſſet, & tempora ap-
pellationis elapſa, adhuc audiuntur, ſi dicant, quod
non ſtetit per ipſos, ſed iudicem, quominus cauſa ter
minaretur, vt notatur infra de appell. ex ratione. ſed
& infra tempora audirentur, ſi dicatur, quod propter
illicitam copulam tamdiu expectare non poſſunt pro-
pter periculum animarum, vnde abbreuiandum eſt
tempus, argum. inf. de appell. oblatæ. §. penult. & bre-
uiter ſicut generaliter loquitur, ſic & generaliter intel
ligi poteſt, quandocunque excommunicantur aliqui
pro illicita conſanguitatis copula, iudice ex officio
procedéte, vel alio accuſante, quamuis Innocent. ali-
ter hic ſcripſerit, ſcilicet quod ſi interuenit accuſatio,
procedet delegatus; qui ſi grauet, vel nimis protelet,
ab eo appellabitur; ſed plus placet dictum Hoſtienſ. in
hoc. qualitercunque enim tales hoc modo fuerint, ſem
26 per eſt ſupplenda † negligentia delegatorum per or-
dinarium, vt inf. legitur & not. Idem intelligo ſecun-
dum Innocen. Hoſtien. Pet. & Abb. pro quocunque a-
lio crimine fuerint excommunicati; quia eadem ra-
tio: ergo idem ius. ſup. de reſcriptis inter cæteras, & di
cit Innocen. quod per hoc non turbatur, immo iuuatur
iuriſdictio delegati, quia citius procedetur in cauſa.
¶ In gl. 2. [ibi, vel in honore] dicit hic Goffred. quod
27 † iudex de gratia mittit ad perſonas egregias, cum
de iur. neceſſitate non teneatur, ff. quis ordo in bono.
c poſſe. l. 2. §. ſi præſes[& ibi, venire]quod dic, vt infra,
de reſcriptis, ſtatutum. §. penultim. libro 6. ¶ In gloſ-
28 ſa, & ita[in fine]alias Papa † comittendo cauſam ap-
pellationis videtur cauſam ab ordinario reuocaſſe,
ſupra de officio delegati. paſtoralis. §. preterea, vt
ſupra dixi. ¶ In gloſſa penultima[ibi, hoc intellige]
ſecundum Laur. Tan. & Vincen. ¶ In gloſſa vltima
[ibi, per procur.]ſecundú Tan. & Vin. [& ibi, Rei ſunt]

19 Dicit Hoſtienſ. hunc † eſſe caſum ſpecialem, in quo
excommunicatus agit, quando. id eſt ſemel abſolutus
in eodem crimine, & in eadem contumacia perſeue-
d rat,[d] vt hic, & infra de appell. quæſtioni. hoc autem fit
in pœnam ipſorum, & ſic non obſtant contraria.

ADDITIONES.

a Pro vel. Quia & affinitatis, & conſanguinitatis eadem eſt prohibitio, ideo copula inter illa poſita ponitur pro disiuncta, vide Bart. in l. ſæpe ff. de verbo ſignific. in §. vtrum, l. ſi is qui ducenta. ff. de re. du. & Cy. Bal. & Sal. in l. cum quidam. C. de ver. ſignifi.

b Remittere. Tenet tamen abſolutio, vt de ſenten. excommun. venerabilibus. §. vbi autem, & vide glo. & Io. An. de reſcrip. ab excommunicato, & de off. deleg. cum contingat, per Io. An. in gl. per executorem.

c Bonorum poſſeſſ. Et ff. de iureiur. l. ad perſonas egregias, & infra de teſtib. ſi cui teſtium, & ibi idem reſpon. Ioan. And. ſuper gloſſ. 1. in contrarium facit l. ad perſonas, prealleg. quæ tamen loquitur in iuramento, vide in deciſione Rotæ, concluſione. 99.

d Perſeuerat. Et hoc forte voluit dicere Innocent. in capit. cum incertum, dum dixit, quòd fallit in c. ſignificauit, in fin. & ſic ex hoc not. quòd actor neceſſarius poteſt eſſe in iudicio, licet ſit excommunicatus, quod facit, quod in caſu l. diffamari, excommunicatus agere poſſit, & id quod hic not. in capit. pia, de exception. libro ſexto, & in c. paſtoralis, de exception. & c. cum inter, & c. exceptionem in fine, per Innocen. ad hoc gloſſa penultima, in c. pro illorum, de præbend. vbi allegat illum textum Bald.

SVMMARIVM.

1 Supplet abbatis non reuocantis monachum vagabundum ordinarius negligentiam.

2 Regularium appellatione cóprehéduntur & templarij, et hoſpitalarii. Cui acquirant, numero 3. & 4. per curias principum vagari non licet, niſi in caſu, nu. 5. conſortiumq. ſecularium vitare debent. ibid.

Obedientiæ pro prioratibus hic accipiuntur, & cur.

Prioratus non ſunt perpetuo concedendi, ibid.

4 Fugitiuus regularis cui acquirat. & circa fugitiuos huiuſmodi vbi prouideatur. nu. 5.

7 Prælatorum nomine qui hic accipiantur, & nu. 10.

Abbates non habent omnes religioſi, ibid.

Pecuniæ monachalis adminiſtrationem non habent epiſcopi, ibidem.

Monaci, & abbates ſubſunt epiſcopis, ibid.

8 In cap. ſi quorundam, de ſoluti. caſus hic refertur, quando quis non incidit.

9 Lectio huius decretalis quæ ſit vera.

Arbitrio archiepiſcopi quare committitur conuerſio pecuniæ, ibidem.

Fraus, vel negligentia in quo timetur, non eſt ei quid committendum.

10 Monitio, cuius meminit hæc conſtitutio, quo ordine facienda, ver. vnde dicit. neceſſaria eſt maxime in occultis, et ratio, nu. 11.

11 Negligentia vt appareat, qua ratione procedendum.

12 Suſpenſio officii, & beneficii quid operetur, remiſſ.

Deponi nequeunt epiſcopi niſi per Papam, inferiores autem alii poſſent etiam degradari & a quo, et qua de cauſa, eo. num. 12.

13 Epilogus, Suffragium, et Additio gloſſarum, num. 14. et nu. ſequentib.

15 Monaci coertio, vel correctio primo loco ad quem ſpectet, et coram quo poſſit in criminali conueniri, et an in ciuili poſſit, et coram quo, et prætius debito quis conueniendus, et vbi, et num. 16.

16 Abbas quandoque habet iuriſdictionem etiam in clericos ſeculares, quorum etiam cauſas ciuiles poterit audire, et in quo loco, et quando, verſ. quid ſi abbas, et numero 17. 18.

Ius

Ius dicere in aliena diœceſi, vel territorio neque abbatibus etiam, nec epiſcopis non licet, niſi in duobus caſibus, & quibus, ibid. & num. 17. 18.

Prælati quando dicantur habere iuriſdictionem ab vniuerſitate electi, eodem numero, verſic. Qui & ſcripſit.

18 *Conſuetudo dat iuriſdictionem in rebus, perſonis, & locis, niſi in caſu.*

19 *Subditos in aliena diœceſi quomodo contingat quem habere, & quæ reſpiciat hæc ſubiectio, ibid.*

CAPVT VII.

a 1 Quanto. ª Caſus. Ordinarius † ſupplet negli-
gentiam abbatis non reuocantis
monacum vagabundum. Commu-
nis diuiſio. 2. ibi, mandamus, quatenus [Alij, regula-
2 res] puta † templarij, hoſpitalarij, vel quiuis alij [po-
tius] quam principum, vt infra [Vigilare] 44. diſtin-
ctione. multis. 81. diſtinct. oportet. 48. diſtinct. nuncia
tum. infra eo. irrefragabili, in fin. Hoſtien. [Obedien-
3 tijs] ideſt † prioratibus, quia ad obedientiam præla-
torum tenentur, nec ſunt perpetuo concedendi, de ſta
tu mona. capit. 2. verſic. prioratus [Pecunia] quam ſi ex
ſucceſſione, vel aliter acquirit, cedit monaſterio.
C. de epiſcopis & cle. Deo nobis. §. hoc etiam, & in au-
then. de ſanctiſs. epiſcopis. §. nullam, & §. ſi monacus,
4 vltim. colum. & 18. quæſt. 2. abbates. & quid † de fugi-
tiuo, vel qui ingreditur aliud monaſterium? aliquid
b tractauit hic Hoſtienſ. ſed plenius infra ᵇ de regu. cap.
5 fi. & ibi videas [Per curias] contra tales † prouidit con
cilium Vienen. de ſtatu mona. ne in agro. §. quia ve-
ro, & vide quod ibi not. in gloſſ. quæ incipit, de officio.
hodie circa apoſtatas fugitiuos, & eiectos prouiſum
eſt per conſtitutionem Benedicti, Paſtor bonus. Di-
cit Hoſtien. quod licet monacus ſcurilitatis, vel vaga-
tionis cauſa in curijs eſſe non debeat, de abbatis ta-
men licentia poteſt eſſe, vt quotidie fit in obſequio
principis, vel epiſcopi. tamen, vt dicit, propter pro-
prium quod acquirunt, & quædam alia id periculo-
ſum eſt, de quo remittit ad ſummam, de maiorita. &
obedien. §. & quid, verſic. ſi epiſcopus, & ſequenti. be-
6 ne ergo dixit Hiero. ad Pauli. 1. B. ſecularium † & ma-
xime potentum conſortium deuita: quid tibi neceſſe
illa ſæpius videre, quorum contemptu monacus eſſe
cœpiſti, & omnino vide quod ibi pulchre ſequitur de
ſorore Paulini [Quoſcũq;] alias quotieſcunque [Præla-
7 torum] ineſt † Abbatum priorum, vel aliorum regu-
larium. non enim omnes religioſi habent abbates,
de ſtatu mona. capit. fin. alij prælati vero, vt epiſcopi,
non habent cuſtodiam nec adminiſtrationem pecu-
niæ monacalis. vnde non eſt in ipſorum manibus reſi-
gnanda, ſecundum Innocen. licet fateamur monacos,
& abbates ipſis ſubeſſe, vt in gloſſ. [Difficultate] ideſt
dilatione ſecundum Iacobum [In vtilitatem] Dicit Ab
8 bas, quod hic ſoluitur quæſtio facti. duo † regulares
adminiſtrationes habebant, vnus tranſlatus ad aliam
c de conſenſu abbatis recepit ᶜ in ſe onus ſoluendi de-
bita adminiſtrationis ſuæ prioris: opponitur ei, quòd
incidit in conſtitutionem, de ſol. ſi quorundam. per
hanc litteram patet, quod non incidit, cum pecunia
d congregata de obedientijs conuerti ᵈ poſſit in vtili-
tatem monaſterij de conſenſu abbatis. & ſic res vnius
adminiſtrationis de abbatis conſenſu potuit alteri
9 applicari [Abbatis conſilium] dicit † Innocen. quod
vera littera de regiſtro debet eſſe, Arbitrij tui conſi-
lium. Sed litera, Abbatis, erat in antiqua. dicit autem
ipſe, quod ex ſpeciali prouidentia fuit hoc conceſſum
e archiepiſcopo, ᵉ qui cum diligens eſſet, & abbas ne-
gligens circa monacos vagos requirendos, iuſtum fuit
potius requiri, & attendi ipſius archiepiſcopi conſi-
lium, quam abbatis, tũ vt deferatur honori archiepi-
ſcopi, tũ vt ipſius diligentia commendetur: tũ vt puſil
lanimitati abbatis conſulatur, qui forſan de facili cõ-
cederet monaco, vt proprium retineret, & vt omnis
fraus excludatur, ſecundum Innocen. ad hoc, de im-
mun. eccleſ. aduerſus, & eſt ſimile, de ſententia ex-
10 communicatio. monaci [Si prælati] ideſt † abbates, &
priores, vel. i. epiſcopi ſuffraganei tui. ſed Innocen. in-
telligit de vtriſque, cum enim abbates, & diœceſa-
ni iuriſdictionem habeant, ambo ſunt monendi. vn-
de dicit hunc ordinem ſeruandum. Primo monebit ab
batem, quod reuocet vagum monacum cum proprio,
quod tenet. quod ſi negligens fuerit abbas, ſecundo
monebit diœceſanum, vt ſuppleat negligentiam ab-
batis, argumen. de cenſibus, Romana. §. ſane, libro
ſexto. qui ſi negligens ſit, monebit tertio ipſum mo-
nacum, quòd redeat, & proprium reſignet in ma-
nibus prælati, conuertendum &c. vt hic, quod ſi obe-
dire noluerit, tunc archiepiſcopus illum compellet
per ſuſpenſionem, vt hic dicit Hoſtien. concordat Pe.
& Abb. quòd ſi hoc ſit notorium, quod vix aliter eſſe
poteſt, ſublato huius monitionis circuitu, ſtatim põt
hunc archiepiſcopus corrigere, vt patet de cenſi-
bus, Romana. §. notoria, libro ſexto. Sed & decens
eſt ſecundum eum, quod fiat monitio etiam in noto-
rijs. argumen. infra capitulo primo, & neceſſarium
11 † in occultis, vt appareat de negligentia prælatorum;
quod apparebit per lapſum termini aſſignati. ſupra ca-
pitulo proximo. & facit quod nota. infra eodem, gra-
ue. dicit etiam, quod non eſt magna vis an fiat mo-
nitio primo prælatis, ſecundo monacis, vel e conuer-
12 ſo [Suſpenſionem] quid † operetur ſuſpenſio in mona-
co, de quo hic Petr. & Abb. dicam infra de ſimon. di-
lectus. ſecundo. Et Dicit Hoſtien. quod hoc reſpicit
prælatos epiſcopos, qui ſuſpenduntur, cum per alium,
f quam per papam deponi ᶠ non poſſint. ſimile de cleri-
cis non reſiden. ex tuæ. Alii inferiores creſcente, &
exigente contumacia poſſent etiam degradari, de iu-
dic. cum non ab homine, vel detrudi in carcerem ad
pœnitentiam agendam, de ſimo. de hoc, & capitulo
dilectus, appellatione remota. infra eodem licet.
13 ¶ † Penultim. gloſſ. nota. allega. duo iura, ponit opi-
nionem Hug. quam reprobat. ¶ In gloſſ. penultima
[ibi. l. 3.] incipit, ſi filius. vide de ſentent. excommu-
nicatio. cum voluntate, ſuper gloſſ. penultima, & leg.
14 vnicam, quæ ſequitur, vide in eadem gloſſ. ¶ In † gl.
[ſic patet ibi, abbates] ſi dicas, prælati, ideſt epiſcopi.
nam ſi archiepiſcopo loquitur, ceſſabit hæc lectura
[& ibi, de perſona] vbi de hoc, & duodecima diſtin-
ctione. de his, & decimaoctaua quæſtione ſecunda, ca-
pitulo primo [et ibi, Dicendum] idem Lauren. Ioan.
15 Vinc. Goff. et Philip. dicit hic Inn. quod dicitur † coer
ctionem monaci primo loco ſpectare ad abbatẽ, põt
hoc verum eſſe ſm quoſdam, ſi recepit benedictionẽ,
cum per illam habeat plenitudinem officij: nec prius
g poterat benedicere monacos, nec portare baculum ᵍ
paſtoralem. 71. diſtinctio. capitul. primo. ſupra de æta
te et qualitat. cum contingat. Si vero non recipit, ſed
tantum miniſter eſt, tunc non poteſt coercere. 50. di-
ſtinctio. accedens. 93. diſtinct. A ſubdiacono. 18. quæ-
ſtio. 2. hoc tantum. Dicit Hoſtienſ. quod hoc dictum
reprobare videtur. ſupra de elect. tranſmiſſam. vide
h quod dixi c. tit. venerabilem, in gl. arg. q. ad finem. ʰ
alii dicunt, quod in minoribus corripiet ipſum abbas,
vel prior. maioribus vero & grauioribus epiſcopus tan
tum, arg. 90. di. ſi quis maioribus monacus, de ſtatu re-
ca quæ. In his verò, quæ ſunt regulæ, tenet Innocen.

quòd magis ſpectat ad abbatem correctio, quam ad epiſcopum, cum in eis magis debeat obedire abbati, quam epiſcopo. facit quod not. 8. diſtinct. quæ contra. 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit, & 33. quæſtio. 5. noluit. corriget ergo eum abbas, & puniet, & etiam tandem expellet eum de monaſterio ſecundum regulam a ſuperiore approbatam: quia, ex quo ipſam ſuperior approbauit, videtur ei conceſſiſſe, vt exequatur ea, quæ in regula continentur, quod dic vt legitur & not. infra de reg. c. 2. & c. lo. & c. fi. & ſi abbas ad hoc non ſufficit, poteſt auxilium epiſcopi implorare. 18. quæſtio. 2. abbates, & c. le. & hic. Si autem monacus criminaliter accuſetur, coram epiſcopo reſpondebit, cum minor eo cauſas criminales nequeat expedire; quod dic, vt legitur & no. ſupra de electio. tranſmiſſam, & ſic intellige 18. quæſtio. 2. monaſteria, & vide infra, de præben. de monacis, ſuper glo. 1. in additione magna circa medium. Vbi vero agitur de pecunia, vel alia ciuili querimonia

16 non habet locum quæſtio; nec enim † poteſt monacus ciuiliter conueniri, cum nec proprium habeat. 12. quæſtio. 1. nolo, & capitulo non dicatis. Quid ergo, ſi dum in ſcholis eſt, mutuum contraxerit? vtique, ſi ſine licentia abbatis profectus ſit, is, qui cum ipſo contrahit, ſibi poterit imputare. ſin autem cum li-

i centia, tunc videtur, quod poſſit contrahere mutuum temperatum neceſſitate inſtante, arg. ff. nau. ca. ſta. debet exercitor, & de inſtitu. act. l. 1. & per totum: ſed in hoc caſu, & vbicunque licitè contrahit, non conueniretur ipſe monacus, ſed abbas, vel monaſterium, in quo quidem caſu abbas non erit: quia non poteſt eſſe ſimul iudex, & reus, ſecundum Innocenti. erit ad ordinarium recurrendum, & dicunt quidam, quod etiam dum eſt in ſtudio, poteſt monacus in hoc caſu nomine monaſterii conueniri, ar. ff. de iudic. ſi longius, infra de poſtu. capitel. 2. Hoſtien. Quid ſi abbas habet ſub ſe clericos ſeculares, vel etiam monacos in aliis monaſteriis, & in aliis diœceſibus, nonne cauſas ciuiles talium poterit abbas audire, & diffinire? ſic, cum habeat iuriſdictio. ordinariam, vt patet in eo, quod not. ſupra eodem cum ab eccleſiarum. actor tamen non cogitur eos coram abbate conuenire. immo poteſt recurrere ad epiſcopum, & alios ordinarios, nec obſtabit fieri exceptio, ſi forte dicatur, quod primo conueniendi ſunt ſub abbate. nam hoc eſt in poteſtate actorum, & idem intelligas de plebanis, & omnibus aliis iuriſdictionem habentibus, etiam ſi ab

K vniuerſitate eligantur, ſecundum Innocent. [k] qui & ſcripſit hic, quod iuriſdictio. habent ab vniuerſitate, ſed poteſtatem excommunicandi, & cenſuram ec-

l cleſiaſticam exercendi a confirmatore. [l] nam excommunicatio eſt propriè mucro epiſcopal. 24. queſtio. 3. corripiantur. 16. quæſtio. 2. capi. 1. Ab vniuerſitate vero non habet poteſtatem aliquam niſi iudicandi; & forte multam modicam indicendi, ſecundum Innocen. qui dicit, quod hodie de conſuetudine plus iuriſdi. habent in multis partibus; ſed præcedens dictum Hoſtienſ. non placet: quia quantumcunque eligantur prælati, nunquam debent exercere aliquam iuriſdictionem, niſi primo ſint confirmati, vel ſaltem à iure approbati. poſt confirmationem vero ipſam ritè exercent, ergo a ſolo confirmatore hanc recipiunt poteſtatem, vt patet in eo, quod legitur & no. ſupr. de elec. noſti, & c. tranſmiſſam, & ſup. c. cum ab eccleſiarum, & il

17 lud eſt † notandum ſecundum Hoſtienſ. quod ſi tales poſſunt audire cauſas ſubditorum ſuorum clericorum aliarum diœceſum in ſuo monaſterio: in aliis autem locis, ſiue diœceſibus ipſas audire de iure non poſſunt, arg. 79. diſtinctio. cap. 1. ſupra de ætate & quali. cum contingat. nec mirum: quia idem eſt de epiſcopo, ſi in aliena diœceſi aliquos ſubditos clericos habeat. nam & ſi cauſas ipſorum in ſua diœceſ. potiunt audire, non tamen in aliena. & eſt ratio, quia non poteſt ibi ſedere pro tribunali ſine licentia illius, cuius eſt diœceſis, vt patet in eo, quod legitur & no. ſupra tit. 1. quod tranſlationem, & cap. nouit, & de vſu pal. cap. 5. in fi. & inf. de ſta. mona. in ſingulis. §. ordinentur, & niſi & hoc habeat ex priuilegio, vt infra de exceſſibus præla. accedentibus, ad finem: vel de conſuetudinem præſcripta,

18 quæ † cum iuriſdi. det in rebuus, & perſonis, vt patet in eo, quod legitur & no. ſ. de foro compet. cum contingat, multo fortius & in locis; arg. ff. de redhibito. act. iuſtiſſime. 12. quæſtio. 1. præcipimus, dummodo ex hoc limites non contingat confundi: alioquin contra vt patet in eo, quod legitur & no. inf. de paroch. ſuper

m eo. [m] infra de decimis, cum ſint homines, in fi. Si quæ-

19 ras, quomodo poteſt † vnus epiſcopus habere ſubditos in alia diœceſ. reſpondeo eo modo, quo & abbas: ſicut enim abbas poteſt habere eccleſias in alia diœceſ. quarũ ratione clerici ipſarum ei ſubſunt, ſic et multo fortius epiſcopus. verum tamen hæc ſubiectio de iure communi magis reſpicit temporalia, quam ſpiritualia, quamuis et vtraque reſpicere poſſit, vt patet in eo, quod legitur et not. inf. de priuileg. cum et plantare. §. in eccleſijs, ſecundum Hoſtien.

ADDITIONES.

a ¶ Quanto. In verſic. conuertendum. vide qualiter hoc intelligat in ca. cum ad monaſterium, in gloſſ. 2. de ſtatu monac. Archidiac.

b Plenius. inf. Et de ſeru. fugi. cui quæratur, vide ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. per ſeruum. de putatiuo autem monaco, cui acquirat, vide Io. And. in Spec. de ſtatu mon ſuper rubr. verſic. Pileus, vbi vide quis dicatur monacus putatiuus. & quid de monaco obligato religioni in genere, & ſic ſine monaſterio, vide Bart. ff. de ſtip. ſeruo. quod ſeruus.

c Recepit. An in permutantibus beneficia talis pena ſit licita, vide Io. And. in Spec. de rerum perm. ſuper rub. verſic. ad hoc quæritur, & per Feder. de Senis in ſuo permutationis opere, quæſt. penult.

d Conuerti. Contra facit l. 1. C. de compen. & ibi, vide ſimilem materiam. & vide in l. inter tutorem. ff. de admi. tuto. & ibi Bar. quæ faciunt ad illud, & ſiſtæ obed. extra. ſunt ne mepſa; de quibus in Clem. 2. de ſup. neglig. prælat. nullum dubium habet quæſtio.

e Archiepiſcopo Non ipſi ſoli, ſed alijs ordinarijs in caſu negligentiæ abbatis, vel prioris, vide Io. And. de ſen. excom. inquiet, & de vſu pal. ex tuarum, in gl. tria

f Depoſi. Ab officio, vel beneficio; poſſunt tamen pro crimine alterius puniri per archiepiſcopum, vide Io. And. de offic. ordi. vt litigantes, lib. 6. & in Spec. de le. §. ſuper, eodem verſic. ſed nũquid legatus.

g Baculum. Vſus baculi paſtoralis ſolis epiſcopis competit, non abbatibus, niſi ex priuilegio; vide de ſacra vnctio. c. 1. in fi. coniuncto c. vt apoſtolicæ, & quod ibi no. Io. And. de priuileg. lib. 6. & de exceſ. præl. accedentibus.

h Ad finem. Quaſi velit, quòd per confirmationem ſolam ſine benedictione poſſit vti iuriſdictione: ſed an ipſa benedictio habeatur pro confirmatione, videtur quòd ſic: ſic ſoluatur opi. illorũ quòd an ſit verum, vide inf. a. c. 1. de ſup. ne. præla. per Io. And. in gl. & licet confirmati.

i Mutuum. Vide gl. & ibi Io. And. in c. ex parte, de accu. & Guil. in Spec de acto. ver. item excipitur, quòd eſt monacus, & ſe.

k Innoc. Vide ſupra eo. cum ab eccleſiarum, per Io. And. ſuper gl. fi. & gl. 1. inf. eo. paſtoralis, & Io. And. ſuper illa, & de cenſi. cum venerabilis, ſuper gl. 2.

l Confirmatore. Melius diceret, a iure communi per confirmationis monaſterium, de elect. tranſmiſſam, & ibi no. & vide in c. 1. qui. inf. de ma. & obed. in gl. fi. Io. And.

m Super eo. An autem iuriſdictio in eccleſ. remotis a finibus poſſit præſcribi, & quid de poteſtate ord. in clericos alienæ diœceſis, ibi vide Io. And. in ſua gl. mag.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab vno epiſcopo, ab alijs eſt vitãdus, quem archiepiſcopus per querelam aditus non abſoluet, niſi primò remittat.*

Quando ſit ad excommunicatorem remittendus; & ſi non remittendus ſit, quid agendum ſit a ſuperiore, nu. 2. ad dictionem, remittat, & num. 6.

Eccleſia vna eſt, eod. num. ver. quia vna ſola.

3 *Iuratoriam cautionem quando ſufficiat ab excommunicato præſtari. An ſit de ſubſtantia, num. 4.*

4 *Poſſum, pro debeo.*

5 *Abſolutio excommunicati quomodo facienda, & quibus vocatis.*

6 *Archiepiſcopus cognoſcit de iniuſta excommunicatione ſuffraganei duplici ratione, ibid. & num. 6. De ſubditis eius in quibus, & quibus rationibus ſe poſſit intromittere. numero 8. & 9.*

7 *Clauſula, ſi quid reſiduum fuerit quæſtionis, vel ſimilis refertur ad cognitionem principalis cauſæ, de qua non cognoſcet abſque ea, vel ſimili delegatus.*

Delegatus, cui committitur abſolutio cuiuſpiam excommunicati an & de quibus poſſit cognoſcere præter abſolutionem, ibidem.

9 *Ad metropolitanum poteſt epiſcopus remittere, quæ coram ipſo inter ſubditos vertitur, cauſam: non tamen id facere debet malitioſè, nec quando agit contra ſubditum, & conſentiente.*

Epiſcopus alterius non poſſet iuriſdictionem prorogare ſine conſenſu metropolitani, eod. num. ver. Dicit tamen.

10 *Abſolutus, qui non fecit ea, quæ ſibi incumbebant, non reincidit; ſed reducitur in excommunicationem.*

Reductio in ſententiam excommunicationis quid differat a reincidentia in eam, ibid.

11 *Epilogus, Suffragium, & Additio gloſſarum, nume. 12. 13. & nume. 14.*

Pœnæ quædam recenſentur a canonibus ob diuerſa crimina conſtitutæ, eod. num. 13.

14 *Appellare non poteſt poſt decem dies excommunicatus, niſi requirat abſolutionem, & ab ea denegata appellet, & ratio.*

Iter arreptum nõ habetur pro appellatione poſt ſenteñtiam, §. 1. iuncta gloſſa.

CAPVT VIII.

1 **Ad reprimendam.** Caſus. Ab vno † epiſcopo excommunicatus ab aliis eſt vitandus: & archiepiſcopus per querelam aditus non abſoluet, niſi primò remittat. & duo facit. Præmittit generale exordium, ex quo poſtea infert ſpeciale mandatum obſeruari per alios. Ideoq; infert ſpeciem ex genere. Sic ſup. eod. cum ab eccleſiarum [A veſtris] quia excommunicatus in vna eccleſia eſt in omnibus, Goſt. 4. q. 5. quis. infr. de iudi. ca. 1. quia vna ſola eccleſiã. 24. q. 1. loquitur. ar. contra 58. diſtin. ſi quis de alterius. 18. di. placuit. ſo. vt ibi, in vlti. gl. [Tu verò] ſupra allocutus eſt communiter metropolitanum, & ſuffraganeos, hic ſpecialiter alloquitur metropolitanum
2 [Cum] duplex † lectura, ſcilicet. Cum, pro quia. & cum, pro quando, vt inf. tangam [Appellationis] ſequentis, Goſt. [Remittat de neceſſitate ſecundum quoſdam, ſi non fuit appellatum: alias ſecus, ſed Da. hic dixit in neutro caſu remittẽdum de neceſſitate; & hoc placuit hic Goſ. ſed Hoſt. dicit, quòd quicquid alibi ſcripſerit, putat hoc eſſe de mente iuris, ꝙ qualitercunque a metropolitano petatur abſolutio, dummodo non immineat ex mora periculum, de ſententia excommunicationis, facto, & dummodo non ſit notorium ſententiam eſſe iniuſtam. infra de app. ſolicitudinem. §. ſi verò, nullo modo in aliquo alio caſu abſoluat ſine conſcientia illius, qui protulit, vt ſupra eo. cum ab eccleſiarum: quia poteſt eſſe, quòd lata eſt pro offenſa notoria, ꝟ. de verb. ſignific. ex parte. vnde ſemper debet fieri remiſſio, vt p hoc metropolitanus certificetur; verũ & qualis facienda ſit abſolutio, vt hic, & de reſcriptis, ab excommunicato, de officio deleg. prudentia. §. penult. & vlt. & cap. cum contingat. Si abſoluit epiſcopus, bene quidem. ſi non abſoluit, nec aliquid reſcribit, vel non rationabile, abſoluat archiepiſcopus, vt hic: ſi notoriam offenſam allegat, citet partes & procedat, vt ꝟ. de ſent. excom. ſolet, lib. 6. vnde dicebat Innocen. quòd ſiue appellatum fuerit poſt ſententiam, ſiue non, ſemper eſt remittendus ad excommunicatorem, quando certum eſt tenere ſententiam, vel dubitatur, an ſit iuſta, vt hic, & de ſent. excom. ſacro. vbi loquitur de non appellante. Si vero ſit certum, ſententiam eſſe iniuſtam, non eſt remittendus, ſiue fuerit
a appellatum,[a] de app. ſolicitudinem, ſiue non; & ſic poteſt intelligi decret. per tuas. §. ꝙ ſi, ſecundum Innoc. Ego puto iſta ſatis expedita per decre. venerabilibus, de ſenten. excommun. lib. 6. [Qui ſi noluerit] ꝟ. tempus per te ſibi aſſignatum. & facit quod no. ſupra eo. ſignificauit, ſuper verſic. reuocare, & nihil reſcripſit, vel nil
3 rationabile prætendit [Iuratoria] ſi † talis ſit perſona, quod hæc cautio ſit ſufficiens alias non erit illa contentus. ff. de ſuſpec. tuto. l. ſuſpectus, de præſumpt. litteras, Vincent. Idem Io. [Poteris] ideſt
4 † debebis, & ſic vult probare Hoſtien. ꝙ cautio iuratoria ſit de ſubſtãtia, de quo remittit, de ſen. excom. cum deſideres [Exhibere] vocatis † tamen his, quos tangit negocium,
5 & eo plene diſcuſſo, & non aliter, vt probatur ſecundũ Hoſt. de appella. Romana. §. ſententias, lib. 6. [Conſtiterit] partibus præſentibus. 11. quæſt. 3. excommunicatos, & vide quod ibi no. ꝟ. de maio. & obe. inter quattuor. cognoſcit autẽ hic archiepiſcopus de iniuſta excommunicatione: quia ſubditus conqueritur de epiſco
6 po excommunicante, cuius † epiſcopi archiepiſcopus iudex eſt. Sed & hoc facit archiepiſcopus propter connexitatem earum: quia hoc ipſo, quòd ad archiepiſcopum vt ad ordinarium poteſtas deuoluitur abſoluendi, per conſequens & faciendi omnia connexa. cognoſcet ergo verum iuſtè, & ſic illum remittet ad mandata excommunicatoris. an iniuſtè, & ſic non remittet, & idem videtur de delegato, cui commiſſũ eſt, quòd abſoluat, iniuncta clauſula, quòd audiat, & diffiniat, ſi quid reſiduum fuerit quæſtionis. & ſic intellige de offic o delegati, cum contingat. & idem quando iſta clauſula, vel ſimilis non iungitur in reſcripto, ſed ſimpliciter committitur, quod abſoluat. &
7 eſt † ratio: quia dicta clauſula, vel ſimilis non refertur ad ad cognitionem iuſtæ, vel iniuſtæ excommunicationis, ſed ad cognitionem cauſæ principalis, de qua delegatus non cognoſcit, niſi prædicta clauſula, vel ſimilis appoſita fuerit ſecundùm Innocen. & idem ſenſit poſt eum ſupra de reſcriptis, ab excommunicato, ſuper fi. vltimæ gloſſ. & eſt ratio ſecundum Hoſtien. quia reſcripta ſunt ſtricti iuris. ſupra tit. 1, P. & G. licet enim de principali non cognoſcat, bene tamen cognoſcit de notoria offenſa, ſi de illa excipiatur, de ſententia excommunicationis, ſolet. vbi autem non in modum contentionis, ſed tanquam certum miniſterium committitur abſolutio, nihil habet cognoſcere delegatus, quod dic, vt de officio delegat. capitul. fin.
8 Quid ſi epiſcopus † petat per archiepiſcopum ſuum ſubditum diſtringi ad mandata ſua ſeruanda, vel puniri: quia contemnit excommunicationem per ſe latam in ipſum? Solut. non habet in hoc ca-

ſu archiepiſcopus ſe intromittere: quia non eſt ordinarius, ſed iri debet ad arbitros. 11. q. 1. ſi clericus contra clericum, ſecundum Innoc. nam, vt dicit Hoſt. de ſubditis ſuffraganeorum ſe non intromittit, niſi per querelam de epiſcopis, vel per appellationem adeatur. inf. cap. 3. vel per relationem epiſcopi. 17. di. multis. ſ. tit. 1. licet.
9 Sed nonne † referre videtur hoc ipſo, quòd conqueritur? Dicit Hoſtien. quòd ſic, habita diſtinctione. cauſa enim, quæ coram ipſo inter ſubditos vertitur, propter probabile dubium, quod occurrit, etiam partibus inuitis referre poteſt: ſed ſi malitioſè id faceret, puniendus eſſet. C. de legibus. l. 2. vbi vero agit epiſcopus contra ſubditum ciuiliter, [b] nec
b expreſsè, nec tacitè poteſt epiſcopus inuito ſubdito referre negocium, ne illudatur illi. cap. ſi clericus aduerſus clericum, & ne cogatur ſubditus ad metropolitanum remotiorem iudicem laborare, argum. de reſcriptis, nonnulli, de appel. vt debitus: ſed ſubdito hoc conſentiente hoc poſſet: quia metropolitanus ordinarius eſt epiſcopi, & ſubditus poteſt de conſenſu ſui epiſcopi in non ſuum iudicem conſentire, de foro compet. ſignificaſti, & capit. Romana, lib. 6. Item poſſunt ambo in alium vt in arbitrum conſentire, qui & ordinarius erit ipſorum: quia iuriſdictionem habebit a canone ſu-
c pradicto, ſi clericus contra clericum. [c] Dicit tamen Hoſtienſ. quòd alterius iuriſdictionem ordinariam ſine metropolitani cōſenſu in ſe prorogare non poſſent hoc caſu. nam ſicut in ſubdito epiſcopi requiritur conſenſus epiſcopi, ſic in epiſcopo conſenſus metropolitani, de for. competen. ſignificaſti [Contra iuſtitiam] vt quia citatio non peruenit ad eum. ff. quæ ſen. ſi. appellat. re. l. 1. §. item cum, Vincent. [De quo] ideſt propter quod [Eum] ſcilicet contumacem [Appellatione remota] quia notorium eſt delictum. de appel. conſuluit, & cap. peruenit, 1. [Reducere] ſic ſupra eo. ſi
10 gnificauit, in fi. & per hoc notauit Pe. quod † abſolutus qui cauit ſatisfacere, vel ſtare mandato excommunicatoris. licet id non faciat, non reincidit, ſed reducitur per ſententiam; quod dic hodie, vt infra de ſenten.
11 excom. eos, lib. 6. ¶ Secunda † gloſſ. ponit 10. ſpecies pœnarum. ¶ Penult. gl. ponit dictum. ſi. contrarium, & ſoluit. ¶ Vlt. gloſſ. no. duo præſumi pro ſententia &c. &
12 quòd nil præcipitur abſoluto &c. ¶ In † gloſſ. penult, [ibi, lege ſecunda] appellans ipſo die apud acta ſatis
13 eſt, ſi dicat, appello. ¶ In † gloſſ. 2. [ibi, Traditionem] in his, qui per ſe falſant litteras Papæ [& ibi, in monaſterio] in eo, qui chartam falſat, vel falſum teſtimonium dicit [& ibi, Tantummodo] in homicida poſtmodum promoto [& ibi, Suſpenſionem] in presbytero infamato, donec ſe purget, & in concubinario [& ibi, excommunicationem] in verberante clericum, vel eccleſiaſticam perſonam [& ibi, Priuationem] in clerico, qui in ſacris fœminam ducit [& ibi, Ad tempus] in presbytero fornicatore, & clerico, qui deſeruit proprium epiſcopum [& ibi, Officij tantum] in presbytero non legalibus nuptijs detento [& ibi, Beneficij] in eo, qui ambitioſè tranſit ad ſecundam eccleſiam [& ibi, Communionis) in clerico ebrioſo (& in fine) Hoſt. de hoc plenius in ſumma, de pœnis, §. quot ſint ſpecies, ¶ In gloſſ. hoc ideo (ibi. §. 1.) & ibi not. huius ratio, & hic per Goff. & ibi dicam, quid de hoc not. Hoſtié. (& ibi, Concedo) ſecundum Ioan. & Vincen. (& in fine) dic
14 quòd † poſt 10. dies non appellat. ſed ſi epiſcopus quandocunque requiſitus nollet abſoluere, iſtud eſſet grauamen, a quo bene poſſet appellare; et eſt bene notan-
d dum, ſecundum Abbatem. [d] ¶ In gloſſ. ſic (ibi, Poſt ſententiam) vel non habetur pro appellatione in archiepiſcopo. Da. Ioan. Vincen. Tan. Phil. de hoc in præalleg. decreta. dilecti. ¶ In gloſſa vltima (ibi, Quoniã contra) per quam decret. dixit hic Ioan. & malè, quod non præſumitur pro ſententia, Vincent. (et in fine) in vlt. gloſſ.

ADDITIONES

a Appellatum. Si eſt appellatum, & ab ordinario, non debet neceſſario fieri remiſſio per archiepiſcopum: poteſt tamen fieri, ſi vult, vt quòd ſi appelletur a deleg. non debet facere remiſſionẽ; quia per commiſſionem priuatus eſt delegatus iuriſdictione, de offic. deleg. paſtoralis. propterea vide dictum Io. Cald. in cap. ab excommunicato.

b Ciuiliter. ſecus, ſi criminaliter; quo caſu non habet locum c. ſi clericus contra, præalleg. vt no. gloſſ. pen. inſ. eod. irrefragabili, ſed vide Io. And. ſuper illa, qui ad hoc dicit verum eſſe, ſed non in caſu illius. c. quia ciuiliter ibi agitur.

c Clericum. In arbitris ſecundum materiam illius c. nullum dubium: ſed de alijs arbitris, an per clericos poſſint adiri, vide de for. comp. ſi diligenti, in ſi. 2. gloſſ. & Io. And. de arbitris, peruenit, ſuper gloſſ. fin.

d Secundum Abbatem. Et ſic vides, quòd talis ſententia, quãtum ad inſtan. tranſit in rem iudicatam, & retractatur per viam quæ relæ gloſſ. in cap. ex litteris, de in integ. reſtitutio. Gloſſ. ma. in ſi. in c. ex parte M. de reſtitutio. ſpolia. quod per viam nullitatis conceditur, vt ſcripſi in c. ad audientiam, ſupra de reſcrip. & intellige dicta ſupra etiam poſt 10. dies a die ſententiæ excommunicationis. inſ tamen 10. dies a die requiſitionis, ſiue grauaminis, ſiue repulſionis: quia iſtud eſt grauamen ſucceſſiuum, & quod quotidie oritur, iuxta no. in c. dilectus filius. l. Saracenus, & quod infra 10. dies a ſententia excommunicationis debeat appellari, facit c. præterea, de ap. & ibi quid ſi lata ſub condi. & quod hic dicitur de ſent. excom. quòd infra 10. dies, idem in cauſa matrimoniali, vt ſcripſi in c. lator, qui fil. ſint legit. de re iudi. & quod dixi de grauamine, quando requiſiuit, facit quòd licet ab interlocutoria debeat appellari infra 10. dies, tamen, ſi pars requiſiuerit iudicem, vt eam reuocet, ſi non reuocet, ab illa requiſitione infra 10. dies poſſit appellari, an ſit verum, cogita. ſed vide Spec. in tit. de appell. §. reſtat, verſic. ſed quid dices, & quod ſcripſi. 2. q. 6. anteriorum, Archid.

SVMMARIVM.

1 *Factio Romæi Bononiæ quo tempore fuerit, & quoties expulſa.*
Ioannes Andreæ auctor huius operis anno 1321. menſe Auguſto erat in humanis, ibid.
2 *Patriarcha nõ cognoſcit de cauſis ſubiectorum archiepiſcoporum, vel epiſcoporum ſuorum, niſi in caſibus, & quibus, & num. 5.*
3 *Metropolitanus abſque primate facit prouinciale concilium.*
4 *Priſca, pro præſcripta.*
Epiſcopis omnes de eorum diœceſi ſubiacent, non alijs, excepto Papa, & legato, ibid.
5 *Subditi epiſcoporum nec voluntarij poſſunt audiri a metropolitano ſine epiſcoporum conſenſu.*
Epiſcopus quòd agat pro parochiali eccleſia ſibi ſubiecta, & pro ſubditis, reijcit in alia loca, ibid.
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 7.*
Per temporis diuturnitatem an obligatio inducatur, ſimile gl. & num. 9.
In poſſeſſione qui eſt, in ea tuendus, niſi in caſibus, ad verſic. Harum.
Immunitas perſonis data cum perſonis extinguitur, non datarebus, §. 1. & num. 9. §. 1.
8 *Additio, ſiue ſupplet. o gloſſarum.*
Patriarcharum maior dignitas, & honor, quam primatum, & quorum, ibid. num. 8.
9 *Conſuetudo dat iuriſdictionem etiam priuato, ibid.*

CAP. IX.

1 Duo ſimul. Partialitates † contrariæ in ciuitate Bonon. diu regnare nõ pñt, ſic addebam 1321. 3. Auguſti, reaſſumẽdo lectiones, quas hic dimiſeram in expulſione partis Romæi, q̃ prius expulſa fuerat 17. Iulij, Caſus.

2 Caſus. Patriarcha † non cognoſcit de cauſis ſubiectorum archiepiſcoporum, vel epiſcoporum ſuorum, niſi de priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, vel appellationis remedio. & in prima deciſa conſultatio in ſecunda reſponſio ibi, conſultationi [Nibil iura] vn-
3 de † metropolitanus ſine primate facit prouinciale concilium 18. diſtinctio. capitulo primo, vbi de hoc.
4 [Præ cæteris] metropolitanis [Prica] ideſt † præſcripta (Eccleſiis] quo ad propoſitum, ideſt cathedralium eccleſiarum epiſcopis, vt eis & non aliis, ſaluo Papa, & legato, omnes de diœceſi de iure communi ſubiaceat, decima quæſtione prima, regēda [voluerint) & tu paratus es cum effectu iuſticiam exhibere, & ex quo requiſitus eſt epiſcopus, quod iuſtitiam faceret, & ſic ſegnendo ſumi poſſet, arg. a contrario: alias ſupplendum eſt maxime, vt dicit glo. & Pet. exponit, ideſt vt ſic de-
5 buerint (Compelli) ſed † nec voluntarii audiuntur, niſi conſenſus epiſcopi intercedat, de foro competen. ſignificaſti, & dixi ſupr. c. proximo. & not. quidam per hoc, quod vbi ſubditi grauantur ordinarius agere poterit, ad idem, de officio Archidia. cap. ſi. ſed dicit Innocent. quod potius proſequuntur hic ordinarii ſubditorum cauſam ſuam, ſcilicet ſubtractionem iuriſdictionis ſuæ, quam iniuriam ſubditorum. quod autem epiſcopus agat pro parochiali eccleſia ſibi ſubiecta, remit
a tit Hoſtien. de ſucceſ. ab inteſt. a.[a] capit. ſi. de prima au
b tem vide quod dicam j. de appella. dilectis.[b] (Ad e-
6 ius) ſcilicet patriarcha. ¶ Tertia † gloſſa, arguit diuturnitatem temporis &c. allega. 4. iura, & tria in contrarium, & ſoluit. ¶ Antepenultim. gloſſa, arguit Pa-
7 pam poſſe &c. ¶ In † gloſſa tertia (ibi, l. litibus) vide de Iudæis. c. 1. in 3. gl. (& ibi, Harum) parum facit, vide de ſepul. in noſtra, ſuper 5. gloſſa (& ibi, lege penultima) cum de via, itinere, actu, & aquæductu agitur, aut præſtatur cautio, quamdiu de iure ſuo quis doceat, non impediturum agentem poſſeſſorio; aut agens petitorio cauet ſine præiudicio pendente ſeruitutis ſe non vſurum, donec quæſtio terminatur.
¶ In gloſſa priuilegia (ibi, ætatem, in fine) immunitas perſonis data cum perſonis extinguitur; data rebus
8 non. ¶ In † gloſſa prima (ibi, conqueſtus) & dicit hic Ioan. quod propter illud cap. ſuperflue ponebatur hic illud, nec aliter gloſſauit. ¶ In gloſſa ſecunda (in fine) maior tamen eſt dignitas 4. principalium, & plus honoris illis debetur, de priuile. antiqua, de preben. grauis, in fine. ¶ In gloſſa tertia, ibi (Peruenit) vbi de
9 hoc. Dicit Hoſtien. tempus † non eſt modus inducendi obligationem: quia nec tollendi. ſi. de actio. & obligationū ſere, §. placet: ſed conſuetudo dat iuriſdictionem, vt hic, & C. de emanci. l. 1. 9. q. 2. conqueſtus, etiam priuato, de foro compet. cum contingat. Item tempus inducit præſcriptionem, ex qua ius acquiritur j. de præſcriptio. per totum. Item quandoque tempus inducit præſumptionem iuris, & de iure. ff. de vſu. cum de in rem verſo: obligationem non, vt in contractus, & C. de pactis, ſi certus, & C. de vſuris, creditor. inducit tamen pacificam poſſeſſionem, a qua non remouetur quis ſine cauſa, vt ſequitur in gloſſa. ¶ In gloſſa priuilegia (in fine) j. de regu. iur. priuilegium, lib. 6. ¶ In glo. argu. quod (ibi, Dubitat) de epiſcopo vero dubitatur, & de eo not. de religio. dom. conſtitutus. ¶ In gl. pen. (ibi, Maxime) Idem Innoc. fuit eius tempore hæc glo. quæ fuit additio.

ADDITIONES.

a Ab inteſta. Et de teſti. ſpo. olim, Io. primo, in gl. ma. Io. And. & in c. cum deputati, de iudic. in gl. ma. & de teſti. cum olim.

b Dilectis. In gl. no appellationem, & vide de priuil. c. auctoritate, lib. 6. in glo. & ſuper illa Io. An. & Bart. Bal. & Sal. in l. ſancimus. C. de ſacr. ſan. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrationem ſuffraganei poteſt archiepiſcopus etiam non impeditus committere, & numero 2. & a quo principaliter fiat, licet ſint tres, numero 4.*

5 *Epilogus, & Additio gloſſarum nu. 6.*

7 *Imperij meri, mixti, & iuriſdictionis quæ ſint, remiſſ.*

CAPVT X.

Quod ſedem.

1 Caſus. Archiepiſcopus † impeditus conſecrationem ſuffraganei committere poteſt. Communis diuiſio 2. ibi, conſultationi (iuſta cauſa) ergo non impeditus non committet, ad quod facit principium reſponſionis. Dicit tamen Hoſtien. verum hoc de honeſtate, cum enim de iure habeat, quod committere poſſit, etiam non impeditus
a committet: ad hoc ſupr. cap. proximo,[a] de officio dele. gā. paſtoralis, in princip. inducit in contrarium, quia ſicut epiſcopus conſecrationem ab alio recipere non poteſt niſi de metropolitani licentia, ita nec metropolitanus debet alii committere poſſe ſine conſcientia ordinandi, de quo remittit, de foro competen. ſi-
2 gnificaſti [Coepiſcoporum] licet honeſtum † ſit ſuffraganeo committere, poteſt tamen committere cuilibet epiſcopo, ad hoc de conſecratio. eccle. vel alta. aqua, & de hoc, de electio. ſuffraganeis. Hoſtien. (& infra) &
b vtrum conſecrandus[b] munus conſecrationis ab eo recipere teneatur (Conſtituto) honeſtatem reſpicit, vt
3 prædixi (Debet) interdum † enim, licet valeat commiſſio, non cogitur quis eam recipere, infra capitulo proximo, arctatur autem conſecrandus. vt conſecrationem a tali recipiat, & currunt ac tempora conſecrationis cum ſuis pœnis, de electio. cum in cunctis, de tranſlat. capitulo ſecundo (Ab eo) & hoc dicit, quia licet
4 † tres ſint epiſcopi in conſecratione, vnus eſt, qui prin-
c cipaliter conſecrat vice metropolitica [Dummodo][c] ac ſi dicat ſecundum Hoſtien. quod hac ſola cauſa po-
5 terit ſe excuſare. ¶ Prima † gloſſ. repetens textum addit, Quomodo archiepiſcopus cogere poteſt eum, cui committit, & ad quid tenetur conſecratus, diſtinguit demum inter ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & ordinis, cauſam reddit. in fine dicit merum imperium
6 ſecundum canones delegari. ¶ In † gloſſa prima [ibi, ea non habent] nam & ipſi ea præſcribere poſſunt, de exceſſibus prælato. accedentibus; quod intellige, vt ibi dixi [& ibi, Non habent] puta, qui non poſſent illa præſcribere, de conſuetudine, quanto [& ibi, pontifices] & infra, de tempor. ordinan. cum nullus, libro ſexto [& ibi, depoſitio] de excommunicatione vide infra capitulo proximo, in principio [& ibi, Meri im-
7 perii] quæ ſint † meri imperii, & quæ mixti, & quæ iuriſdictionis, vide plene in Speculo, de iuriſdictione
d omnium iudicum. §. primo, verſicul. notandum[d] quoque, & ſequentibus [& ibi, illud] vbi de hoc, & nonageſimaquinta diſtinctione, capitulo primo, & infra de rapt. in archiepiſcopatu, & infra de reſtitutione in integrum, & capitulo penultimo, & in Specul. titulo primo, §. ſna. verſic. Item, quod eſt delegat. in cauſa.

ADDITIONES.

a Proximo. Quid faciat ad hoc ille text. non apparet: ſed in lectu. Hoſtien. ſicut dicit, poteſt committere, cum a iure communi hoc habeat, & de antiqua conſuetudine quotidie committit, vt ſup. c. proxim. & de offic. deleg. paſtoralis, quod Ioan. And. non ponit.

b Conſecrandus. Si illam committat, non autem ſi ſolum conſecrando mandet, vt a tali ſe faciat conſecrari: quia iſta differũt vide Io. And. in c. ſignificaſti, prꝗallega. ſuper gl. a.

c Dummodo. Dictio. dummodo, & dumtamen, an importet conditionem, an modum, vide Io. And. in c. ex tuarum, de vſu pa. ſuper verſic. dummodo, & de præben. non poteſt, lib. 6. & in Spec. de cler. non reſi. in princ. & Bar. in l. quibus diebus §. Termilius. ff. de cond. & demon.

d Notandum. Et ibi per Io. And. in ver. ſequentibus, & plenius per Bar. in l. imperium. ff. de iuriſ. om. iud.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus cauſam ad ſe delatam per appellationem ſubdito ſuffraganei committere poteſt: ſed illum ad ſuſcipiendũ nequit compellere, & num. 5. & quare num. 2. ſed ſuffraganeum ad eam compellendum.*

Poſſeſſionem reſtituere, & abſoluere excommunicatum mortuo delegato, qui eam dedit, & communicauit, qui poſſit, ibid.

Præſcriptio annalis mortuo delegato, qui poſſeſſionem dedit actori, quomodo interrumpatur, ibid. & nu. 11.

Coram ordinario, vel perſonis publicis ob defectum delegati cauſa, ſit quod coram eo fieri debeat ad præſcriptionis interruptionem. vide num. 11. qui quoque ſint hi.

2 *Diuiſio capituli.*

3 *Animaduertere quid ſignificet.*

Gratia Dei eſt vita animarum, ibid.

4 *Excommunicatio eſt meri imperij.*

Relatiuum quod, accipitur pro diſtributiuo, ibid.

6 *Appellationis iudex nõ committit cauſam, ſed examinat per ſe. ſed hoc non in omnibus habet locum, & in quibus, & ratio, num. 7.*

7 *Minus non habet, qui habet maius, & in quo caſu.*

Priuilegia vnicuique eccleſiæ ſeruanda, ibid.

Ordo non confundendus eccleſiaſticus, ibid.

8 *Abſoluere ab excommunicatione, quam inflixit, quãdo poſſit delegatus, vel eius ſucceſſor.*

9 *Manifeſtum, & præſumptum æquiparantur.*

Suppletio fit ad contextum, ibid.

Contra contumaces quæ ſint prodita pœna, ibid.

10 *Iudicandi officium oneroſum, & honorificum.*

11 *Perſonæ publicæ qui dicantur, in fine.*

12 *Quaſi præſcriptio quare dicatur.*

13 *Præſcriptio templaria poſſitne coram teſtibus interrumpi.*

14 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum. num. 15.*

Ordinarius an poſſit de cauſis ſubditorum ſuorum cognoſcere, & num. 16. 17. 18. 19.

Minor magiſtratus non habet poteſtatem in maiorem. §. 2.

Succeſſor, partib. eius fungitur, in cuius locum ſuccedit. §. 3. & num. 27. §. 1.

Poſſeſſor verius dicitur poſt annum & vitiate, & an opus ſit ſecundo decreto. §. 4. & num. 27. §. 3.

16 *Additio gloſſarum.*

17 *Præuentioni locus eſt in cauſis communibus multis ordinarijs, ſaluo iure ſpeciali, & quando ſimul citarunt, quis præfertur, num. 19.*

18 *Ius commune tollere non poteſt epiſcopus nec inducere.*

19 *Maior præfertur in concurſu eiuſdem actus.*

20 *Archiepiſcopus habet iuriſdictionem archiepiſcopalem in tota prouincia, ſed non epiſcopalem.*

Ab vniuerſo in quolibet argumentum non valet, & exempla ibidem.

Iuriſdictionis exercitium non habet aliquando, qui iuriſdictionem habet, ibid. verſic. archiepiſcopus.

21 *Si excommunicauit archiepiſcopus quem in caſu non ſuo, non tenet ſententia, nec abſoluere ligatum ab epiſcopo, niſi in caſibus, licet ſecus ſit in epiſcopo quo ad ſubditos conterminos ſuos.*

22 *Iuriſdictio ordinaria deuoluitur ad delegatum ex cauſa.*

23 *Archiepiſcopus in quibus caſibus exerceat in prouincia iuriſdictionem.*

25 *Appellatio non dat iuriſdictionem niſi inter perſonas controuertentes.*

26 *Abſoluere quibus caſibus poſſit ab excõmunicatione laicus, & quos.*

Abſolutus a laico in caſibus hic expreſſis ſi euadat mortem, uel eius hæres ad excommunicatorem debet recurrere, atque humiliter obedire, eodem numero, ad fin. verſic. In omnibus.

27 *Prægnans mulier cum partus propinquat, an poſſit abſolui per ordinarium in caſibus ſpectantibus ad Papam.*

28 *Citatio non perpetuat actionem, licet iuriſdictionem perpetuet.*

Non præſcribit periurus, ibid.

29 *Poſſeſſorium prius intentandum eſt, ſi fieri poteſt, quam eſt petere.*

CAPVT XI.

1 Paſtoralis. Caſus. Archiepiſcopus † cauſam ad ſe per appellationem delatam ſubdito ſuffraganei committere poteſt: ſed illum ad ſuſcipiendum compellere nequit, mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit reum, vel actorem in poſſeſſionem induxit, ſi eius ſucceſſor in delegatione ſuccedit, abſoluere, & poſſeſſionem reſtituere poterit: alias ſolus Papa reſtituet, & abſoluet præterquam in mortis articulo. ne tamen currat præſcriptio annalis, reus coram ordinario, vel publicis perſonis de ſtando iuri præbeat cautionem. & ſunt
2 † duæ principales partes. 2. ibi, præterea. & quælibet ſubdiuiditur, vt ſatis patet [Per appellat.] ſupple, vel alias iur. metropolitico: ſecus, ſi legatus eſſet, vel delegatus principis [ſubdito] illius diœceſis, de qua eſt appellatum; quod dic, vt infra eodem, vt litigãtes.
3 libro ſexto [Animaduertere] ideſt † ſententiam pœnalem proferre: alias animaduertere, ideſt ab anima humana animam vertere, ideſt gratiam Dei, quæ ſe-
a cundum Auguſt. vere eſt vita [a] animarum, quod intelligas per excommunicationem, vndecima quæ-
4 ſtione tertia, nemo. 1. eſt ergo † excommunicatio de mero imperio, argum. hic & ff. de iuriſdictio omnium iud. leg. imperium, ſecundum Hoſtienſ. qui remittit, de homi. pro humani, verſic. cum igitur. ipſe tamen ſupr. capit. proxim. reſtringebat hoc ad anathema, de rebus eccleſi. non alien. ſi quis (Ad quod) ideſt quorũ quodlibet [Ipſum] ſubditum ſuffraganei (Nequit) concor. de foro competen. Romana. §. 1. libro 6. (In-
5 uitum) reſtat † ergo, quod voluntario bene poteſt committere, & ſic ſoluitur prima quæſtio. non ergo erit deluſoria commiſſio, ſi fiat in volentem. Item poterit archiepiſcopus compellere ſuffraganeum, quod ſuum ſubditum compellat, vt delegationem ſuſcipiat, quod ſi infra tempus congruum ad hoc aſſignatum non fecerit, nec aliquid iuſtum prætenderit, ipſe cogat vtrunque, argumen. ſupra eod. quan-
b to, in fine. ad hoc, verſicul. licet, qui [b] ſtatim ſequi-
6 tur. ſed contra id, quod † primo dixi: quod valet commiſſio, eſt expreſſum in aucten. vt defunct. ſeu fu. §. penultimo. collatio. ſexta. vbi dicitur, quod iudex appellationis non committit, ſed per ſe examinat.

minat, & de hoc, de offic.deleg.ſuſpicionis.§.inten-
tionis, in gloſſ.2.ibi videas. Dicit hic Hoſt.quòd poſ-
ſet dici hoc ſpeciale in archiepiſcopis, & alijs, qui ſub-
ſunt immediatè Papæ, poſſunt committere, ne grauen-
c tur partes ex remotione locorum eundo ad Papam,[c]
arg.in auten.de quęſtore, colla.6.cum enim a tali de-
legato bene valeat appellari, non eſt ibi medium, qui
per talem delegationem fraudari poſſit [licet epiſco-
7 pus] ſed quare † non habet minus, habens maius? con-
tra id, de decimis, ex parte.3.Dicit Hoſtien.hoc ideò,
vt cuique eccleſiæ ſua priuilegia ſeruentur; & ne ordo
eccleſiaſticus confundatur. ſupra eod.duo.10.quæſt.
1.peruenit [Præterea] §.& pars 2. [Delegato] rebus hu
manis exempto, quod eſt infra [Contumaciam] inter-
8 uenientem † ante litem conteſt. ſi enim fuiſſet excom-
municatus propter contumaciam: quia non parebat
ſententiæ, & lapſus eſt annus, vlterius nec delegatus,
d nec ſucceſſor abſolueret,[d] de officio delegati, ſecun-
9 dum Pe.& [Manifeſtam] vel † præſumptam, vnde Petr.
& Abb.ſup.maximè [Induxit] hæ pœnæ contumaces
proditæ ſunt. ſ. vt lite non conteſtata.tuæ [Exempto] id-
eſt mortuo.ſic ſupra de officio deleg.vno, Hoſtien. [Ei
dem] excommunicato, vel miſſionem paſſo [Delega-
tus] qui excommunicauit, vel in poſſeſſionem miſit
10 [Onere] ideſt delegationis, & ſic patet † iudicandi of-
ficium oneroſum. ff.de mu.& ho.l.vlt.§.iudicandi.
ff.de vaca.mu.l.prætor.§.qui non habet.eſt & honor,
vt ſequitur, de appell.vt debitus.vel loquitur de hono
re dignitatis, in qua ſuccedit delegatus [ne alius] ſci-
licet actor [ordinatio] no.hic per Pet.Abb.& Egi.ſcili
11 cet, quòd tutum † eſt, quòd coram ordinario illius cau
ſæ fiat oblatio, valet tamen, ſi fiat coram alio. Item
quòd valet, ſi non ſeruetur hic ordo. Item quæ ſint
perſonæ publicæ. Item quòd ſufficit vna. Item quod
non eſt neceſſe actorem citari, vide quaſi ad litteram
in Spec.de primo decreto.§.iam de effectu, verſic.&
not.quòd præmiſſa, cum verſic.ſequentibus. de ordi-
ne tamen tenendo vide quod dicam de eo, qui mit.
cap.1.ſuper gloſſ.ſi vero, in fi. [Si eius] ſcilicet ordina-
rij [Coram publicis] puta ſacerdotibus, vel tabellioni-
bus, vel vicinis, & aliis bonis viris, Hoſtien. [Quaſi prę
12 ſcriptionem] ideſt verè † præſcriptionem.vel conuer-
te ſcilicet, vt præſcriptionem quaſi interrumpat. cum
enim non ſit vera interruptio: quia non ſit coram iu-
dice, ideo dicit, quaſi, ſecundum Hoſtien.vel ſecun-
dũ Pet.& Abb.dicitur quaſi præſcriptio: qa per ipſam
non præſcribitur proprietas, ſed poſſeſſio tantum [Vt
ſic] ſcilicet præſtita cautione.infra annum [Recupera-
re] purgata contumacia, & malitia per hanc quaſi in-
terruptionem officio iudicis implorato, vel ſimplici-
ter facto propoſito.infra de iudic.dilecti, Hoſtien. [Me
13 reatur] arguebat Vincen.per hunc finem, quòd † prę-
ſcriptio templarii poſſit coram teſtibus interrumpi.
16.quæſt.3.§.poteſt.dicit tamen, quòd credit contra-
14 rium, cum ille §.ponat caſus ſpeciales. ¶ Prima † gl.
quærit, ponit opin.Ioan.quam approbat. ¶ Secun-
da gloſſa, reſpondet per quæſtionem, an archiepiſco-
pus ſit ordinarius prouinciæ: ponit primo duas opin.
vlt.opin.Tanc.qui dicit eum non ordinarium, niſi in
caſibus, & enumerat.12.¶ Tertia gloſſa obiicit, & ſol-
uit. ¶ Gloſſ. [quo caſu] tractat, an in periculo mor-
tis laicus poſſit abſoluere: tenuit olim quòd ſic: po-
nebat opinio.contrariam, quam improbat, & hoc in
addi.correxit.interſerit quęſtionem, an non obſeſſum,
vel transfretantem &c.ponit opinio.Vincent.quam
determinat. ¶ Gloſſa [ex hoc] not.ſecundum decre-
tum &c.alleg.vnam concor.alleg.infra in contrarium,
& remittit. ¶ Penultima gloſſa, quærit, & ſoluit; ite-
rum quærit, & ſoluit. ¶ Vltima gloſſa dat tria ſimi-
lia in princip.& vnum in fin.medium tractat, quid ſi
15 ille nolit recipere. ¶ In prima † gloſſ. [ibi, iudicium]
ſoluitur iudicium vetante eo, qui iudicare iuſſit, vel
eo, qui maius imperium in eadem iuriſdictione ha-
bet. ¶ In gloſſ.tertia [ibi, lege vna] vide de officio vic.
ſua, in tertia gloſſa. ¶ In gloſſa, C.ſi [ibi, Aduerſus] vi-
de ſupra tit.1.ſtuduiſti, ſuper quarta gloſſa (& ibi, Mi-
nor magiſtratus) ſequitur, contra ſententiam maioris
non reſtituet. ¶ In gloſſa, ſupra de. (ibi, Mortuo iudi-
ce) vide ſup.titulo ſecundo, quoniam abbas, ſuper 3.
gloſſa (& ibi.§.nihil intereſt) ſequitur, ſi ſucceſſor argẽ
tarii, vel pater, vel dominus fuerit eiuſdem profeſſio-
nis: quia, cum in locum &c. ¶ In gloſſa, ex hoc (ibi, le-
ge tertia, §.vltimo) vide ſupra titulo ſecundo, conſul-
tationibus, ſuper gloſſa ſecunda (& ibi.§.ſi quis autẽ)
& §.ſeq.poſſeſſor in perſonali ex primo decreto nõ de-
iicit poſſeſſorem (& ibi, §.Iulian.) miſſus in poſſeſſio-
nem cauſa damni infecti non capit dominium ante ſe-
cundum decretum. ¶ In gloſſa C.de. (ibi, vt perfe-
ctius) can.in §.ſtatim allega. (& ibi, ſancimus) lex vlti
ma eſt, & vide in c.ſtatim allegat.ſuper gloſſ.penulti-
ma (ibi, Et generaliter) vide de præſcriptionibus ſi di-
ligenti, in gloſſa penultima.& ſuper ea. ¶ In gloſſa vl-
tima (ibi, Is qui deſtinauit] vide de cauſa poſſeſſio.cũ
16 eccleſia, in gloſſa ſecunda. ¶ † In gloſſa prima, ibi,
Tan.& Vincen.Lauren.Philip.Goffred.qui etiam di-
cunt hoc eſſe de antiqua & approbata conſuetudine.
Idem Hoſtienſ.niſi de ſpeciali priuilegio, vel conſue-
tudine aliud appareret quo ad quædam. remittit au-
tem ad ea, quæ not.in ſumma, eodem titul.§.quid per-
tinet ſub §.ſunt autem diſtinctæ, verſic. quid de ſubdi-
tis, & de hoc in Specul. de ordinario.§.1.verſic. præ-
e termiſsis[e] (& ibi, Deferantur) Dixit Hoſtien.quòd ſe-
cundum hanc opinio.ſequeretur, quòd de archipreſ-
bytero ſubiecto archidiacono non poſſet ad epiſcopum
appellari, propter rationem, quę ſequitur in gloſſa (&
17 ibi, Verius credo) ego dico ſaluo iure † ſpeciali,
quòd de iure communi in iuriſdictio.epiſcopi, & præ-
lati ſibi ſubiecti locus eſt præuentioni. nec mirum:
quia & iuriſdictio Papæ pręuenitur per inferiorem
ordinarium. de appellatio.vt debitus. ergo & iuriſ-
dictio epiſcopi per ſuum inferiorem. de iure ſpecia-
li ſdeo dixi, quia fateor, inferiori pręlato de priuile-
gio, vel conſuetudine poſſe competere, quòd prius
debeat eſſe cauſa coram ipſo; & tunc in his non poſ-
ſet per epiſcopum pręueniri. hoc probatur, de of-
ficio Archidiaco.capitul.fin.de foro competen.cum
contingat, infra eodem, irrefragabili, §.exceſſus,
& quod no.infra eodem.capitul.penult.in gloſſ.final.
alias autem is, qui primo citauit, epiſcopus, vel in-
f ferior ordinarius, ille procedet.[f] Et ad hanc partem,
quòd epiſcopus inferiorem prius citantem impedi-
re non poſſit, Bonaguid.ſupra eodem, cum ab ec-
18 cleſiarum, inducit, quod epiſcopus † ius commune
tollere non poteſt, cum nec poſſit illud inducere,
ſic ſecundum eum arguit lex.ff.de legat.tertio ſi quis,
de legat.1.le.nemo, de ſentent.excommunicatio.in-
19 ter alia. ¶ Sed quid ſi ſimul † citarunt ambo, ita,
quòd non apparet quis primo? puto argumen.de-
cret.ſi a ſede, de prębend.libro ſexto, quòd coram
epiſcopo debeat eſſe iudicium (Et in fine) de hoc 50.
g diſtinction.in capite,[g] & ibi Bart.Brixien.contradi-
xit, Ioan. ¶ In gloſſa (& ibi, capitulo ſecundo) vbi
de hoc, & in ſumma quęſtionis (Et ibi, ſecundum
20 Lauren.) Innocent.dixit, quòd habet † iuriſdictio-
nem Archiepiſcopalem in tota prouincia; ad hoc
vigeſimaprima diſtinctione, capitulo primo, poſt
principium, & in Clemen.de priuileg.capitulo 2.ſed
epiſcopalem non. vnde viſitat totam prouinciam, q.

dic, vt infra de cenſibus. capitulo primo, & vltimo, li-
bro ſexto. nec ſequitur, ſi iudex prouinciæ, ergo cu-
h iuslibet de prouincia, [h] vt dictũ eſt. hoc patet in epo,
qui eſt ordinarius diœceſ. non tamen exemptorum.
Et licet epiſcopus etiam in ſubditos iuriſdictio, ha-
beat; non tamen habet in quemlibet iuriſdictionis
exercitium, vt eſt videre ſecundum eum in eo, qui ſic
eſt bonus, & bene viuit, quòd nec conuenit, nec con-
uenitur, nec correctione indiget, vt 24. diſtinct. Con-
ſtantinopolitanæ. ſic archiepiſcopus per totam prouin
i ciam iuriſdictionem habet, ſed non exercitium, [i] niſi
in caſibus tantum; vt dixit Hoſtienſ. licet Lau. diſcre-
pet in verbo, non tamen in mente, quod per ſe patet.
21 ¶ Sed † quid ſi archiepiſcopus aliquem excommuni-
cauit in caſu non ſuo? dicunt quidam, vt Ioan. in præ-
alleg. cap. 2. quòd tenet ſententia, licet ſit puniendus,
argum. in auct. de defen. ciui. §. ſi vero egerint, & præ-
cedenti, & §. penult. colum. 3. Sed Innocen. credit con-
trarium, argum. 3. quæſt. 6. peregrina. 6. quæſt. 3. ſcito-
k te. 9. quæſt. 3. nullus. [k] ſic nec abſoluere poteſt ligatum
ab epiſcopo, niſi in caſibus, licet ſecus ſit in epiſcopo
quo ad ſubditos ſuæ ciuitatis, vel diœce. cum in ipſos
iuriſdictionem habeat non ligatam; de hoc in præal-
leg. cap. nullus. & ſupra eo, cum ab eccleſiarum, ſecun-
dum Innocent. & immediatam, vt no. de offic. archi-
presbyt. capit. 3. ſecundum Hoſtien. [& ibi Officijs]
quod eſt verum, niſi contraria conſuetudo, & rationa-
bilis obuiet ex aduerſo. 12. diſtinct. illud. Breuiter, vel
ſecundum Hoſtienſ. ab illa generalitate excipe caſum
hunc de diuinis. ff. de legibus. non eſt nouum, & l. ſeq.
[& ibi, habet prædium] de quo agitur [& ibi, Negli-
gens] non ſic, quando excommunicatus eſt, de ſuppl.
l neg. præla. Romana, [l] libro ſexto. [& ibi, Facere debet]
etiam ſi de executione vltimæ voluntatis agatur, in
auct. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi autem pro redemptio
22 ne, & ſe. col. 9. nec mirum, quia ex cauſa † deuoluitur
iuriſdictio ordinaria ad delegatum, & è conuerſo, de
hoc ſupra eo. cap. ſignificauit [& ibi, Non licet] quod
dic, vt infra de ſup. negli. præla. eccleſiæ, lib. 6. [& in fi-
23 ne] Item † concedit indulgentiarum litteras per to-
m tam prouinciam. [m] j. de pœnit. & re. noſtro, & cap. Ro-
mana. Item, cum viſitat, confeſſiones audit ſubdi-
torum ſuffraganeorum, & abſoluit. j. de cenſi. cap. vlt.
lib. 6. Hoſtien. etiam addebat alios caſus, ſcilicet cum
cauſa defertur ad eum per conſultationem. 17. diſtin.
multis. Idem in his, quæ communiter tangunt totam
prouinciam, de inſtit. ex frequentibus. 9. quæſt. 3. ar-
chiepiſcopus. Item quo ad congregationem concilij
prouincialis, & ea, quæ aguntur & ſtatuuntur ibidem,
de accuſat. ſicut, de præben. graue. 18. diſt. quoniam.
n Idem in caſu, de pœnis. [n] Romana, lib. 6. Item ratione
priuilegij. ſup. cap. duo. Item ratione conſuetudinis, vt
ibi, & j. eo. Romana, & de fo. compe. & de app. Roma-
na, lib. 6. Item ſi inter epiſcopum & capitulum ſuum fit
permutatio ſuper immobilibus, cum epiſcopus non
poſſit auctorizare in facto proprio, arg. ff. de auct. tu.
l. 5. de rebus eccleſ. non ali. cap. 1. 12. q. 2. fine. & idem
videtur in caſu decreta. ſtatuimus, de tranſact. Idem,
cum epiſcopus, vel quia recuſatus, vel alia de cauſa
defert ad eum cauſam, de appel. cum ſpeciali, de offic.
legati, licet, ſecundum Hoſt. qui dicit ſe de caſibus no-
taſſe, verſic. in ſumma. eo. ti. §. quid pertinet, ſub §. ſunt
autem diſtincte. ¶ In gloſſ. ſi nullam [ibi, recipere] j.
de rapto. in archiepiſcopatu [& ibi, quod facere po-
24 teſt] ſecundum Vin. Sed ſi † epiſcopus poteſt cogere, er-
gò & archiepiſcopus, cum iuriſdictio ipſius ſit deuolu-
ta ad eum per appel. ſed dic quòd deuoluta eſt, ſed nõ
eſt tam efficax. ſic ſup. de offic. deleg. ſuper quæſtionũ,
25 Io. vnde dicebat Vin. quod appellatio † non dabat iuriſ-
dictionem niſi inter perſonas, inter quas agitur. ¶ In
gloſſ. ſcilicet [ordinario] vel delegato ab eo, Hoſtienſ.
¶ In gloſſ. quo caſu [ibi, etiam laico] poteſt ſecundum
Vin. Idem Phil. j. cap. ii. [& ibi, Sed hic videndum] ſe-
26 cundum Tan. & Moder. & dixit † Hoſt. quòd aliquan-
do indiſtinctè ſecutus fuit iſtos, & adhuc ſequitur in
transfretante. in obſeſſo verò dicit ponderandum mo-
dum obſeſſionis, & qualitatem perſonæ, an ſcilicet ſit
bellator. ſi enim locus obſeſſus non expugnatur, ſed
ibi eſt exercitus a longe, & vtrique ſecurè quieſcunt,
adhæret. T. Si verò expugnatur cum machinis, hic cõ-
mune periculum: quia lapis ſuper quemlibet venire
o poſſet; adhæret Vin. [o] Sed ſi expugnatur cum baliſtis,
vel alijs periculoſis armis, tunc abſolui poterunt pu-
gnatores, alij non; allegat de ſeruis non ordi. capit. 1.
cum ſuis concord. & C. quando li. vni. ſine iudice vind.
lege 1. ſi enim hic expectaueris vulnus; fortè mors ſi-
mul cum vulnere infligetur. Fatuum enim eſſet ſenti-
re, quòd poſt mortem ad medicum recurratur, ſicut
& alias dicunt doctores non expectandum primum
ictum. ff. ad l. Aquil. ſed & ſi quemcunque. 1. reſpon.
Idem etiam dicit Hoſtien. de ingrediente bellum cam
peſtre, dummodo ſit iuſtum. & hęc omnia intelligit
etiam quo ad iuſtè pugnantes. Si enim obſeſſi iniuſtè
ſe defendunt, nullus ipſorum abſolui poteſt in peccato
exiſtens. infra de pœnit. quod quidam. & hoc priuile-
gium deuoluetur, ſic ad expugnantes eoſdem, de quo
remittit Hoſtienſ. ad ſum. de treu. & pace. §. quod ſit
iuſtum bellum. ſed ſi obſeſſus iuſtè pœnitet, ſed ſecu-
rè non poteſt exire, dicit Hoſtien. quod ſecundum præ-
dicta talem abſolueret, cum immineat ſibi periculum,
dummodo tantum faciat, quòd nil ſibi imputari poſ-
ſit. dicit tamen cauendum de ficta pœnitentia. remit-
tit ad notata de reg. ſic nobis, de appell. quoniam. In
omnibus tamẽ his caſibus dicit, quod ſi abſolutus euā-
dat, vel eius heres, ſi mortuus fuerit, ad excommuni-
catorem debet recurrere, & ei humiliter obedire, de
ſentent. excommunica. de cętero, & cap. ea noſcitur, in
27 fi. & cap. a nobis 2. de muliere † prægnante ſoleo hic
quęrere, an cum propinquat partui, poſſit abſolui per
ordinarium excommunicata ea ſpecie, cuius abſolu-
tio ſpectat ad Papam, nec permittitur ordinario pro-
pter ſexum, non obſt. decret. mulieres, de ſent. excom-
munica. puto diſtinguendum de mulieris conditione.
Si enim eſt corpulenta, non eſt abſoluenda, niſi aliud
periculum immineat. Si autem alias non peperit, &
multum timet partum, & fortè debilis, poſſet abſol-
ui: quia tamen experientia docet multas abundantes
prole in partu decedere, pium eſſet dicere, illas abſol-
ui poſſe, & maxime, quia ſi euadunt, reincidunt, niſi ſa-
tisfaciant ad mandatum Papę. quod dic vt de ſenten.
excommunicatio. eos, libro ſexto, & vide quod dicā
j. de pœn. & remiſſ. quod in te. 1. reſpon. [& in fine] &
hoc eſt expreſſum, de pœnit. diſtinctione prima, quem
pœnitet, verſic. tanta itaque, & diſtinctio. 6. qui vult,
in princip. ¶ In gloſſ. ſupra de officio [ibi, aduerſus]
ibi conſul ſuccedit conſuli [& ibi, mortuo iudice] ibi
iudex iudici [& in fine] ibi argentarius ſuccedit argen-
tario, ſic legatus legato. infra de eo, qui mit. in poſſeſ-
ſio. capit. 3. ¶ In gloſſa, vel per eius [ibi, ad illam cau-
ſam] nec hoc poterit generalis legatus ſecundum Ia-
co. de offic. leg. capitulo 2. ¶ In gloſſa, ex hoc vide-
tur [ibi, quę] ſcilicet leges. nam decret. prima al-
lega. bene loquitur in reali. ¶ In gloſſa penultima
[ibi, canonica] vide quod not. infra de. verborum ſi-
gnificatio. dilecto, in gloſſa, & ita, & quod ibi dixi [&
p ibi. 40. annos] dicunt [p] quidam, quod idem eſt ſecun-
28 dum canones: quia licet † citatio perpetuet iuriſdictio-
nem, non tamen actionem, ſed dicit Hoſtienſ. quod

id vi-

Id videtur mirabile, quod duret iuriſdictio actionis peremptæ[ibi, de calumnia]ſi deierauit, non præſcribet, nec periurum & male conſcium auctoritas iudicis excuſabit, de præſcrip. capitulo ſi. ſecundum Hoſ.
29 ¶ In gl. vlt.[ibi, ſimile conſilium]ſ.† vt qui vult rem petere, ſi poteſt, intentet poſſeſſorium[& ibi, alias non noceret]Idem Hoſt. dicit tamen Vinc. quod poſtea cauere tenebitur. ff. de vſur. debitor.

ADDITIONES.

a Eſt vita. Vide Ioan. Andr. de re. eccl. non alien. ſi quis ſuper ver anathemate. & ſcias, quod in plus importat animaduerſio, quam cenſura, vt not. Ioann. Andre. in c. pro humani, de homi. lib. 6.

b Licet qui. Idem not. hic gloſſ. in verſi. nullam. contrarium not. Arch. in c. Romana. §. 1. prælle. qui dicit, quod non poteſt cogere.

c Ad papam. Quaſi velit, quod ab archiepiſcopo oportebit ad papam appellari, ſed ſi deleget, ad ipſum appellabitur, & ſic non grauabitur appellans in eundo ad papam, vide tamen Io. And. in præalleg. §. intentionis.

d Abſolueret. Sed delegans, vt etiam ibi no. non autem ordinarius, qui non per modum executiuum alias exequitur ſententiã delega. poſt annum, ſed implorata actione in factum, vide Ioa. Andre. ſup. ti. proxi. c. 2. ſuper gl. ſi.

e Prætermiſſis. Et ibi idem Ioan. Andr. in addi. & vide ſupra eodem, cum ab eccleſiarum, & c. quanto, per Ioan. poſt doc. & plenius de teſti. cum venerabilis, ſuper glo. 1. & ibi vide remiſſiones.

f Procedet. Nõ ergo poſſet epiſcopus prohibere illi, ne procedat, vide Io. And. in ca. ſi. de offi. archid. in gl. iniuſta, vbi videtur aliter loqui poſt Inn. in addi.

g In capite. Non loquitur ibi Io. & Bart. Brix. de ſi. iſtius gloſſ. ſed de materia præcedenti.

h Prouincia. Ad hoc facit quod diſputat gloſſ. & Barto. in prima conſtit. ff. orum, an impera. ſit dominus totius orbis, & etiam rerum omnium particularium, & vide Cyn & Sal in l. bene a Zenone. C. de qua præſcr.

i Exercitium. Facit ad hoc, quod dicitur de gratia Spiritusſancti, quæ in ſanctis viris ſemper eſt habita, ſed non ſemper actu, vide de pæn. diſtinctio. ſecunda, quærendum, & ibi gl. & Archid.

k Nullus. Cum archiepiſcopus habeat habitu iuriſdictionem in iſtos, licet non actu, patet per hoc, quod actus geſti a tali habente iuriſdictionem non tenent, ad quod vide gloſſam. 2. & ſuper illa Ioann. Andrea. in capitul. prudentiam, de officio delegat.

l Romana. In criminibus puniendis, ſed in aliis iuriſdictionalib. an epiſcopi ſuppleant negligentiam, ſunt opinio. de quibus per Ioan. Andr. in prædicto, capitu. Romana. ſuper gl. not. quod, & de cenſi. Romana, §. ſane. lib. ſexto, in nouella.

m Prouinciam. Non autem litteras commendatitias, vel ordines, de quo vide gloſ. ſuper verſi. agunt, in capitul. 1. eod. titul libro ſexto, & Ioan. Andr. de tempor. ordinan. cum nullus, eodem libro.

n Pœnis. Item vide, quæ ſcripſi in capit. ab excommunicato, de reſcri. inter quos videtur etiam vnus caſus Io. 11. queſtio. tertia, in ſumma, quando querela fieret ab archiepiſcopo de notoria iniuſtitia ſententiæ etiam inter ſubditos ſuffraganei. Item aliũ vide no. in capit. ex frequentibus, de inſti. Item ſecundum quoſdam eſt etiam caſus in capitu. alius, & in capit. nullus, infra de iure patro. alii tamen aliter. vide ibi Arch.

o Adhæret. Vinc. Leuior autem conſideratio habetur, ſi propter hos caſus, puta nauigationis, vel pugnæ petantur, producit teſtes, iuxta capitu. quoniam, in princip. infra vt lite non conteſtata, vbi vide Io. And. in gl, puta, quia ingredi.

p Dicunt quidam. Vide glo. & doctor. in l. cum notiſſimi, allegat. in gloſſ. & ibi vide gl. quomodo poteſt tolli perſonalis, & hypothecaria durare, & ibi vide Bal.

SVMMARIVM.

1 Ordinarius non fit delegatus, ſi papa per reſcriptum monet eum exequi officium ſuum.
Diuiſio capituli, ibid.
2 Appellare non licet ab inquiſitione & executione, exceptis caſibus, quos refert.
3 Statuta facit epiſcopus in diœceſi ſua, ſed non contra cano.
Declaratio pertinet ad conditorem. ibid.
4 Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. 6.
Purgatio non inducitur in notorio, ibid.
Clerici ſeculares cur quidam appellentur, ibid.
7 Delegatum quem eſſe, cum papa ad ordinarium quid ſcribit quibus rationibus cognoſcatur.
Iuriſdictionibusne pluribus quis vti poſſit, ibidem, verſi. vbi vide.

CAPVT XII.

1 Licet in corrigendis. Caſus. Papa† per reſcriptum, quo monet ordi. ſuum officium exequi, non facit eum delegatum. & ideo tunc ab eo ad proximum ſuperiorem poterit appellari. Et primo ponit formam reſcripti, quam ſecundo declarat ibi, quia tamen[Interclu-ſum ipſo iure, vt in concor. primæ gloſſ. ſecundum Ho
2 ſtien. qui† dicit, quod idem intelligit de inquiſitione, & executione, niſi procedens formam excedat, vt in gloſſ. antepenultim. vel niſi fiat ex odio. 23. quæſtione quarta, ita plane, vel niſi corrigens eodem peccato,
a æquali, vel maiori[a] æque, vel plus notorio laboret, tertia quæſtione ſeptima, iudicet, & ſic poteſt intelligi, de appellatio. de priore[Statuens]facit ergo
3 † epiſcopus ſtatuta in ſua diœceſi, de maioritate, & obedi. c. 2. [Regulare]nihil enim poteſt contra canones ſtatuere, quod dic vt dixi de officio archipresby. capitulo fina. [Nec eſſe debuit]ſic ſupra de arbi. expoſita[Declarandum]quod eius fuit, de ſenten. excom-
4 municatio. inter. ¶ Prima † gloſſ. ſoluit contrarium. ¶ Secunda gloſſ. reſpondet per quæſtionem, quare clerici non profeſſi &c. ¶ Gloſſ. puta. ponit 4. exempla.
5 ¶ In † gloſ. 3. [ibi. §. ſi quis a principe]vide vt lite penden. capitulo primo, ſuper vlt. gloſ. [& ibi, nec auus]vide de reſtitutio. ſpoliato. audita, ſuper tertia glo. ¶ In
6 † gloſ. prima[ibi, de pur.]ibi de famoſo non notorio.[b]
b hic de notorio loquitur, vt ſequitur, in quo etiam non indicitur purgatio. eodem titul. P. ¶ In gloſſ. ſecunda[ibi, laicorum]& ideo quia genus iſtud miſtum eſt, inquantum religioſis participant, dicuntur clerici, inquantum laicis, dicuntur ſeculares. de hoc ſupra de ſumma trinita. capitulo primo, ſuper verſicu. commu-
7 nem, Hoſtien. ¶ In gloſſ. [ſi enim. ibi, tanquam † delegatus]ſed qualiter hoc cognoſcam? ſolu. ſi in litteris dicatur, auctoritate noſtra. & hoc eſt planum, infra de reſcript. cum aliquibus, libro ſexto, vel dicatur committimus, delegamus, vel ſimile. Item, ſi dicatur, vel apponatur aliquid vltra formam iuris, vt ſi in literis de ſimplici iuſtitia ſcribatur, appellatio. re. vbi alias
c de iure remota non eſt,[c] Innoc. & Abb. facit, quod di-
d cam de præſcrip. cum ex officii,[d] vbi vide in gl. dicebatur, an quis pluribus iuriſdictionibus vti poſſit per id, quod not. Hoſt. clauſulam, appellatio. re. aliquid operari contra no. de officio deleg. ſuper quæſtionum, §. porro. no. etiam Inn. quod ſi papa ſcribit ordinario, quod audiat generaliter cauſas aliquorum ſubditorum ſuorum non ponendo aliquod de ſupradictis, procedet vt ordina. maxime quia generalis delegatio reprobatur, ſupra de reſcript. ad hoc. ¶ In gloſſ. [puta, ibi, cum oporteat]quod dic, vt eodem titulo, capit. 1. lib. 6. ¶ In gloſſ. penul. (ibi, inſtruit]vel ordi. officium excitauit. Hoſt.

ADDITIONES.

a Maiori. Vide ad id. quod dicit de inquiſitione, quod no. gloſſ. & Io. Andr. in c. qualiter, el. 2. de accuſa. & in Specul. de inqui. §. 1. ver. item oppo. quod eſt criminoſus.

b Notorio. Ibi vide gl. fi. & ſuper illa Io. And.

c Non eſt. Hic autem licet apponatur illa clauſula, appellatione remota, non facit iſtum delegatum, quia iure communi iſto caſu eſt remota appellatio, vt in iuribus alleg. in prima gl. & an iſto caſu illa appellationis remotio facta a iure aliquid operetur, vide Io. And. de officio deleg. c. paſtoralis, ſuper gl. fin. & in c. paſtoralis, de appell. per Io. And. in gl. ſ. papæ, & in glo. non tamen.

d Officij. Et vide Io. gl. in c. hi qui, de præb. in 6. & ad materiam vide tex. in l. ſi ſeruum, cui fidei c. ff. de hæte. inſt.

SVMMARIVM.

1 *Subditos corrigunt, reformantque prælati, appellatione, vel conſuetudine non obſtante, & quali er id faciendum, nume. 10. 3.*

Correctio deuoluitur ad epiſcopum, ſi capitulum canonicorum exceſſus conſueuit corrigere, et non correxit intra tempus ab epiſcopo præſtitutum, ibid. de quibus autem intelligatur exceſſibus, nu. 22.

Ceſſationem a diuinis canonicorum quando epiſcopus non ſeruabit, ibid. quæ ſit hæc ceſſatio. nu. 28. & alia de ea vide numero 12.

2 *Diuiſio capituli.*

3 *Irrefragabile, quid ſignificet.*

Laici ratione delicti ſubſunt epiſcopo, ibid.

4 *Sanguis hic quid ſignificet.*

Punitur homo etiam ex alieno peccato, ibid.

Manus pro operibus ibid.

5 *Libere, ſine impedimento.*

Niſi, particula indicat exceptionem, ibid.

6 *Forma hic exceditur, niſi citet & moneat.*

Capitulum canonicorum etiam aliarum eccleſiarum poſſet canonicorum ſuorum exceſſus corrigere, & quo iure, ibid. et de quibus exceſſibus intelligatur, numero 22. vide numero 21. & 28.

7 *Conſuetudines futuræ non damnantur, ſi ſcribitur a papa, de præteritis conſuetudinibus abuſiuæ non fouendæ, & ratio, nume. 10.*

8 *In deuolutione iuriſdictionis neceſſaria monitio eſt, non collationis beneficiorum.*

Alioquin, particula, quid efficiat, ibid.

9 *Ex tunc, aduerbij ſignificatio.*

Præuentioni non eſt locus appoſito aduerbio, ex tunc, ibidem.

Termini finis non eſt expectandus, ſi is cui aſſignatur ad quid faciendum, reſponderit facere ſe nolle, ibidem.

10 *Animarum cura per conſuetudinem, & appellationem non debet impediri.*

Ad brachium ſeculare recurrendum, ſi non ſeruetur eccleſiaſtica cenſura, ibid.

Reſiſtere malæ conſuetudini licet, ibid.

11 *Iuriſdictio ex vno in alterum deuoluitur negligentia, & qua.*

12 *Manifeſta pro notorijs.*

Iudex vt quis ſit in cauſa ſua, nulla prodeſt conſuetudo, niſi in notorijs.

Notorij vnus effectus memoratur in iuriſdictione tribuenda, ibid.

Ceſſatione a diuinis durante, non ſit quis, ſi celebret irregularis, eodem nume. verſi. dic de ceſſationibus remiſ. num. 14. & duobus concurrentibus fieri poteſt, nu. 13.

Qui ea durante, celebrare poſſint, num. 15. & reuocare eam poſſint. ibid.

Irregularis fit celebrans eccleſia interdicta.

13 *Interdicendi eccleſiam decanus, vel capitulum poſſet habere poteſtatem, & quando ex interdicto puniretur, ibidem.*

16 *Ordinarius in multis caſibus procedit vt delegatus a pontifice Romano.*

17 *De plano proceditur, cum agitur de correctione, & timeatur ſcandalum, periculumque ſit in mora.*

18 *Pœnam pecuniariam an, & quando prælatus imponere pro correctione criminum poſſit, & in pias cauſas conuertenda.*

Mulctæ a iudice ſeculari impoſitæ contra præceptum venientibus acquiruntur fiſco: pro facinoribus vero inflictæ in alia conuertuntur, & quæ, ibid.

19 *Vnio canonica quæ ſit.*

20 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 21.*

In ſua re nemo debet eſſe arbiter, & quomodo id intelligatur numero 28.

Imperare nec ſibi quis, nec prohibere debet.

22 *Additio gloſſarum.*

23 *Cap. cum contingat, de foro compe. intellectus.*

Collegium, vniuerſitas, vel capitulum quando ſunt iudices vel electores, non intelliguntur ſinguli iudices eſſe, vel electores, ſed ipſum collegium, & nomine collegij ea peccare negocia debent, ibidem, & numero 28. propter autem commemorandi difficultatem, poſſunt ea vni, vel pluribus de ſe committere, numero 24. ius collegij recidit etiam in vnum & quando, nu. 26.

25 *Epiſcopus tenetur cauſam delegare, quando vocem vt canonicus habet in capitulo, & quare.*

Voluntatem ſuam qui propalauit, eſt ſuſpectus ſi iudicaret, ibidem.

26 *Conuocare poteſt ſolus epiſcopus canonicos abſentes, & ſi nō venerint, cum præſentibus, ſiqui ſunt, vel ipſe ſolus, ſi nullus venerit, expedire poteſt, & quo caſu.*

Plures ſi ſunt iudices delegati, vno abſente, pluribuſue, non poſſunt præſentes expedire, niſi in caſibus; ſecus ſi ſunt vt collegium, vel vniuerſitas, ibid.

Præſentium ius in collegiis, ibid.

27 *Decretalis huius intellectus quis.*

Deuolutio iuriſdictionis non dicitur ad quem fieri, ſi eam habet ſuo iure, ſed eſt ipſius exercitium impeditum, ſi remoueatur impedimentum, ibid.

Ad impedimentum remouendum vnum remedium refertur ad fin, ibid.

29 *Archiepiſcopus, ſiue metropolitanus non eſt iudex inter epiſcopum ſuffraganeum ſuum, & eius ſubditum: ſecus in comprouincialibus cum eo. & ex cauſa legitima poſſet recuſari. Ad quem etiam in cauſa eius cum capitulo in quo caſu non recurratur, numero 30. vbi vero non eſſet, vel eſſet eccleſia metropolitana litigans, quid agendum, ibid.*

CAPVT XIII.

1 Irrefragabili. Caſus. Prælati † ſubditos corrigunt, & reformant, appel. vel conſue. non obſtante. ſi tamen capitulum canonicorum exceſſus corrigere conſueuit, niſi hoc faciat intra terminum ab epiſcopo præfixum: epiſcopus corriget. ſi canonici ſine manifeſta, & rationabili cauſa, maxime in contemptum epiſcopi ceſſant a diuinis, epiſcopus ceſſationem non ſeruabit, & metropolitanus de hoc vice papæ cognoſcet. & † ſunt 4. partes. ſecunda ibi, exceſſus. tertia ibi, 2 cæterum. quarta ibi. prouideant. vel ſunt tres partes tantum ponendo ſecundam ſub prima. & dic, irrefragabili. † i. generali & irretractabili. ſic C. de leg. l. 3. ſup. de 3 conſtitu. capitu. fi. Hoſtien. Maxime hoc dicit, quia & laici ratione delicti ſunt de ſuo foro, de iudic. nouit, Petr. & Abb. [Clericorum] ſic infra de vita, & honeſtate cle. vt clericorum, octaua, quæſtione prima, quaſi prudenter, infra de pœnit. & remiſ. capitulo primo

primo[Diligenter]non torpeant, non dormiant iuxta
pſalm. Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit
Iſrael: quia iuxta beatum Benedictum, Non dormi-
tat, nec dormit, qui impugnat Iſrael, ſuper quo vide
quod not. de officio archipresbyt. capit. vlti. i. reſpon.
4 Hoſtienſ.[Ne ſanguis] exponunt † quidam, id eſt ani-
ma, quæ dicitur habere ſedem in ſanguine: quia non
poteſt habitare in ſicco. 3. quæſtio. 2. Moyſes, vel ſan-
guis, id eſt peccatum. & nil prodeſt homini non puni-
ri proprio, qui puniendus eſt alieno peccato. 86. diſtin
ctione facientis, in fin. ad hanc expoſitionem facit de
ſtatu regu. cum ad mona. circa fi.[Manibus]id eſt ope-
5 ribus, de ſa. vn. capit. vno[Libere] id eſt ſine † impedi-
mento. ſic ſupra cap. primo[Niſi] excipit ab eo, quod
de appellat. dixerat[Formam]infra de accuſat. quali-
ter. 1. & 2. & capitu. inquiſitionis. dixit hic Ioan. quod
6 epiſcopus † excedit formam, ſi non citat illum, de cu-
ius fama vult inquirere, per decret. qualiter, & Vin-
cen.[Exceſſus] reſpicit quod ſupra de conſuet. dixe-
rat[Cathedralis]idem puto de alia eccleſia, ſi capitu-
lum cathedralis eccleſiæ, vel ipſius eiuſdem haberet
hanc conſuetudinē, de foro competent. cum cōtingat
[Per ipſum] ſcilicet capitulum[Habuerunt] vel habe-
7 bunt † in poſterum. non enim intendit futuras con-
ſuetudines damnare, quas approbant multa iura, quę
vide no. in decreta. cum contingat, proxi. allega.[in-
fra terminum] ſi. de except. paſtoralis, concord. de
hoc vide multas, infra de probat. licet, in prima gloſ-
8 ſa, & per hoc not. Petr. & Abb. quod † in iuriſdictione
a deuoluenda neceſſaria eſt monitio: [a] ſecus in colla-
tione beneficiorum, de conceſſio. præbend. capitulo
ſecundo[Alioquin]id eſt ſi infra prædictum terminum
hanc correctionem non fecerint[Ex tunc] id eſt elap-
9 ſo † termino, ergo non prius, [b] & ſic non eſt locus prę-
b uentioni, vt dixi, ſupra eodem, paſtoralis, ſuper
prima gloſſa, nec puto finem termini expectandum,
ſi expreſſe reſponderet capitulum ſe nolle corrigere.
ad hoc infra de locato, potuit, de appellatio. ab eo,
libro ſexto, de ſentent. excommunicatio. venerabi-
libus. §. ſecus, eodem libro[Ipſos] canonicos delin-
quentes, & ſibi reſiſtentes, argumen. de officio dele-
gat. capitulo primo, & capitulo ex litteris, & ſic not.
ſupra eodem, quanto, Hoſtienſ.[Animarum cura]
10 quæ per conſuetudinem, vel appellationem † impe-
diri non debet, de conſuetud. capitulo fina. de præſcri-
ptio. capitulo final. Hoſtienſ.[Cenſuram eccleſiaſti-
cam]quam ſi non ſeruant, recurratur ad brachium
ſeculare, ad hoc ſupra eodem, capitulo primo, & optat
Hoſtienſ. quòd canonici multarum eccleſiarum bene
attenderent hæc iura, quia ſi quam conſcientiam ha-
berent, non eſſent ita pertinaces in defendendis, &
fouendis ſuis conſuetudinibus abuſiuis, per quas &
peccata nutriuntur, & bonum iuſtitiæ impeditur. &
dicit mirandum, quod nullus inter ipſos reſiſtit in ta-
libus: cum tamen Paulus Petro reſtiterit. octaua di-
ſtinctione, qui contempta, & tamen agentes conſen-
tientes &cæt. de ſentent. excommunicatio. quantæ
11 [Non poſtponat]nec † mirum. cum ordinaria ad de-
legatum, & delegata ad ordinarium: epiſcopalis ad
metropolitanum per negligentiam deuoluatur, ſupra
de officio delegat. prudentiam. §. ſexta, ſupra eodem,
ſignificauit, & ſupra capitul. proxi.[Cæterum] §.[ma
12 nifeſta] idem † notoria, [c] ſecundum Innocen. & Ho-
ſtienſ. ſecundum quos alias nulla conſuetudo prodeſt,
quod capitulum contra epiſcopum ſuum in cauſa ſua
iudex eſſet, quia contra bonos mores, & eccleſiis gra-
uioſa, de conſuetud. capitulo primo, & capitulo, cum
venerabilis. ſed vbi factum eſt notorium, poteſt va-
lere conſuetudo. nec iudicat, ſed ceſſat pro mani-
feſta offenſa, quod fieri poteſt, de verborum ſignifi-
d catio. ex parte, [d] capitulo, cum olim, dic etiam quod
non eſt irregularis, quia tali ceſſatione durante cele-
brat in eccleſia: quia non interdicta eſt, vbi vero eſ-
ſet interdicta, eſſet irregularis, de exceſ. prælat. capi-
tulo final. & idem not. infra eodem, ſi canonici, libro
ſexto, in quarta gloſſ. & vide quod dicam ſuper ea. Ca-
ueant tamen religioſi a pœna Clemen. de ſentent. ex-
communicatio. capitulo primo, dicunt etiam, quod
13 † decanus, vel capitulum poſſet habere poteſtatem
interdicendi eccleſiam. & tunc ſi pro re dubia interdi
cerent, punirentur, infra de appellatio. dilectis, vbi
etiam de hoc vide in gloſſ. de his[Rationabili] de-
bent ergo concurrere iſta duo, concord. infra eodem,
conquerente, de cenſi. cum apoſtolus, de vita, & ho-
neſta. clerico. monaſteria, de ſenten. excommunica-
tio. ſa cro. Dicebat ergo Hoſtienſ. quod ſi quis non ſol-
ueret penſionem 5. ſoli. debitam capitulo, non eſſet
hæc iuſta cauſa, de his quæ fiunt a maioris par. capitu.
capitulo ſecundo[In contemptum] forte moti ex ali-
qua iuſtitia, quam facit epiſcopus, vt ſupra proxim.
14 quam dicunt iniuſtitiam[Ceſſauerint]de his † ceſſa-
tionibus dic hodie, vt capitulo ſi canonici, & quam-
uis, libro ſexto, & vide quod no. in decreta. quamuis,
in gloſſ. fin.[Si voluerit] quaſi factum ipſorum non
aſtringat epiſcopum, etiam ſi ceſſare poſſint, ad hoc
ſupra eodem, paſtoralis. §. primo, & capitulo, cum ab
eccleſiarum, vbi tamen ex iuſta cauſa ceſſant, decet
quod aliis ſe conforment. argumen. præ. decret. cum
ab eccleſiarum, & capitulo ad reprimendam, ſupra
eodem, ſecundum Hoſtienſ.[Cathedrali] cum capel-
15 lanis, & domeſticis † ſuis, ſecunda quæſtione ſepti-
ma, cum paſtoralis, nec intererunt canonici, niſi om-
nes, vel maior pars cōcordēt, vel reaſſumant organa.
canonicus tamen, qui non conſenſit in ceſſationem,
per ſe celebrare non poteſt, quia quod maior pars &c.
ſed cum epiſcopo poteſt, ſecundum Vincent.[A no-
facit quod poſt eum dicam, de foro competen. cum
contingat, ſuper gloſſ. ſecunda, dicit etiam, quòd
ſibi cauere debent prælati, & canonici cathedralium
eccleſiarum, & quilibet alii qui ſubſunt epiſcopis im-
mediate, nec ad ipſos recurrunt pro confeſſoribus eli-
gendis, quia in hoc non ſunt priuilegiati niſi hi, de
quibus infra de pœnitent. & re. ne pro dilatione,
quod etiam priuilegium cum ſit generale, dicit quod
non putat illud extendi ad caſus not. de renunc. niſi.
§. propter conſcientiã. allegat etiam not. de offic. leg.
quod translationem, & capit. niſi. mortuos autem, qui
hoc non ſeruauerũt, dicit ſe nolle damnare, ſed Dei iu
dicio reſeruare, de conſecr. eccleſ. vel alta. aqua, & ſe-
cundum hoc dicit intelligi not. in dict. §. cui confiten-
24 dum, ſub §. qui patriarcha [Synodum] dicit, † Hoſtiẽ.
quod licet antiqui notauerint contrarium, ſynodus vi
detur ſpectare ad l. iuriſdictio. dic de hoc infra titulo,
ſecundo, ſuper gloſſ. ſecunda, hoc patet, quia ad ſyno-
dum venire tenentur etiam abbates, nedum alii ſa-
cerdotes, vel curati, infra titulo ſecundo, quod ſuper
25 [Mortuariorum] ideſt pro † animabus a mortuis reli-
ctorum illis capellis mon. ſubiectis epiſcopo, aliis nõ,
vt dicam de teſta. officii [Viſitationem] hoc eſt de le-
ge iuriſdictionis. quod patet, quia monaſteria viſi-
tat, niſi ſint exempta, & omnia pia loca, & remittit
Hoſtienſ. de cenſi. Romana. §. primo, libro ſexto [Ad
26 eas] eccleſias, vel capellas [penſatis] ita † quod a pau
peribus nil petatur, prima quæſtione ſecunda, pla-
cuit, decima, quæſtione tertia, cauendum. Alii di-
cunt, quod a pauperibus eſt petenda. ſed ne nimium
grauentur, plures congregabuntur in vnum, infra de
cenſi. cum inſtantia, ſecundum Goffred. ſed illud ve-
rum in procuratoribus; ſecus in cathedratico, Inno-
cen. Dicit Hoſtien. quod hæc littera magis fouet vlti-
z mum intellectum, vt in gloſſ.[z] ſecunda [Plus cæteris]
quia ad illud tenentur, quod aliæ faciunt, & non vl-
tra, vt infra eodem capitulo, in fin. de cenſi. eccleſijs,
de officio archidiac. capitulo fina. [Onerentur] quæ
hic nota, Innocent. & Hoſtien. dicam ſuper fin. primæ
gloſſ. [Rationabilis] concordantias vide de hoc, ſu-
pra eodem, irrefragabili. §. cæterum, exemplum po-
27 nit † Hoſtienſ. ſi epiſcopus facit magnam emptionem,
vel ſubit grandes expenſas eundo ad Papam, vel Im-
peratorem, vel litigando pro iuribus eccleſiæ, vel
quicũque caſus ſuperimmineus incidit, ꝑ quem ſup-
portandum habet neceſſe tale ſubſidium poſtulare,
propter quod facienda eſt contributio, argument. de
ſtatu monac. in ſingulis. §. primo, & capitulo ſecun-
do, §. hæc eadem, de præſumpt. mandata, de ele-
ctio. vt præteritæ. quod intelligit, niſi in caſum inci-
derit culpa ſua. facit de ætate, & qualita. capitulo pri
mo, ſi enim propter ſui prodigalitatem indiget, ſibi
imputet, vt ſupra de conſuet. ex parte, quod dic vt no.
in ſumma, de cenſi. §. fina. ante fin. verſicul. & num-
quid epiſcopus poteſt redemptionem, & verſicul. ſe-
quentibus, & ſupra ex quibus cauſis, verſic. & quid ſi
ſubditus dicat [cum charitate] quaſi non violenter,
argumen. de cenſi. ex parte. nec a pauperibus, & op-
preſſis. infra de cenſi. licet, argument. prima, quæ-
ſtione ſecunda, placuit, decima quæſtione tertia, ca-
uendum. vel dicit hoc inſtruendo prælatum, vt cum
charitatis humanitate loquatur clero ſuo congrega-
to exprimendo cauſam egentiæ ſuæ, & hortando,
quod, cum cuilibet proximo in neceſſitate ſunt a-
ſtricti, fortius ſibi, narrando, quomodo totus epi-
ſcopatus eſt ſibi vna eccleſia, & vnica ſponſa. ſepti-
ma, quæſtione prima, ſicut. & eſſet abſurdum, quod
ſponſa videret ipſum ex vna parte laborantem, & ex
alia mendicantem, ſicut alias de ſponſa corporali di-
citur, ff. de re iudic. l. non tantum, & l. & ſi fideiuſ-
ſor. §. fina. & hortando, quod non expectent compul-
aa ſionem, & inducendo, quod dicitur, de donat.[aa] ca-
pitulo primo, ſecundum Hoſtienſ. [Neceſſitate] quæ
28 legem † non habet, ſupra eodem, quoniam [Suſti-
nemus] nota. Petr. quod monaci ratione capella-
rum ſuarum ita ad charitatiuum ſubſidium tenentur,
29 ſicut & alij. Prima † gloſſ. reſpondet per quæſtio-
nem, ad quid valeat ſpecificatio. ſecundo obijcit,
quod ſine ſpecificatione procedat petitio, & ſoluit.
¶ Gloſſ. [ſed videtur] ſignat contrarium: remittit, &
ſoluit. ¶ Gl. [& ſic] reſpondet per obiectionem, & ſol-
30 uit. ¶ In gloſſ. prima [& † ibi, quidam] vide de fi-
de inſtrumen. contingit, ſuper gloſſ. ſecunda [& ibi.
§. deinde] prouidet, vt nulli populi ciuitatum alteru-
tri ſeditionem faciant [& ibi, Sit tibi quoque] abbre-
uiat lites, & liberat homines alterna contentione [&
ibi. lege prima. §. & poſt] poſt nunciationem noui
operis poſſunt partes conuenire, vt opus fiat. quid
enim aliud agebat prætor, niſi vt illorum controuer-
31 ſias dirimeret. ¶ In † gloſſa prima [circa finem,
ibi, quæ hic enumerantur] aliter not. gloſſator ponen-
do dictum Innocent. infra, de reli. domi. conſtitutus,
in fine penultimæ gloſſ. & ſalua vtranque gloſſ. vt ibi
dicam & ad materiam vide quod dicam de reſtitu-
tio. ſpolia. cum ad ſedem, ſuper verſicul. pertinentiis
32 [& ibi, in iure] quod cum † certum ſit, non eſt locus
coniecturis, ad quas recurritur in incertis. ff. de ver-
borum obligation. continuus. §. primo, ſecundum
33 Hoſtienſ. qui dicit, quod ſi vltra † expreſſa in iure di-
cit epiſcopus aliqua ſibi deberi per pactum, conſue-
tudinem, vel priuilegium, illa ſint ſpecificanda per ra-
tionem inductam in principio gloſſ. & finaliter di-
cit, quod ſi epiſcopus iura epiſcopalia petit in genere,
& pro ipſo fertur ſententia, mandabitur executioni
quo ad omnia ſupradicta, quæ de iure communi de-
bentur ratione conſuetudinis, non venirent in ſenten-
tia, niſi eſſent ſpecificata, vel niſi ſic petitum eſſet,
Peto iura epiſcopalia, quæ mihi debentur tam de
iure communi, quam de conſuetudine ſpeciali. tunc
enim ſi negaretur conſuetudo, ipſa probata, fieret
executio & in his, quæ per conſuetudinem debentur,
ſicut eſt denarius Sancti Petri, & procurat. archi-
diac. quæ non de iure communi, ſed ſolum de con-
ſuetudine debentur, & ſic loquitur de præſcriptioni-
34 auditis. nec † poteſt reus cogere actorem ad hæc iu-
ra exprimenda: quia ſufficit generalis petitio, quam
& conſequitur conſimilis ſententia, vide infra, de
bb exceſ. prælat. tanta, & quod ibi dicam.[bb] in gloſſ.
nota generalem. ſicut etiam patet in petitione hæ-
reditatis, quæ vniuerſalis eſt. ff. de petit. hæred. leg.
prima, ſecunda, & tertia, & l. illud. §. penultimo, & vl-
timo. in qua ſi poſt ſententiam probetur res hæredi-
taria. probato de plano, vt dicam de reſtitutio.
ſpoliat. cum ad ſedem, ſuper fine ſecundæ gloſſ.
quod erat hæreditaria, mandabitur ſententia exe-
cutioni, argument. ff. de re iudica. a diuo Pio. §. ſi re-
rum, & ſequenti. Supradicta vero, quæ de iure com-
muni debentur, probari non oportet, quia ſunt certa,
& in iure ſcripta, vide quod ſupra dixi in gloſſ. hæc pe-

35 titiis in fine [Et in fine] Innoc. hic † proſequitur mate-
riam, ibi in c.pe.not. de vniuerſalibus, generalibus, &
ſingularibus petitionibus, & aliqua ex his ibi ſcribam.
36 Dicit autem † inter cętera, quod non putat vniuerſa-
lem petitionem, quando petuntur iura epiſcopalia:
cc quia non petuntur vniuerſa iura eccleſię,[cc] ſicut in pe-
titione hęreditatis petitur vniuerſum ius defuncti: ſed
dic eam petitionem generalem. Et de hoc in Specu.
de ſenten.prola.§.qualiter, verſiculo, item debet eſ-
ſe, & de re.do.verſiculo, & nota.& verſiculo illud au-
37 tem, & tunc ſi certa † ſpecificentur, & ſuper illis ſen-
tentietur, ſuper illis ſolis obſtabit exceptio. Si vero nil
ſpecificetur, vel aliqua ſpecificantur, ſecuta clauſula
generali, & omnia alia iura &c, tunc ex quo ſuper ta-
li petitione lata eſt generalis ſententia, in omnibus
obſtat. C.de tranſactio. ſub pretextu, niſi dolus inter-
uenerit: quia tunc ageretur, ff. de pa. l. tres fratres.
38 Alij aliter dicunt ſecūdum eum, in liberatione † enim
dd ſufficiunt verba generalia. ff. de pactis, emptor.[dd] §. vl
timo. ſed in tranſactione ſecus, quæ reſtringenda eſt
tantum ad ea, de quibus eſt actum, de hoc de tran-
ſactio. capitulo primo. ¶ In gl. [publicas, ibi, crimi-
39 num] quorum abſolutio † reſeruatur epiſcopis, infra
de pęni. ſi epiſcopus, libro ſexto, vbi de hoc, & per
Hoſtien. in ſumma, de pęn. §. cui confitendum, in fine.
ſecunda colla. [& in fine] vigeſimaſexta quęſtio
ne ſexta, capitulo vltimo, Innocent. ¶ In gloſſ. [duos
ſolidos, ibi. dięce.] ciuitatem includit [& ibi, quęſtio-
ne tertia] vbi de hoc in ſumma [& in fine] de quo re-
mittit Hoſtienſ. ad ſummam, de cenſibus, §. ex qui-
ee bus [ee] cauſis, primo reſpon. & verſiculo ſequen. ¶ In
gloſſ. [ſed videtur, in fine] imo de iure, non enim di-
40 citur hic, quod perceptio decimarum † ſpectet ad epi-
ſcopum, ſed de decimis perceptis ab eccleſia recipit
quartam, quod de iure eſt, infra de pręſcriptio. de
ff quarta, ſecundum [ff] abbatem. vnde contra Innocen.
qui dixerat idem, quod gloſſ. dicebat Hoſtienſ. de iu-
re communi deberi quartam, licet quota ſit conſuetu-
gg dinaria. [gg] & dicit, quod ſic diffiniuit ipſe Innocen.
in cauſa, quam ipſe Hoſti. habuit pro eccleſia Siſtan.
dum ipſius curam gereret contra hoſpitale Hieroſoli.
ſuper villa de Manaſca ipſius dięceſ. & vide quod de
quarta mortuariorum dicam, de donatio. paſtoralis,
in gloſſ. ſecus, in fine. ¶ In gloſſ. [ſic ſemel, ibi, Man-
damus] vbi idem notat, & hoc ſuperfluo iterum ſecun
dum Hoſtien.

ADDITIONES.

a Conquerente. Ibi, niſi quatenus penſatis &c. no. argumen. quod eccleſia non facit, niſi quatenus facere poteſt, licet contrarium ſenſerit quidam docto. in conſi. quod incipit Chriſti &c. & ibi vide, quod credo verum, cum & clericos habeat vt eſt gloſ. in l. miles, ff. de re iudi. §. 1. Bal.

b Secundum. Et ibi vide Ioan. Andre. in gloſſ. nota. appellatione, & vide de iudic. cum deputati, & de reſtitutio. ſpoliat. olim, lo primo.

c Abbate. Ibi late de actione negatoria, & confeſſoria per Ioan. And. & plene per Bar. in l. ſi prius, ff. de no. ope. nun.

d Veniens. Quomodo vtilius ſit intentare confeſſoriam, vel negatoriam, quam vti poſſidetis, vide Ioan. And. de verb. ſigni. abbate, ſuper gloſ. 1.

e Valeant. Vide quod poſui in c. in noſtra, in glo. quę incipit cum in literis. infra de procu. Archi.

f Iuriſ. Ibi uide late per Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, ff. de offi. procon. & le. & ad materiam iſtam facit quod not. Innocent. de iud. examinata, ubi u. de Ioan. And. in gloſſ. dixit Innocen. & uide Ioan. Andre. in Specu. de act. §. ſequitur, uerſicul. hoc quoque, & uide Guil. in Spec. de offic. iudi. §. deſeruit, uerſi. quid ſi libellus.

g Petatur. Vide plene per Bartol. in l. in prouinciali. §. primo. ff. de noui operis nunciatio. & eſt ſimile, de ac. de do. quæ concurrit cum alia act. vel non concurrat cum alia ac. & quando ſint inueſtigationes doct. de quo in l. eleganter, in princ. ff. de dolo, eo. tit. l. ſi legatarius, & ibi Bar.

h Superiore. Et an hoc petatur officio iudicis, & cum cognitione, vide Dyn. in capitulo indultum, de regulis iuris, libro ſexto, & per Bart. in l. Titia, ff. de accuſa. & in l. mancipiorum, ff. de opti. le. & de materia illius l. diffamari, vide in illa per Bal. & ibi qualiter feratur ſententia.

i Condemnatio. Ad materiam facit l. qui ſolidum, ff. de lega. 2. quod nota. Ioan. Andre. de re iudic. cum inter, in gloſſ. ſumma.

k Cogitur. Vide Ioan Andre. infra ſuper gloſſ. prima, & in capitulo ſecundo, de libe. obla. & per gloſſ. & ſuper illa Ioan. Andr. Bart. ff. de eden. l. 1. & Io. Andr. infra de reſtit. ſpol. cum ad ſedē, in gl. not. libellum.

l Conſuetudine. Vide Ioann Andr. ſupra eodem, cum ab eccleſiarum, & capitulo, quanto, & capitulo paſtoralis, ſuper 1. gloſſ.

m Nundinas. Vide gloſſ. quæ incipit, ſcias, in capitulo olim, lo 1. de reſtit. ſpol. & omnino Bart. in l. hic alleg. maxime in l. §. ſiue autem, ff de vi & vi arm.

n Sciente. Pro hoc facit quod no. gloſſ. in l. 2. C. de ſerui. & ibi per Cy. & per Bar. in l. quoties, ff. de ſerui.

o Haberet. Non enim plus iuris acquirit in præſcript. quam ille plebanus habebat.

p Dictum. Vide ad prædicta, quod not Bart. ff. de publi. l. ſi publicanus §. de vectigalibus.

q Conceſſi. Prout videmus in archiepiſcopo Rauennate, qui ex priuilegio plurium pōtificum Romanorum poteſt vbique portare Crucem, & ſignare, præterquam vbi eſt papa, & prope vrbem ad tria miliaria.

r Dare. Multo magis illud cum alio communicare, vt hic etiam, ignorante illo, cuius læditur.

ſ Qui. Secus in præſcriptione realium, vbi non requiritur ſcientia aduerſarij, vt no. per gl. in l. 2. C. de ſerui & vide Innoc. de capel. mo. dilectus.

t Audientiam. Quo ad ſubditū erga ſuperiorem, ſecus de alio aduerſus ſuperiorem, vt in cap. cum non liceat, poe. & in capit. audiuis, eo, tit.

u Appellatio. Vbi delicta ſint notoria, vel ſi non excedatur modus, vide ſupra eodem, licet, in gl. 1. & ſuper illa.

x iiij. Et vide de præſcript. audiuis, in gloſſ. 2. & ſuper illa Ioann. Andr.

y Reſpicienda. Vel a legato, vide de offic. Archid. c. officium, ſuper gloſſ. fi. & de pę. & re. omnis.

z Gloſſ. Vide Ioan. Andr. de cenſi. cap. 1. lib. 6. in gloſſ. ſuper. verſi. viſitatis, & ſuper illa in nouella.

aa Dona. De iſto charitatiuo ſubſidio an poſſit tolli præſcriptione, & alia circa materiam vide Ioan. And. de cenſi. cum apoſtolus, & cum venerabilis.

bb Dicam. Et quod no. Bart. de intereſſe in genere petendo, in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. & de fru. & lit. expen. in c. finem, de do. & contu. & vide Cyn. Bart. & Bald. in l. 1. & 2. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti.

cc Eccleſiæ. Petitio autem eccleſiæ eſt actio vniuerſalis, vide in Specul. de act. & pe. §. ſequitur, ad fin. & cap. cum ad ſedem, præalleg.

dd Emptor. Ibi. vide Bar. & ff. eodem, l. tale pactum. facit quod no. ipſe in l. non ſolum, §. ſi liberationis, ff. de le. lega.

ee Ex quibus. Vide in cap. olim. alleg. in gloſſ. & plenius per Pau. in Clemen. ſecunda, de deci. & per Bartol. pleniſſime in l. Paulus, ff de ſolut. & vide Ioan. Andre. in Specul. de ſolu. §. nunc aliqua. ad fi.

ff Secundum. Et vide not. infra de deci. ca. cum contingat, & ibi.

gg Conſuetudinaria. Hoc durum, quia agitur de clerico contra clericum: ſed an conſuet. diminuat decimam a laico aduerſus clericum, vide Io. And. de deci. cum homines.

SVMMARIVM.

1 *In viſitatione monaſterij quos & quot introducere poſſit illuſtrem epiſcopus, quam archiepiſcopus, iuncto numero 4. 6. qua de cauſa, numero 4. in fine, & ver. pauciores canonicos quam religioſos, num. 5. & quos canonicos. 8. & in quo habitu, num. 9. reliqua vide num. 6. & 7.*

1 Ab

2 *Ab indecenti clericis maxime abſtinendum eſt.*
3 *Facere non poſſe quæ credendum eſt hominem.*
4 *Cap. de cætero, & cap. ad audientiam, de cleric. non residen. cum hac conſtitutione conciliatio.*
Teſtes actionis ſuæ adhibet epiſcopus, ibidem, in calce, verſi. qui dicit.
5 *Canonici non ſiunt omnes abducendi ab epiſcopo, ne eccleſia patiatur.*
6 *Extrauagans Bonifa. debent, de cuius eccleſiæ viſitatione loquatur.*
In viſitatione monialium qui et quot adhibendi, ibidem, ver. ſed hodie.
7 *Suppletio gloſſarum.*
In viſitatione eiuſmodi non admittitur aduocatus, & ratio, ibid.

C A P. XVII.

1 **Vt iuxta.** Caſus. Epiſcopus † viſitans mona-
ſterium, non introducat ſeculares,
ſed duos vel tres canonicos ſuos cũ
aliquot religioſis. & præmittit motiuum prohibitio-
nis. ſecundo prohibet. ſecunda ibi, firmiter [Indecẽs]
2 a quo, † maxime clericus abſtinere dẽt de vita & ho.
clerico. cum ab omni, & capitulo, clerici [Officia]
3 nam generaliter † ea, quæ pietatem, æſtimationem,
a famam, ſeu opinionem, & verecundiam [a] noſtram
lędunt, vel ſunt contra bonos mores, vel contra iura,
vel deriſoria, non facere poſſe credendum eſt. ff. de
conditio. inſtitutio. conditiones, & l. filius, Hoſtienſ.
4 [Vel tres] ergo † archiepiſcopus poteſt ducere tres ca-
nonicos. contra, quia duos tantum, de cleric. non re-
ſid. de cætero. & capitulo, ad audientiam. ſolu. illa in
epiſcopo, hic in archiepiſcopo. facit de cenſibus, cum
apoſtolus. vel illa loquuntur de canonicis, qui conti-
nue cum epiſcopis equitant: hic de his, qui vadunt,
cum viſitant, qui paucis diebus aberunt, & ſic eccleſia
non grauatur, ſecundum Hoſtien. qui dicit hos adhi-
beri, quia in ore duorum, &c. de teſti. in omni [quot
5 expedire] in his † non taxauit numerum, ſicut in ca-
nonicis. & poteſt eſſe ratio, ne ſi forſan totum capitu-
lum duceret, remaneret cathedralis eccleſia miniſtro
rum ſeruitio deſtituta. dicit tamen Hoſtienſ. quod con
ſiderata mente, non verbis, plures poterit, vel paucio-
res debebit ducere, conſideratis idoneitate, & nu-
mero eorundem, hodie per extrauagan. Boni. eod. ti-
6 tul. debent, videtur, quod † tres clericos, quorum
vnus ſit religioſus, & vnum notarium clericum duce-
re poſſit, & debeat. loquitur tamen in illa, cum viſi-
tat capitulum ſuæ cathedralis eccleſiæ reprobans con-
ſuetudinem, quod nullos ducere poſſit. ſed hodie con-
cilium Vienen. de ſtat mo. attendentes, ad fin. dicit vi-
ſitatores mon. monialium contentos eſſe debere duo-
bus notariis; & duabus perſonis eccleſiæ ſuæ, & 4. aliis
viris maturis & honeſtis [introducat] hoc ius com-
7 mune, et æquum eſt. ¶ In gloſſ. prima † [ibi, per lai-
cos] infra de immuni. eccleſ. clericis, in principio, li-
bro ſexto [et ibi, iudiciorum] per hoc patet ſecundum
Hoſtienſ. quod nec congruit aduocatos admittere [et
ibi olim] et quia viſitator inquirit de his, quæ ſecre-
to nunciantur, et ſic ſunt corrigenda ſecreto. 2. quæ-
ſtione prima. ſi peccauerit, Goffred. ¶ In gloſſ. 2. (in fi.)
quod intelligit Hoſtien. ſi canonici ſunt idonei: alias
ſecus, infra de verborum oblig. abbate. in fine, quod
dic vt not. in ſumma, eodem titu. §. quid pertinet, ſub
§. ſunt autem, verſic. quando autem prælatus. ¶ In
8 gloſſ. 3. (et in fine) per † quæ iura dicebat Iaco. quod
debent eſſe in cappa, vel alio habitu honeſto, ſecun-
dum Hoſtien. in quo chorum intrant.

ADDITIO.

a Verecundiam. Et in tantum ſunt in bono viro conſideranda, quod vſuras etiam petendo promiſſas quis ſoluere debet, vt par cat pudori ſuo, & videtur pactum nudum ſeruare, ad hoc vide l. Quintus, & ibi, gloſſ. 1. & Bar. ff. man. quæ no. eſt, & vide ipſum in l. pecuniæ, ff. de al. & ci. le. & ibi alia concor.

SVMMARIVM.

1 *Lex diœceſana, & lex iuriſdictionis diuerſæ ſunt, quæ pertineant ad poſteriorem, num. 11. 12.*
Res iudicata in vna, in altera non obſtat, ibid.
Diuiſio decretalis, ibid.
Abbas etiam habet iuriſdictionem, & pœnas, ibidem, & numero 3. & in quod eas poſſit conuertere, numero 7. conſuetudinem poteſt in criminalibus allegare, numero 8.
2 *Cap. Recolentes, de ſtatu mona. de quo loquatur.*
3 *Conſuetudo dat iuriſdictionem, verſic. & conſuetudo ſuper qua etiam petitio fundatur, num. 4.*
Conſuetudinẽ proponere & probare, quod ſic eſt ab antiquo obſeruatum, ſufficit, & in quibus id ſufficiat, ibidem, numero 4.
In electionis, pedagij, & pœnarum & ſimilium iure non exigitur titulus, & quod proponere, & probare ſufficiat, ibidem.
In principes inuehitur, qui caſtra, & iuriſdictiones occupant & quo prætextu, ibid.
5 *Inſtructam cauſam ſufficienter remittere qui debet non ante etiam remittere, quam ſit ſufficienter inſtructa, debet.*
6 *Emenda quæ dicantur, & num. 7. & 8.*
Capitu. ab omni, de vita & honeſtat. clerico. intellectus, ibidem.
Ordinarius licet magis aſtringatur ad gratis officium ſuum reddendum, poteſt tamen ſuper hoc habere certam, & moderatam conſuetudinem, & ſportulas, ibid. & pœnas pecuniarias a cauſis ciuiliter tractatis prouenientes in almoniam ſuam, ſi egeat, vel in alia, & quę conuertere, numer. 7. de prouenientibus autem a criminalibus, quid iuris, num. 8.
7 *Cap. licet, de pœnis. quomodo non refragetur huic, nec decretali, ab omni de vita, & hon. cler.*
Pœnam ordinariam poteſt iudex temperare, & in pecuniariam, vel aliam commutare, pecuniariam vero in quod poſſit conuertere, & quibus in cauſis, ibidem, & num. 8.
Charitas ordinata incipit a ſeipſo etiam in conuerſione pœnarum pecuniariarum, ibidem, verſiculo, item ſi egeat.
8 *Ad criminalia exercenda criminaliter deputare debet laicum iudex eccleſiaſticus.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 10.*
13 *Mortuaria ad quam legem ſpectent, & vbi habeat ea locum.*
17 *Monaſteria in quibus exempta ſint a lege diœceſana, quę per epiſcopi ſtatuta nequeunt ligari.*
18 *Rei iudicatæ exceptio vt obſtet quæ requirantur, remiſſ.*

C A P V T XVIII.

1 a Dilectus. Caſus. Lex † diœceſana [a] & lex iu-
riſdictionis ſunt diuerſa. vnde res
iudicata in vna, non ob. agenti ſu-
per alia. Et in prima partis conqueſtio. In ſecuda papę
prouiſio. ſcda ibi, cum ergo [Abbas] no. abbatē iuriſdi
b ctionē habere, & pęnas exigere, de hoc de deli. pu. [b] c.
2 2. non ob. ſm Hoſti. de ſtatu † mon. recolentes, quia
loquitur de Ciſtercienſibus, & temporali pœna proue-
niente ratione temporalis iuriſdictionis, & eſt exhor-
tatio, vt ibi not. hic loquitur de aliis, & quando pœna
prouenit ex ſpirituali iuriſdictione, & oſtendit, quid
eſſe poſſit de iur. [Quinqueparochiarum] proprium
nomen, & vna pars ſecundum Iacob. ſicut Quinque
eccleſien. de poſtu. bonæ. 2. vel ſunt duæ partes [Com-
3 pelluntur] quamdo † ergo fiebat condemnatio pro
aliquibus delictis, tertiam partem conſueuerat habe-
re monaſterium. & conſuetudo dat iuriſdictionem, ſu-
pra eodem, irrefragabili. §. exceſſus [Ab antiquo] not.
4 petitionem † fundari ſuper conſuetudine, de hoc de
c verborum ſignificatione abbate, [c] Innocenti. dicit
Hoſtienſ. quod hic innuit vſum præſcriptum: alias non
eſſet conſuetudo, de conſue. capitulo primo, & not.
quod ad fundandam intentionem actoris ſufficit pro-
ponere, & probare, quod ſic eſt ab antiquo hactenus
obſeruatum, vt hic, ſupra de tranſac. quanto, de foro
competen. cum contingat. & idem in elec. pedagiis, &
ſimilibus, vt præalleg. decret. abbate, eodem titulo,
ſuper quibuſdam, de cenſi. peruenit. & ſunt hæc in ar-
gum. contra principes, qui caſtra, & iuriſdictio. oc-
cupant, niſi eis oſtendatur titulus, quem requirunt
contra iura. C. de rei vendi. l. fina. C. de peti. hære. co-
d gi, [d] vt eccle. bene. capitu. vno. §. primo. nam ſufficit,
quod ſic ab antiquo fuerit obſeruatum, licet ſecus ſit
in eccleſiaſtico principe, de quo remittit Hoſtien. ad
ſummam, de præſcriptio. rerum immobilium. §. quæ
5 exigantur. ſub §. quartum [Sufficienter] nec † aliter
debet fieri relatio. ſupra de electio. dudum. 1. verſicu.
cum autem. Hoſtienſ. [dictus] in parte deciſa [Epi-
ſcopus] contra quem agebat Abbas [Impediuit] op-
ponendo exceptionem rei iudi. [Ab eccleſiis] aliis,
vel de prædictis 5. alias non iuuaſſet exceptio [Emen-
6 dæ] ideſt † iuſtitiæ, quæ communiter leuantur a par
tibus, ſed contra infra de vita, & honeſta. clerico.
cum. ab omni. ſolu. ibi loquitur de delegato faciente
illicitam pactionem: hic de ordinario. qui licet ma-
gis aſtringatur ad gratis reddendum officium, argu-
men. ſupra eodem, inter cætera [e] tamen poteſt ſuper
hoc habere conſuetudinem certam & moderatam,
qua poteſt vti, argumen. de ſi. ad apoſtolicam, in ſin.
poteſt etiam leuare ſportulas, vt not. in capitulo, cum
e ab omni. [e] & ſecundū † hoc diuerſus eſt caſus a decre-
7 ta. licet, de pęnis, vel loquitur de emendis pecunia-
riis, quæ leuantur pro exceſſibus, poteſt enim iudex,
quando de crimine ciuiliter, non in modum accuſa-
tionis, agitur, pœnam ordinariam temperare, & in
pecuniariam, vel aliam commutare, ff. de pęn. re-
ſpiciendum, & l. aut facta, & l. hodie. C. ex quibus
cauſis, & ſi ſæuior, ff. de his qui not. infamia, quid
f ergo. §. pęna [f] grauior. nec ob. quod mon. hoc percipit,
quia eleemoſyna eſt, ſicut ſi daretur alii pio loco, ar-
gumen. de dona. conſultationibus, decreta. autem li-
cet, loquitur in priuata perſona, vel quando fit cau-
ſa auaritiæ: vel loquitur hic cum de conſuetudine,
vel ſtatuto delinquens tenetur ad certam pecuniæ
quantitatem, de hoc de delic. pu. capitulo ſecundo,
vel melius ſecundum Hoſtien. poterit abbas talia de-
g putare alicui de officinis [g] eius, vel aliquibus indi-
gentibus. Item ſi egeat, ſecundum euidentem inopiam
poteſt de talibus releuare, & idem in epiſcopo, ſi ege-
ret, quia ordinata charitas &c. de vſu. pal. niſi, & vi-
detur expreſſum in authent. de ſan. epiſco. §. Deo ama
biles, §. ſi autem eccleſiis, verſicul. ſi autem œcono-
mi. alias dicit quod talia de ſuo conſilio non vſurpa-
bunt, ſupra eodem irrefragabili. §. final. & hoc, quan-
do de criminibus ciuiliter agitur, vt ſupra nota. vel
etiam inter laicos de criminibus, quamuis graui-
bus, ciuiliter. nam, ſi criminaliter, non poſſet hoc
8 competere, niſi ratione regalium, & tunc † oporteret
haberi laicum deputatum ad talia exercenda, infra
ne cleri. vel mo. ſententiam, & eodem titulo, capi-
tulo vlt. libro 6. Si vero inter clericos ageretur de
maioribus criminibus ad degradationem, tunc poſ-
ſet abbas conſuetudinem allegare, de exceſſi. præla-
to. accedentibus, & de hoc ſupra eodem, irrefra-
gabili. §. exceſſus, vel poteſt hoc intelligi de emen-
dis excommunicatorum, ſecundum Hoſtien. qui re-
mittit de ſi. ad aures, facit de ſententia excommuni-
tio. venerabilis, §. denique, libro ſexto [Vlterius] 1
quaſi nimis fuerit protelatum [Prædicta] citatio, cau-
ſarum examinatio &c. [Formam] ſcilicet inſtruendo
9 & remittendo. ¶ Prima † gloſſ. ponit partem caſus.
¶ Secunda gloſſ. diſtinguit legem diœce. & iuriſdictio-
nis, & quid ſpectet ad vtranque. diſtinguit etiam in-
10 ter mon. & ſeculares eccleſias, & monaſteriorum ca-
pellas. ¶ In † gl. 2. in principio, quære hāc gl. 10. q. 1.
in ſumma [& ibi, curæ animarum] omnis inſtitutio, de
ſtitutio, confirmatio, & inueſtitura, Inn. [& ibi, coer-
ctio] item cauſas audire, & omnia, quæ circa iu-
dicium aguntur, expedire, viſitare, corrigere, ex-
communicare, ſuſpendere, interdicere, ſtatuta fa-
cere, inquirere tam de vita clericorum, quam de of-
ficiis, & ſtatu eccleſiarum, Innocenti. [& ibi, colla-
11 tio] Innocenti. hic dicit hoc videri † mirabile di-
ctum, quod collatio fructuum ſit de lege iuriſdictio-
nis, probat tamen id capitulo interdicimus. decimæ-
ſexta, quæſtione prima, quod ad id arctat monas-
cos [& ibi, dando] vel faciendo, quod Hoſtienſ.
dicit, in actione [& ibi, ad ſynodum] decimaoctaua
diſtinctione capitulo final. Dicit Hoſtienſ. quod ſe-
cundum eandem doctrinam quam tradunt antiqui,
12 conuocare † ſynodum, ſiue tenere, & præſidere &
punire contemnentes non ſit pati, vel recipere, ſed
potius agere, videtur ſynodus potius eſſe legis iuriſ-
dictionis, quam diœce. quod ſatis probari dicit per
decreta. quod ſuper. infra titulo ſecundo, & dixit
idem, ſupra eodem, conquerente, vbi vide ſuper
verbo, ſynodus [& ibi, Mortuariorum] decimaſex-
ta, quæſtione prima, placuit, dicunt Pet. & Abb.
13 quod non † eſt iure expreſſum, ſed ſunt verba Hu.
poſita. decima quæſtione prima, in ſumma. & di-
cunt, quod fit hoc in quibuſdam cathedralibus ec-
cleſiis, in quibus mortuo canonico, vel alio clerico,
vocantur presbyteri ciuitatis per ſonum campanæ [&
ibi, Cathedraticum] decima, quæſtione tertia, ca-
14 pitulo primo [& ibi, Et conſimilia] vt miſſas † publi-
cas, vbi voluerit cantare, & cathedram ponere cauſa
prędicādi, vel cauſas audiendi. decima octaua, quæſtio-
ne ſecunda, luminoſo. A ſubditis moderatum auxi-
lium petere, de cenſi. cum apoſtolus. Pro negociis
eccleſiæ clericos mittere, & eis imperare. decimaſe-
cunda, quæſtione prima, quia frater, ſupra de cle-
ricis non reſiden. de cætero. de maioritate, & obe-
dientia, capitulo ſecundo. Innocent. [& ibi, In re-
15 cipiendo] vel patiendo, non † videtur Innocen. quod
ſit vera regula, & doctrina iſtas leges cognoſcere per
diuerſitates dandi, & recipiendi, dicens quod a-
lia ratione non dicuntur hæ leges, diœce. & iuriſdi-
dictionis, niſi quia ſic aſſumpto, & nominata po-
tius a iure moderno decretalium, quam antiquo-
rum

rum canonum, & videntur fuiſſe verba magiſtralia. quia ergo propria regula, & inuariabilis doctrina de his dari non poteſt, dicit has leges per ſingularia declarandas. declarat ergo caſus, quos ponit gloſſ. & quos ſupra addidi ad gloſſ. hoc autem notauit de ſta-
h tu mona. capitul. primo, [h] & adhuc adde quod ibi dicam, & concordat huic dicto Innocen. de poſtula. dixi, cuius doctrina per caſuum expreſſionem, non per regulam eſt habenda de poſtula. capit. vltim. Dicebat ergo hic Innocent. quòd melius videtur dicendum, quod vna lex ſit tantum, quam in ſuis eccleſiis habet epiſcopus, ſcilicet diœceſ. ſub qua, & lex iuriſdictionis, & totum ius epiſcopale comprehenditur. Falſitas vero illius doctrinæ patet in procuratione, quæ dicet de iuriſdictione ſit, in recipiendo conſiſtit [& ibi, Exempta]
26 vnde poteſt inferri † ſecundum Innocent. quòd omnia, a quibus non ſunt per canones exempta monaſteria, ſint de l. iuriſdictionis: alia, & ſi ſint de iure epiſcopali, non tamen de lege iuriſdictionis, ſed diœ-
27 ceſ. [& ibi, Libera] dicit †. Vincent. hoc verum, niſi in caſu, infra de teſtam. requiſiſti. vide de relicto monaſterio epiſcopus petit canonicam [& ibi, Ad legem iuriſdictionis] per ſtatuta tamen epiſcopi monaci non obligantur ad aliquid, quod ſit contra regulam de officio archidiac. capitulo final. verſicul. & ſalua, Innocent. & Hoſtienſ. [& ibi, Qui populum] non exemptum. de his, quæ non reſpiciunt populum, dicam infra de ſtatu monacorum, capitulo primo [& in fin.]
28 quæ requirantur † ad hoc, vt obſtet exceptio rei iudicatæ, not. infra de exceptio capitulo penult. in fin. vltima gloſſ.

ADDITIONES.

a Lex Diœceſana. Quandoque autem ſumitur lex diœceſana pro lege iuriſdictionis, vt in capitulo ex parte. de regul. de iſtis legibus, & an monaci ſint ſubiecti, vide quod not. in capit. 1. de ſtatu mona. & ſic non obſt. illud cap. ex parte de materia iſtius gl. Et quæ dicatur diœceſana, quæ lex iuriſdict. vide quod plene not. Innocen. in capitul. 1. de ſta. regul. & ibi etiam gloſſ. de iſta l. iuriſdictionis, vel l. diœceſanæ, etiam not. in cap. cum dilectus, de ca. mona. in gloſſ. fin. in fin. quandoque autem gloſſ. exponit l. diœceſanam i. legem iuriſdictionis, vt in cap. fin. in gloſſ. 1. de ca. mo. Bald.

b Pu. Ibi vide in gloſſ. fi. & in c. recolentes inf. alleg.

c Abbate. De hoc per Ioann. Andr. ſupra de conuer. c. fi. in ſumma, in quarto membro, & vide in quinto membro, quomodo probatur.

d Cogi. Ibi vide Bar. Bald. & Bar. de Sal.

e Ab omni. Vide in illo c. per gloſſ. & Ioan. And. & alio caſu loquitur ille text. quam iſte.

f Pœna. Ibi vide Bar. & Bald. & d. Bar. de Salic. in l. & ſi ſeuerior, præalleg.

g Officiis. Poteſt enim iudex mulctam impoſitam conuertere in reparatione pallatij, vel cameræ ſuæ, vide bonam l. in l. mulctarum, & ibi Bar. C. de modo mul.

h Capitulo. 1. Et ibi videtur ſentire, quòd quarta mortuariorum ſit de le. iuriſdictionis. hic gloſſ. tenet, quòd ſit de diœceſana.

SVMMARIVM.

1 *Exempti corrigi non poſſunt ex reſcripto mandante ordinario, vt corrigat clericos diœceſis ſuæ.*
Decretalis hæc non eſt contraria his, quæ ſupra no. c. quanto, & c. 1. eod. & ratio, ibid. vide num. 7.
2 *Iuriſdictionis tertia ſpecies eſt ex compromiſſo.*
Arbiter interdicere, vel excommunicare non poteſt, licet alia poſſit, vt hic dicitur.
3 *Occaſio caſua.*
Ordinarij excitatur officium, ſi ei ſcribatur de his, quæ pertinent ad ipſum a ſuperiore, ibid.
4 *Interdicitur locus.*
Suſpenditur perſona, ibid.
Interdicti, & ſuſpenſionis ſententia in quibuſdam conueniũt in quibuſdam diſcrepant, ibid.
5 *Exemptæ eccleſiæ non includuntur in reſcripto, quo mandatur alicui prouideri in diœceſi.*
Clerici monaſteriorum, vel eccleſiarum exemptarum exempti, ibid.
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
8 *Abbas vnius epiſcopatus poteſt in alio epiſcopatu pro tribunali ſedere.*
9 *Relaxandi verbum hic quomodo intelligendum.*

CAPVT XIX.

a
1 Graue. [a] Caſus. Per † reſcriptum, quo papa mãdat ordinario, vt corrigat clericos diœceſ. ſuæ, non datur ei iuriſdictio ſuper exemptione. In prima conqueſtio. in ſecunda prouiſio. ſecunda ibi, mandamus [Spectantes] pleno iure, de priuileg. quoniam, Hoſtienſ. [Nullam] & ſic non eſt contraria decreta. iſta his, quæ not. ſupra capitulo quanto, & ſupra eodem, capitulo primo, Innocẽ. [De-
2 legatam] eſt etiam † tertia ſpecies iuriſdictionis, ſcilicet ex compromiſſo: ſed quia ex ea non licet interce-
b dere, vel excommunicare, [b] & ſi liceat contumaciam litigatoris alias punire, ff. de arbitr. leg. non ex omnibus, & ſi ex ea agatur ad intereſſe, & ſi executioni mandetur, infra de arbit. per tuas, ideo de illa ſubi-
3 cetur, Goffred. & Hoſtien. [Occaſione] caſus † Hoſtiẽ. facit infra titulo ſecundo. ſoliex, in princip. [Tranſmiſimus] in excitando officium ſuum, non delegando:
c alias contra, de officio delegat. ſane, [c] ſecundum Goffred. quod poteſt intelligi ſecundum Hoſtien. etiam quo ad iſtas eccleſias, ſi de exceptione fieret mentio: alias in generali mandato talia non venirent, remittit, de officio legat. quòd tranſlationem. vide quod
4 ſtatim dicam [interdicti] interdicitur † locus: ſed perſona ſuſpenditur. hæ etenim ſententiæ in quibuſdam conueniunt: in quibuſdam diſcrepant, de quo remittit Hoſtien. de ſenten. excommunicatio. capitulo primo, §. & hoc eadem, libro ſexto [Relaxes] per hanc
5 † decret. colligebat Vincent. quod ſi mandetur alicui prouideri in diœceſ. non poteſt prouideri in eccleſiis
d exemptis, de hoc dixi ſupra de reſcriptis. abbatem. [d] vbi Compo. contra etiam vide quod dicam de reſcriptis, ſi propter, libro ſexto. Item not. Pe. & Abb. quod clerici monaſte. vel eccleſiarum exemptarum ſint exẽpti, de ſtatu regu. capitul. vlt. ad finem. patet de priui-
e leg. per exceptionem, [e] libro ſexto. ¶ Prima † gloſſ.
6 elicit tria argumen. ¶ Penult. gloſſ. alleg. quatuor concord. & vnum contrarium. ¶ Vlt. gloſſ. obiicit, & ſol-
7 uit dupliciter, & primam approbat. ¶ In † gloſſ. [ibi, maxime] Idem Innocen. ¶ In gloſſ. pen. [ibi, in fi.] dic vt ibi. & ſupra de elect. noſtri. 55. diſtinctio. pœnitentes. ¶ In gloſſ. vlt. [ibi, vel poſſet dici] lectura hæc eſt contraria illi verſic. nullam; quòd mediatam, nec immediatam, nec principalem, nec acceſſoriam [& ibi, ſit paratus] & ſecundum hanc lecturam colligit Ho-
8 ſtienſ. quòd † abbas vnius epiſcopatus poteſt in alio epiſcopatu pro tribunali ſedere, de quo remittit, ſupra eod. quanto, in fin. de officio lega. nouit [& in fin.]
9 Idem Innocent. vel ideo † dicit, relaxes, vt epiſcopus prudenter & caute poſſit errorem ſuum corrigere, ne confundatur, ſecundum Hoſtien poterit dicere tales ſententias, quas tuli, de voluntate papæ relaxo, cui oportet obediri. decimanona, diſtinctio. in memoriam.

ADDITIONES.

a ¶ Graue. Et hoc capitulum intellige, quando scribitur ordinario, eius officium excitando, ſecus, ſi executioni, vt no. Io. And. in capitulo abbatem, ſupra de reſcript. quia tunc etiam exempti comprehenduntur. Bald.

b ¶ Excommunicare. An id poſſit pacto introduci, vide de officio delegat. P. & G. etiam in alios habentes iuriſdictionem illam prorogando, per Ioann. Andr. ſuper verſic. ex cauſis, & ſuper gloſſ. ibi ergo. & an arbitri iuris poſſint excommunicare, facit capitulum ab arbitris, de officio delegat. libro ſexto, & vide ibi Archidiaco. & Ioan. Andr. de appellatio. licentia, libro ſexto.

c ¶ Sane. Lo ſecundo, loquitur in delegato, hoc in ordinario excitato.

d ¶ Abbatem. In gloſſ. dicit Vincentius &c. & ad hoc etiam vide gloſſ. in Clemen. frequens. §. præterea, de exceſs. prælat. & ibi Paul. qui diſtinguendo concordat opin. & Ioan. de Ligna. qui tenet opin. Ioan. Andr. per Clemen. archiepiſcopo de priuileg. & vide dom. Pe. de Anch. in repet. c. ſi propter, vbi inducit hoc ad arduam q.

e ¶ Exemptionem. Vide Bart. in l. quod conſtitutum, ff. de teſta. milit.

SVMMARIVM.

1 *Licet, id eſt licitum eſt, in prin.*

2 *Epilogus, & additamenta gloſſarum, nu. 3.*

Abſolutionem an poſſit is, cui cõpetit ex officio, alij committere, ibidem num. 3. quam poſſunt etiam laici in neceſſitate impartiri, num. 4.

Priuilegij gratiam ſibi factam quis non poteſt alij committere, ibid. & ratio.

CAPVT XX.

Eis, quibus. Breue eſt [Canonem] decimaoctaua, quæſtione quarta, ſi quis ſuadente [Licet] id eſt licitum eſt [expedire] puta † quia ipſi ſunt alijs occupati, ſupra eodem, quod ſedem, vel quia placet eis, vt not. ſupra eodem, quod ſedem, vel quia placet eis, vt not. ſupra eodem, quod ſedem...

1 tum eſt [expedire] puta † quia ipſi ſunt alijs occupati, ſupra eodem, quod ſedem, vel quia placet eis, vt not.

2 de officio delega. paſtoralis, Hoſtien. ¶ Secunda † gl. ponit exempla, & ad ſecundum exemplum ſignat

3 contrarium, & ſoluit. ¶ In † glo. ſecunda [ibi, in hac parte] & hoc tenet hic Hoſtien. qui inducit hanc literam, ex officio, quaſi ſecus, ſi ex miniſterio. Item gratiam priuilegij ſibi facti non poteſt alij committere, ſupra de vſu pal. capitulo ſecundo, nec alius debet ipſam vſurpare, de priuileg. capitulo ſane, talia enim ſunt perſonalia, de conceſſio. præben. conſtitutus. di-

2 ctum gloſſ. ſecundæ pars, & eſt verius [a] ad contrarium dictum quod illud, cum miniſterium abſoluẽdi competit per delegationem: ſecus, ſi per officium vt hic [& ibi, etiam

4 † ſacerdotes] & etiam laici in neceſſitate, ſecundum Phil. hic, dic vt ſupra eodem paſtoralis, in gloſſ. quo caſu, in fi.

ADDITIO.

a ¶ Verius. Pro qua facit, quia tranſit hæc auctoritas ad ſucceſſores dignitatis, & ſic non videtur competere induſtria electa iuxta doctrinam Bal. in l. quiſquis, C. de epiſ. & cler. vbi dicit, quod non videtur induſtria electa, vbi fit mentio hæredis, alleg. l. cuius bonis, ff. de cu. fu.

¶ De officio iudicis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, ſiue diſpoſitio tituli.*

De materia huius tituli, & vbi in locis alijs tradatur, ibid. ver. de hoc habetur, & num. 2.

2 *Ex officio iudex ſupplet allegationes, & interrogat poſt concluſionem.*

Dilatione pendente iudex non præbet officium ſuum.

1 ¶ Dicto † de ſingularibus officijs dignitatum, & iudicum ſingularium, nunc indeterminate ſummatim de quodam officio, quod delegatis, & ordinarijs eſt cõmune. ideo &c. Gotfred. de hoc habetur tertia quæſtione ſeptima, §. tria, verſic. ſi verò in vno. conueniunt autẽ,

2 ſupra de poſtu. bonæ. 1. vbi iudex † ſupplet allegationes, de fide inſtrum. cum Ioan. ad fin. vbi poſt concluſionem iudex ex officio interrogat, infra de appellatio. ſignificante, vbi circa principale. lit. nõ conteſt. & dilatione pendente delegatus non præbet officium, facit de ex. cp. pia, in fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatum prouidere parti, quæ non poteſt habere ſpectat ad officium iudicis etiam delegati, & nu. 5. 6. & 8. & poterit dare domeſticum, ibid. & nu. 9. An & quibus caſibus poſſit aduocatus inuitus cogi, nu. 4. 5. 7. & ad certum ſalarium, nu. 8. & an petenti tantum, ibid.*

2 *Pro ſubiectis poteſt dominus vel ſuperior ſtare in iudicio, & pro ſubiectione tertij litigare, vide exempla.*

3 *Officium iudicis, de quo hic agitur, eſt purum, generale, & merum, quod eſt implorandum ſine ſolennitate.*

5 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum.*

6 *Supplet. 2. & num. ſubſequentibus.*

Ordo poſtulantium debet eſſe, & ratio, ibid.

Mediocribus prouiſum a iure, vt deſideria ſua proferant, ibidem.

7 *Non petentibus etiam prouidetur aduocatus a iudice.*

8 *Potentialis modi vſus.*

Verbi in alia reſolutio, ibid.

9 *Teſtem de domo iudicis nemo producere poteſt, aduocatum ne etiam non poſſit, ibidem, & in quo differat a teſte, ibidem.*

10 *Recuſari poteſt iudex, cuius dominus ſit aduocatus in cauſa.*

Aduocatus autem an & quando poſſit repelli, ſi ſit familiaris iudicis, ibid.

Dominus ſubditum erigit, & deprimit, non contra, ibid. verſ. quia dominus.

CAPVT I.

1 Ex literis. Caſus. Ad officium iudicis etiam delegati ſpectat prouidere aduocatum parti, quæ non poteſt habere, & poterit dare domeſticum. Communis diuiſio. ſecunda ibi, mandamus [Sancti Petri] quod immediate & pleno iure pertinebat ad monaſterium ſuæ

1 noſtræ, ſecundum Innocent. & ſic vnum † monaſterium ſtat in iudicio pro alio monaſterio ſibi ſubiecto, concord. de reſcript. ex tranſmiſſa, ſicut & epiſcopus pro eccleſia ſibi ſubiecta, de ſucceſſ. ab inteſt. capitul. fin. decima quæſtione prima, regenda. ſic poſſent etiã litigare ſuper ſubiectione tertij monaſterij, vel vnũ aliud vendicare, de tranſlatio. preterea ſecundo. quod met. cauſa. cum dilecti, de donat. inter dilectos. de ſtatu monacorum, recolentes. §. final. Hoſtienſ. [Officium]

3 purum † generale, & merum, [a] quod dic, vt nota.

2 in ſumma, eodem titulo, §. 1. Hoſtienſ. [Implorando] de plano, & ſine ſolennitate, ff. de officio procon. nec quicquam. §. de plano, & §. aduocatos [Archiepiſcopus] dicit Egidius per hoc quoſdam † dicere,

4 quod hoc fecit iure ordinario, non delegato: tu contra, vt dixi ſummando [Clerico tuo] an ipſum cogere poſſet,

poſſet, remittit Hoſtien. ad ſummam, de poſtula. §. primo, verſic. ſed nunquid poteſt cogi beneficiatus [Eiuſdem] Cauenſ. [Tuus erat] iſta non erat illius cauſa propria, ſecunda quæſtione ſexta, biduum, verſi. palam.
5 ¶ Vltima † gloſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ In gl. ſecunda [ibi. §. aduocatos] prouidet iudex de aduocato fœminis, & pupillis debilibus, vel his, qui ſuæ mentis non ſunt, aliquo eis petente, & etiam nullo petente, & his etiam, qui per aduerſariorum potentiam habere
6 non poſſunt. ¶ In † gloſ. ſecunda [ibi, aduocatorum] & quod aliquis ſit ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantium locus detur, mediocres deſiderii ſui non proſequantur. ff. de officio procon. nec quicquam. §. obſeruare & ibi, Si vero vbi idem hoc. & ibi, De publico] vid. in Specul. eodem titulo. §. deſeruit, in fine ſe-
7 cundæ columnæ [& in fine] per hunc §. videtur, † quod putat Goffred. verum in certis perſonis, quibus etiam non petentibus dari non debet aduocatus, vt ſunt fœminæ, pupilli, debiles, & qui ſanæ mentis non ſunt, & qui per potentiam aduerſariorum aduocatos habere non poſſunt. ff. de officio proconſul. nec quicquam. §. vltimo. nec his datur gratis, ſed competenti ſalario pro facundia aduocati, pro modo litis, & conſuetudine fori. ff. de extraord. cogni. lege prima, §. in honorariis. ſed aliis aduocati inuiti dari non debent, qui per ſe, amicos, & pecuniam poſſent habere. ff. de rebus eorum, qui ſub tute. vel cura. ſi magis. §. in primis. &
b quod dicit leg. prima, §. ait prætor, [b] qui non habet
8 aduocatum &c. ſup. nec habere † poſſit, vt in quibuſdam perſonis dictum eſt: & ſimilis expoſitio ff. de aqua plu. arcen. l. Labeo. §. ſi aqua pluuia noceat idest
c nocere poſſit. hic ergo datur [c] aduocatus inuitus eccleſiæ, vt pupillo, vel ei ſubtrahebatur malitia, vel potentia partis alterius, ſecundum Goffred. ad id, quod dicit, aduocatum non dari gratis, dicit Hoſtien. quod ſi petens diues eſt, aduocatus iudici non obedict ſine ſalario. ſi vero pauper eſt, nec habet, vnde ſoluat, omnino tenetur obedire, cum ad hoc ſit aſtrictus ex lege naturali, & ex præcepto diuino, Matth. 22. Diliges proximum tuum &c. vel dare debitur ſecundum Grego. in homel. ſuper Matth. 25. ibi Homo quidam peregre. dicit ergo, ſi nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnabitur. & ſecundum Hoſtien. hic habet locum, gratis accepiſtis &c. infra de magiſtris. capitulo primo, nec obſtat, ſi dicat, quod expenſis ſuis factus eſt peritus. nam & illas expenſas dominus dedit. quid enim habes, quod non accepiſti? primo ad Corinth. quarta. Nec diues fieri poterit ſapiens ſine dono Dei, Eccle. 1. Nec dicas hæc theologica, nec curanda: nam & ciuilis lex hoc curat in authenti. vt non luxur. contra na. [illegible] re-
d ſponſ. &c. 1. §. colum. 6. [d] Clerici vero, qui [illegible] patrimonio Ieſu Chriſti recipiunt, de præbendis, eum ſecundum, debent cauere, ne perſonis miſerabilibus deficiant, de poſtulat. capitulo primo, [illegible] etiam ſi non petunt, iudex vltro aduocatum offeret. ff. de officio proconſul. leg. nec quicquam. §. aduocatos. ¶ In gl. vltim. [in fine] hæc ibi dicitur, quod [illegible] exceptio fuerit admiſſa. vide in Specula. titul. e. §. vltimo, verſi. item quod aduocatus, & quod ibi dixi. ſed con-
9 tra, nemo † poteſt producere teſtem de domo iudicis. quarta, quæſtione quarta, capitulo fin. ſed aduocatus teſtis eſt, & pluſquam teſtis, & in continue de facto, & de iure dirigat, & porrigat intentionem clientuli, de iudi. paſtoralis, aliud C. de poſtul. l. quiſquis. ſolu. dicit Hoſtienſis, aliud in teſte facti, cuius dicto creditur. de his, quæ vidit vel audiuit, de conſuetu. capitulo ſecundo; aliud in aduocato qui teſtis eſt iuris, nec ei creditur, niſi quantum iure probat, & tunc iuri creditur. & non ſibi. ff. de probationibus, ab ea parte. vel dic ſecundum eum, quod vterque admittendus eſt in ſubſidium, vbi aliud non habetur, argumen. decimaquarta, quæſtione ſecunda, quamquam. C. de hær. quoniam multi, in fi. vnde & aduocatus ille admittitur hic, & in ſubſidiũ; quia forſan alius idoneus non inueniebatur, & neceſſitas legi non ſubiacet. & quod dixi, quod aduocatus de facto probat intentionem clientuli, verum eſt de facto, de quo conſtat, vel eſt notorium, vel per alios teſtes probatum. [e] ¶ Quærit † Hoſtienſis, quid de caſu conuer-
10 ſo, ſcilicet cum aduocatus eſt dominus clerici iudicis? arguit, quod obſtet. ſupra de officio delegati, inſinuante. diuerſitatis ratio, quia, quando dominus iudex eſt, & clericus aduocatus, non timetur peruerſio iudicii, ſicut in caſu conuerſo, quia dominus ſubditum erigit, & deprimit, non e contra, ad hoc decimaſexta, quæſtione ſecunda. viſis, in fi. in medium, & ante fi. ſed ad textum opponit Hoſtienſis, ſi dominus partis recuſari poteſt à iudicio. ſupra de officio deleg. cæterum. 2. fortius dominus aduocati ipſius; quia pars forte rudis eſt, ſimplex, ſatis forte eſt extranea à domini familiaritate; ſed aduocatus, qui ſolet eſſe ſubtilis, & malitioſus. C. man. ab Anaſtaſio, poſt principium, ſcit ſibi acquirere familiaritatem domini, & eius ſecreta rimari, & facile propter eorum am[illegible] pulationem poteſt in partem ſuam trahere iudicis animum: quia gutta cauat lapidem, & c. ſolu. dicit Hoſtienſis, quod hoc ius non conſiderauit hanc ſubtilitatem, ſed affectionem domini, & litis proprietatem, quæ non eſt aduocati, vt dixi in textu; præſumpſit etiam quod iudex peritus ſit, nec de facili decipi poſſit. facit de reſcriptis, ſtatutum, libr. 6. nec præſumpſit, quod aduocatus ita ardenter procuret cauſam clientuli, ſicut propriam. nam & multi parum curant recepto ſalario. Item cum cauſa eſt familiaris, facile alia familia intercedit, non ſic in caſu aduocati. Item ſi nimis hoc dilataretur, poſſet ſecundum id iudicem recuſare, ſi aliquis inimicus meus, vel aduerſarii amicus cohabitaret iudici. ſed ſi ponas, quod aduocatus nimis ardenter aſſumit cauſam & in camera, & extra, & totis niſibus per ſe & alios laborat, & quod dominus per hoc mouetur, tunc iuſte recuſaretur. ſecundum Hoſtien. non quia dominus aduocati, ſed quia nimis fauens, argument. vt lite non conteſta. accedens 2. dicit ergo ex modo, & circumſtantiis in libello recuſationis appoſitis debere per bonum arbitrium terminari, vt ſupra de officio deleg. ſuſpicionis.

ADDITIONES.

a Merum. Et incidenter, non principaliter, vide infra capit. proxi. cum fuerit delegatum, vt infra dicitur.

b Prætor. ibi idem no. gl. & ibi no. de materia iſta.

c ¶ Datur. Etiam inuitus, quia eſt publicum officium, ſicut tabellionatus, vide in leg. prouident. C. de poſtulat. vbi vide per Sali.

d Colli. 6. Quomodo autem, & qua actione petat aduocatus ſalarium, & quo tempore peti poſſit, & plura alia circa, vide in Specu. de ſalariis. §. ſequitur. per totum, & per gl. Bar. Bal. & Sali. in l. vna, C. de ſoſtra.

e Probatum. Et probat per argumenta iuris, non per probationes facti. & vide Ioann. An. d. c. diud paſtoralis, in gloſ. quicquid, & Bart. ff. de pub. iudi. l. cuſtodias, & de adul. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Officium iudicis nunquid ſit actio, & quid reſtrat, vt ſit actio. Reliqua de eo vide numeris inferioribus omnibus fere.*
3 *Exercetur interdum nulla parte poſtulante, & alijs modis, & quibus.*
4 *In quibus caſibus imploretur in primo caſu, & numero 5. & 7.*
5 *Extraordinaria crimina quare dicantur.*
6 *Libelli, ſiue petitionis formula, vbi officium imploratur in primo caſu.*
7 *Officium cum primo caſu imploratur, fit litis conteſtatio, & ſolenniter proceditur, ſecus, ſi ſecundo caſu, numero 8. & 9.*
8 *Quando ipſum in ſecundo caſu incidenter proponatur ad vocem, Ante, & numero 9. & cur incidenter peti dicatur, numero 10.*
9 *Vocatur mercenarium in hoc ſecundo caſu, & differentia quæ inter hoc, & alterum, quod principaliter imploratur, & quando incipiat, remittit.*
10 *Incidenter peti quando dicatur officium iudicis.*
11 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Iudicis officium in quibus habeat locum, & numero 13.
13 *Suppletio, ſiue appendix gloſſarum.*
Officium iudicis quantum valeat in bonæ fidei contractibus, & ſupplet lege deficiente contractus, ibidem, numero 13. competit multis caſibus, vbi competit actio, numer. 14. an perpetuetur, num. 15.
14 *Legis in cauſa, ff. de mino. intellectus.*
Litis conteſtatio an et quando non neceſſaria in coniugio, & electione, eod. nume. ver. et dat ſimile.
16 *Reſciſſoria non eſt nomen actionis, ſed adiectiuum, & quid operetur, et qua ratione competat, vel concedatur.*
17 *Quod metus cauſa, actione quod ſit, dicitur iudicis officio fieri.*

CAPVT II.

a 1 Iudicis officij. Se ſummat[a] & ſunt † duo dicta. ſecundum ibi, alias ante. & primum exemplificat ibi, veluti [pro actione] exemplum, de reſtit. in integ. cap. pen. & no. ſecundum Innoc. quod dixi Mar. q.
2 officium † iudicis eſt actio, ar. ff. de actioni. & obligationibus, actionis verbo. ſed Ioan. & Azo contra. ff. de
b minoribus quod ſi minor. §. fin. ſed dices,[b] quæ vis in hoc? reſpondetur quando imploratur officium iudicis non tamen intentatur vt actio, in optione iudicis eſt id, quod petitur, concedere, vel negare. at cum propono ipſum vt actionem, cum proponam auxilium, mihi ex perſona mea nõ aliunde competens, oportet ipſum vt mercenarium ſuæ dominæ, ſcilicet actioni meæ, velit, nolit, deſeruire. C. depoſiti. l. 3. ff. de rei vendicatione, officium, ff. quod metus cauſa, metum. §. ex hoc edicto. & ſic ſequeretur abſurdum, q aliquis ſeruiret ſibi ipſi, ſecundum Innocentium, de hoc inſtitu. de actio. in quarta gloſſa, & in Specu. eodem tit. §. poteſt, ver. 1. & 2. [Proponitur] a parte & contra certam perſo
3 nam. exercetur enim iudicis † officium interdum nulla parte petente. interdum partibus inuitis, interdum ad petitionem partis, & hoc caſu quandoque contra certam perſonam: quandoque contra incertam: quandoque contra nullam: & proſequitur plene. G. in ſpec.
4 1. partis, eodem tit. §. primo, vbi multa exempla † de hoc primo caſu inuenies. Vinc. ponebat hic exempla, vbi imploratur, quod iudex compellat iudicem, vel arbitrum pronunciare. ff. de arbi. l. 3. de iudi. de qua re. Item vbi imploratur, quod tutores, vel curatores cogantur gerere, & ſi male ſunt excuſati, vt reducantur. ff. de mi. l. verum. §. ex facto, inſti de ſatiſda. tuto. §. fi. vel quod remoueantur. C. de adminiſtr. tuto. l. vltima. Item imploratur, vt caueatur de damno infecto, & pro legatis ſoluendis, & pro ſimilibus, ff. de actio. & obligatio. l. actionis. Item cum imploratur pro alimentis præſtandis a parentibus liberis, & econuerſo, & patronis, & libertis. ff. de libe. agno. l. ſi quis a liberis. §. Iulia. Item pro reuocandis in ſeruitutem ingratis, & pro donationibus. C. de liber. & eorum lib. l. 1. & infra de do. propter. Item vt vltima voluntas ſeruetur, vt ſ. de teſtamentis, tua. Item in actionibus priuatorum cri-
5 minum pro pœna imponenda. vnde † dicuntur extraordinaria crimina, de quibus tractatur. ff. de extraord. crimi. & de priuatis delictis. Item in cauſa inquiſitionis agitur ex officio tam in publico, quam in priuato crimine, & lite non conteſta. infra de accuſa. qualiter.
6 Vin. ſecundum quem detur † libellus ſic. Ego talis imploro veſtrum officium domine iudex, vt faciatis mihi per talem ſeruari talem compoſitionem, infra de pactis, cum pridem. vel prouideatis mihi ſuper tali præbenda, in qua deceptus fui, vel circumuentus, infra de rerum permu. cum vniuerſorum. vel imploro officium veſtrum ſuper tali beneficio, ſuper quo me ſuppoſui gratiæ aduerſarij, infra de renun. veniens. vel de quo beneficio coactus inopia & vexatione male compo-
7 ſui. infra de præben. dilectus, io deciſa. & poſtea † fit litis conteſt. & ſolemniter proceditur. in his enim proponitur iudicis officium pro act. Phi. addebat duos caſus in pœna iudicis infligenda pp imperitiam, ff. de varijs & extraordinarijs. l. fi. & in filio, qui de ſui poteſtate infert patri controuerſiam. ff. de libe. exhib. deinde. §. hoc autem. remittit tamen ad notata inſtit. de officio iudicis, in ſumma, in fin. Goff. vero ponebat exempla canon. in denunciatione, quæ licet ex officio iudicis expediatur, debet tamen cum denunciatore lis cõteſtari: ipſe, ſi non probat, punitur de calumnia, ca. 3. Item ſi clericus dicit rem ſe perdidiſſe per metum, dolum, captiuitatem, conditionem temporis, vel violentiam, ſecundum ſimplicitatem iuris canonici reſtitui petit per officium iudicis, ſic intelligitur, tertia quæſtione prima, reintegranda. Goff. hæc & quædam alia exempla hic per Inno. & alios poſita, vide apertius in Spec. præ. §. primo [Principaliter] quaſi ſecus, ſi incidẽ-
8 ter, vt ſequitur [Alias] ſcilicet quando † principaliter nõ poſtulatur, ſed de plano imploratur a partibus, vel proprio motu exercetur [Ante] vt, quia ante ingreſſum peto per officium iudicis aduocatum, vel locum tutum, ſupra capitu. proxi. infra de appellatio. ex parte. 1. vel peto mihi relaxari iuramentum, quod præſtiti de ſoluendis vſuris, de iureiuran. capitulo primo, ſecundum Goff. Hoſt. & Egi. in hoc vltimo caſu, quando propter id prouocatem ad iudicium, crederem po-
c tius[c] hoc exemplum competere primo caſu [Et poſt]
9 exempla † patent in 1. glo. [Ad hoc] iudicis officium, & vocatur a quibuſdam hoc caſu mercenarium vel deſeruiens, quod in quo differat a præcedenti, & quando incipiat, & quomodo deſeruiat ante litem conteſt. & in ipſa conteſtatione, & poſt, & in prolatione ſententiæ & poſt, vide plenius in Spec. eodem titulo, §. deſer-
d uit[d] [Sine litis] ex quo incidenter petitur. Et dicit †
10 Innocenti. incidenter peti, quod petitur lite pendente: vel quod petitur non propter ſe, vt aduocatum peto, non propter ſe, ſed propter cauſam. idem vbi propter ſe petitur ratione rei poſtmodum habendæ, vel litis proponendæ, & ex ſua petitione nil conſequitur, neq;

aliquid

e aliquid iuris in re quæritur.[e] C. vt in poſ.le.l. 1. & ſidē,
vbicunque interponenda eſt ſummaria cognitio ſe-
31 cundum eum. ¶ Gloſſ. prima † ponit quædam, ex qui-
bus imploratur iudicis officium. ¶ Gloſſ. 2. primo lit-
teram exponit, & rationem reddit. ſecundo ſignat
contrarium: ponit opiniones, & ſoluit, ſolutioni obii.
& contrario reſpondet; demum arguit, ſignat con-
trarium, remittit, & ſoluit. finis reſpondet per tres
quæſtiones, an etiam delegato competat, & an de-
tur maiori, & an ſit perſonalis, vel realis actio. ¶ Vl
tima glo. primo exemplificat. ſecundo arguit ſuper ex
cep. &c. ſignat contrarium, & ibi remittit. iterum ſi-
gnat aliud contrarium, & ibi remittit. ¶ In prima
32 † glo. [ibi, Non ſolum] in rei ven. habet etiam iudex
rationem deteriorationis [& ibi, & item. §. 1.] vide de
teſtamentis, capitulo ſecundo, ſuper gloſſ. antepe-
nul. [& ibi, certum] vide de reſtitutio. ſpoliato. grauis.
in vltim. gloſ. [& ibi, Sciendum] vide de do. finem, &
ſuper gloſſ. ſed nunquid [& ibi, Qui petitorio. §. 1.] cō
uentus in rem etiam de culpa damnatur, vt ſi ſeruū
petitum per periculoſa loca miſit, & periit, vel fugiti-
uum non cuſtodiuit, vel nauem petitam tempore ad-
uerſo immiſit nauigio. ¶ In gloſſ. ſecunda [& ibi. §. vl-
tim.] dicit, quod ſequitur [& ibi. l. 1. & 2.] prima loqui-
tur in illo, qui erat in legatione; ſecunda in illo, qui de
præſidis mandato retinebatur ſub cuſtodia militari.
33 ¶ In † gloſſ. 1. [ibi, patet] Vnde dicebat Vincen. tan-
tum valere iudicis officium in bonæ fidei contracti-
bus, quantum ſtipulationem in contractibus ſtricti iu-
ris. ff. depoſiti. l. Lucius. & vbi deficit lex contractus,
iudex facit quod ex bono, & æquo ſibi videtur, inſti.
f de loca. §. penultim. [f] [& ibi, bonæ] & de hoc 28. di-
ſtinctione [& ibi, Item ſciendum] & de officio legati,
g cum olim. [g] ¶ In gl. ſecunda [ibi, in cauſæ, in princip.]
34 hæc lex intelligitur † de extraordinario, quod com-
petit eccleſiæ per beneficium reſtitutionis, vel mino-
ri, alias multis caſibus datur iudicis officium, vbi com
petit actio ſecundum G. in Specul. eodem titulo, §. 1.
verſi. ſed opponitur. vide quod dixi poſt Innocent. de
h officio ordinarii, cōquerente, in gloſſ. not. quod Ab. [h]
in fin. [& ibi, vt ibi dicitur] & in Clemen. de reſtitu-
i tio. in integ. capitu. vno [i] [& ibi Quidam] Philipp. & dat
ſimile, vbi agitur de coniugio, vel elect. litis conteſta-
tio non eſt neceſſaria, vt lite non conteſta. capitul. pri
mo, de elect. dudum; tamen parte contumace lite non
conteſta. proceditur, vt lite non conteſt. quoniam. de
caſu ſpeciali non eſt arguendum ad genus, ſecundum
Odoſr. & alii quidam tenebant illud per has rationes:
quia per ſecundum dictum gloſſ. non prouidetur reo
petenti reſtitutionem contra ſententiam, & quicquid
35 dicit G. non † perpetuatur hic officium, quod vide cla
rius in Specul. ſecunda parte, de reſti. in integ. §. ſecun
k do in fin. [k] & de hoc quod dicitur non perpetuari per
litem conteſt. vide eodem titu. §. vltim. in princip. [&
ibi, officio iudicis] & habet hoc locum, ſiue reſtitutio
maioris fiat ex edicto. C. ex quibus cauſis maio. in con
tractibus, ſiue agatur reſciſſoria, quæ datur reuerſo ab
hoſtibus inuenienti rem ſuam præſcriptam, vel vſuca-
ptam. is enim intentat vtilem rei vendi. vel reſciſſo-
36 riam, non † quod reſciſſoria ſit nomen actionis, ſed
adiectio. i. petit rem reſciſſa vſucapione, vel præſcri-
ptione, vt ſic reponatur in ſtatum, in quo præſens fue-
rat. hoc enim beneficium licet competat ex edicto prę
toris. C. ex quibus cauſis maio. l. prima. ff. de captiu. &
poſtlimi. reuer. l. ab hoſtibus. tamen ex officio iudicis
indulgeri videtur. vnde dicunt quidam recurſum ha-
bere reſciſſoriam ex edicto prætoris inefficacem, ſed
prætor viuus inſufflat in eam vitæ ſpiraculum, inſti. de
ac. §. ruſſus. ff. quod metus cauſa. l. metum, §. volenti.
37 Item † quod fit per actionem, quod me. cauſa, dicitur
fieri iudicis officio. ff. eod. l. metum. §. ex hoc edicto,
Goffred. de materia vide ſatis poſt Inn. infra de reſti-
tu. in integ. tum ex litteris, in gl. no. ergo. ¶ In gl. vlti.
in fi. ibi in gl. pe.

ADDITIONES.

a Summat. Vide quod dixit Hoſtien. infra vt lite non conte. capi
tulo primo. Item ſunt text. quod ante lite conteſta. poſſit iudi-
cis officium implorari. contra capitul. ſignificante, de appella-
tio. dic, vt ibi gloſſ. ſuper his, & ibi Ioan. And. & an litis conte-
ſta. requiratur. Bal.

b Dices. Vide pleniſſime per Bartol. in l. 1. ff. de iuriſdictio. omniū
iudi. & ſcias, quod quando aliquid peti poteſt ſolum officio iudi
cis per interpellationem factam à parte, per interpellationem
non conſtituitur in mora, ad hoc quod not. gl. in l. veluti. § 1. ff.
de eden. & ibi Bar. & eſt textus notabilis in l. cum poſtulaſſem.
ff de damno. infec.

c Potius. Vide Io. Andre. in Specu. de iureiurand. ſuper rubrica,
ad fi.

d Deſeruit. Et vide Ioan. And. de app. ſignificante, in gl. ſupple, &
in gl. & male, & infra vt lite per den. capitulo primo ſuper ver.
direximus.

e Quæritur. Iſtud facit pro opinio. Egidii. quam ponit iſte, ſup. in
ver. ante, de petente abſolutionem a iuramento.

f ¶ §. penul. Vide de hac materia in c. cum venerabilis, in gl. 3. &
ſuper illa Io. An. infra de excep.

g ¶ Olim. Bonus eſt text. & concordat bene cum §. item ſcien-
dum, allegato in gloſſ. vide ibi Ioann. Andre. in gloſſ. vnde iu-
dices.

h ¶ Abb. Et vide in dicta lege, in cauſæ, la ſecunda, §. primo per
Bartol. & eadem eſt inueſtigatio, an actio de dolo competat
cum alia, de quo in leg. eleganter, in princip. & in le. ſi legata-
rius. ff de dolo. & an officium iudicis, vel actio. de dolo concur-
rant cum exceptione, vide Bartol. in leg. prædi. & in leg. fin. ff. de
dolo.

i Vno. Vbi vide moder. & leg. fin. C. de tempo. in integrum reſti-
tutio.

k In fin. Et ibi vide Ioan. Andr. & vide de materia gl. in capit. 1. vt
lite non conteſta. in gloſſ. non autem, & ſuper illa Ioann. An-
dre.

¶ De maioritate, & obedien- Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli, vel rubrica.*
Vniuerſitas conſiſtere non poſſet ex omnium paritate, ibi-
dem.
Varietas perſonarum per diuerſa officia diſtributa fortitudi-
nem et venuſtatem ſanctæ matris eccleſiæ manifeſtat.
2 *De argumento vel materia huius tituli quibus in locis alibi*
tractatur, oſtendit, et nu. 3. 4. et 5.
3 *Inobedientis prælato pœna quæ ſit, remiß.*
De obedientia vaſalli ad dominum, uxoris ad uirum, non præ
benda in illicitis, vbi tradatur, ibid.
5 *Monaco accuſanti non obſtat obedientia.*
Obedientiam profiteri non tenetur exemptus, ibid.

1 ¶ Quia † miniſtrorum, & iudicum, de quibus dictum
eſt ſupra, alii ſunt maiores aliis, nec enim vniuerſitas
aliter conſiſtere poſſet. 89. diſtinctione. ad hoc. nam ſi
cut varietas membrorum per diuerſa officia, & robur
corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat, ita va-
rietas perſonarum per diuerſa officia diſtributa forti-
tudinem, & venuſtatem ſanctæ matris eccleſiæ mani-
n feſtat,[a] 100. diſtin. capitulo primo, ideo poſt tractatū
miniſtrorum ponitur hæc rubrica, in qua tractatur de
maioritate, & minoritate ipſorum, & de obedientia
maioribus a minoribus impendenda. Goffred. habe-
2 tur † principaliter materia 21. & 22. di. Item 93. 96. &
99. &

99. & octaua, quæſtione tertia, de maio. Roma. ſedis, nona, quæſtione tertia, §. ſola, vſque ad fi. quæſtionis
3 de pœna † inobedientis prælato. nona, quæſtione tertia, ſi autē, & tribus, capitulis ſequentibus. de obedientia vaſalli ad dominum. 22. quæſtione quinta, de forma, & de obedientia vxoris ad virum, & eius maioritate. 33. quæſtione quinta, §. his, vſque ad finem cauſæ. de obedientia non præbenda in illicitis. nona, quæſtione tertia. §. hoc, & ſimile. vſque ad §. cum ergo. hæc
4 rubrica † reperitur in ſexto quo ad vtranque partem, conuenit rubricæ de conſtitu. capitulo vltimo, ſed quo ad primam partem, ſupra de officio delegati, ſane. 2. & de officio lega. volentes. quo ad ſecundam, de reſcrip. quando, de tranſac. præterea, de præſcrip. cum non liceat, de re iudic. cum inter, de confir. vti. vel inuti. capitul. fin. cui conuenit, de exceſſi. prælat. ad hæc.
5 Idem de accuſat. ex parte, vbi obedientia † non obſtat monaco accuſanti abbatem, de priuileg. cum olim. 2. ad finem, vbi exemptus non tenetur obedientiam profiteri. Item facit ad partem primam, de præbend. dudum, verſicul. nos igitur, & capitul. ſi a ſede, & Clemen. vt lite penden. capitul. primo verſicul. neutro, & de priuile. vt abbates, libro ſexto, & Clem. de electione Romani, in prin. vbi maioris legem non tollit minor. ad ſecundam partem Clem. de hære. ad noſtram, verſi. tertio quod.

ADDITIONES.

a Manifeſtat. In ti. de maio. & obedi. vide quod ſcripſi in ca. quamquam. 2. q. 7. Archi.

SVMMARIVM.

1 *Honores maiores, vel minores exhibendi plus vni, quam alteri.*
Præferendus quis ſit inter clericos, & in quibus, ibid. ad dictionem, prior, & num. 2. 3.
2 *Ambitionis notatur, ſi quis petat epiſcopatum, vel dignitatem, & quam.*
Conſuetudo præualet in prælationibus, ibid. niſi in duobus caſibus, & quibus, num. 3.
3 *Poſterior vt præferatur priori, vel minor maiori eſt irrationabile, niſi in duobus caſibus, & quibus.*
Eduen. Lugdunenſi præponitur epiſcopo. Conſtantinopolitanus cæteris patriarchis, Hoſtienſis epiſcopus in eccleſia Romana, ibid.
4 *Prioritas quandoque perditur propter culpam.*
Succedens antiquiori non tenet eius ſedem, niſi in dignitate ſuccedat, ibid.
5 *Maior qui eſt in eccleſia, ei competit eligere ſolenniter perſonam in ſcrutinio nominatam, & conuocare capitulum, exceptis quibuſdam caſibus, & quibus, & numero 7. verſi. hæc vera.*
Maior quis alijs non vno modo tantum, ibid.
6 *Præſentes qui ſunt in capitulo, ſi faciant quod incumbit, valebit, ſi vocati non veniant ad capitulum.*
7 *Capitulum conuocare ſi is, ad quem ſpectat, nollet, quid iuris, & ad quem ſpectet, num. 5.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 9.*
9 *Prior qui eſt tempore, potior eſt iure, niſi in quibuſdam, & quibus. & ſupra, num. 1. & 5. & infra, nume. 10.*
10 *Additio, vel suppletio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 Cum certum. Breue eſt [Honores] † maioris, vel minoris exhibēdi plus vni, quam alteri [Prior] in loco, perceptione præbendæ, ſcribendo, ſigillando, & ſimilibus, vt in concor. gloſ. & habet hoc locum in æqualibus ordine, merito, & dignitate, vnde epiſcopus inter epiſcopos, presbyter inter preſbyteros, & ſic de ſingulis, alias maior in prædictis præferendus eſt 8. q. 1. licet ergo, de ætate, & qualita. quæris, infra eodem. ſtatuimus. quamuis autem præfera-
2 tur etiam in beneficiis percipiendis, vt ibi, tamen ſi † de epiſcopatu, vel dignitate, quæ per electionem acquiritur, agitur, ipſum non petet, ne de ambitione
a notetur. 1. quæſtio. 6. ſicut [a] his, ſed & in his præualet conſuetudo, ſecundum Innocent. argumen. de conſti.
3 cum omnes. Dicit tamen Hoſtienſ. † quod ſi conſuetudo eſſet, quod poſterior præferatur priori, vel minor maiori, niſi accedat ratione dignitatis, vel officii, irrationabilis eſt. 89. diſtinctione ad hoc. & ſic impræſcriptibilis, vt eccleſijs onerosa, de conſue. capitul.
b primo, & vlti. & vide quod dicam de app. dilectus, [b] in princip. ſecus, ſi procedit ratione dignitatis, vt Eduen. in eccleſia Lugdun. Et Conſtantinopolitan. reliquis patriarchis, infra de priuileg. antiqua, & Hoſtien. in eccleſia Romana quo ad quædam, & ibi di-
4 cam. ſubdit Hoſtien. quod † quandoque prioritas perditur propter culpam, ſupra de ætate, & qualita. quæris. bene ergo dixit Barth. in veneri. 28. quod ſuccedens antiquiori non tenet eius ſedem, niſi in dignitate ſuccedat, quod intelligas, vt ſupra [Maior] per hoc
5 ſcripſit hic Innocent. quod † qui maior eſt ordine, & prior tempore, debet ſolemniter eligere perſonam in ſcrutinio nominatam, niſi alius de conſue. vel priuilegio hoc haberet, quamuis tutius ſit, vt ab alijs ſuis confratribus hanc recipiant poteſtatem, de hoc dixi
c de elect. quia propter, [c] vbi remiſi ad notata, eodem titul. ſicut cum, in gloſſ. tertia libro 6. Dicit etiam Innocenti. eadem ratione, quod talis habet conuocare capitulum, & alii habent parere, argumen. ff. de fide inſtrumen. l. fin. C. de præfec. præ. l. 1. & 2. lib. 12. C. de proxi. ſacr. ſcri. vbicunque. C. de officio ma. off. l. ne-
d mo. ff. de albo. [d] ſcri. l. 1. nam, ex quo honorantur, & onerentur, argument. octaua, quæſtione prima, qui epiſcopatum. cauſas tamen eccleſiæ non exercebit, niſi a capitulo conſtitutus, quod dic vt ſupra de offi-
e cio. archi. irrefragabili. §. exceſſus. [e] Si vero vocati
6 † ad capitulum non veniant, valebit quod facient præſentes, ſecundum Innocenti. de elect. cum nobis olim, & vide quod ibi dixi ſuper gloſſ. nunquid, & ca-
7 pitu. coram, & capitu. quia propter & ſi talis † nollet conuocare capitulum, cogi poſſet per ordinarium, vel per legatum, vt pro cauſa ſibi commiſſa mandaret capitulum conuocari, & ſyndicum ordinari, ſecundum Innocenti. argumen. de officio delega. præterea, & c. prudentiam, §. penul. & vlti. & notatur de conceſſio. præben. ſi capitulo, in gloſſ. 6. libro ſexto, hæc vera, niſi appareret conſuetudo, vel priuilegium, quod conuocare capitulum exercere iuriſdictionem, & ſimile ad alium ſpectet, de foro compet. cum contingat, de exceſſu præla. accedentibus, ſecundum Innocenti. &
f Hoſtienſ. & adde quod dicam [f] de nou. ope. nuncia.
8 capitulo ſecundo. in gloſſ. ſic, ſupra. ¶ Gloſſ. 2. † ponit brocardum, dum de priori tempore inducit ſeptem iura pro, & ſeptem iura contra, & ſoluit. ¶ Vlti.
9 gloſſ. dupliciter exponit literam. ¶ † In gloſſ. 1. [ibi, l. 1. & vlti.] vide in capitul. per tuas, in præalleg. gloſſ. ¶ In gloſſ. 2 [ibi diuerſis] ſi eadem res ſucceſſiue duobus pignoretur, prior eſt potior [& ibi. Si fundum.] ſequitur ſi pignori accepiſti antequam reipublicæ obligaretur, ſicut priores tempore, ita potiores iure [& ibi, Interdum] ſecundus creditor potior eſt primo, quando in rem creditam impendit, vt ſi nauis erat obligata, & credidit ad illam reficiendam, & ibi [Creditor] habet creditor priuilegium exigendi, qui

reſtauratio.

reſtaurationem ædificiorum credidit[& ibi.ſ.l. 1.]impenſa funeris omne creditum præcedit, cum bona ſoluendo non ſunt[& ibi, ſi quis habens]vide in supple-
10 tionibus. ¶ In † gloſſ. 1.[in fi.]de præben. is qui, § li-
g bro ſexto. ¶ In gloſſ. ſecunda[ibi, contraria parte]ſcilicet quando habens creditores manumiſit plures ſeruos, & nominatus eſt maioris precii, & ſecundo nominatus non ſufficit, ita, quod reuocando ſecundum neceſſe eſt etiam reuocatio primi[& ibi; vera eſt] regulariter, infra de regulis iuris. qui prior; libro ſexto, vbi de hoc. ¶ In glo. vltima[ibi, concor.]quod probat verbum vnitatis.

ADDITIONES.

a Sicut. Vbi vide gloſſ. & quid in dignitatibus laicalibus, vide gloſſam, & doct. in l. Barbarius ff de offi prætor.

b Dilectus. In gloſſ prima, quæ huiuſſet, ad materiam vide multas concor. per Ioan. Andre. in capitulo cuilibet, in prinici. q. in Mercuriali.

c Propter. In gloſſ. ſolenniter. & facit quod not. gloſſa. quæ incipit, quæro, in capitulo. ſi capitulo, de conceſſio. præben. libro ſexto.

d De albo. Vide ibi Bartol. & vide text. in le. ſpurii. §. fin. ff. de decut.

e Exceſſus. Vel niſi ſit prælatus eccleſiæ, de reſcrip. edoceri.

f Dicam. Et vide Ioan. Andr. de elect. bonæ, lo primo, ſuper gloſſe citata.

g Is qui. Quod tamen intelligitur ſane, prout no. Ioan. Andr. inſ. eo, per tuas, in ſua prima glo.

SVMMARIVM.

1 *Decretum, conſtitutio, & mandatum videntur æquiparari.*

Principi qui non obedierit, videtur excommunicatus, eod. nu. ad dictio. 2. anathematizetur.

2 *Epilogus, & suppletio gloſſarum. nu. 3. & nu. 4.*

4 *Clericos quis exemit de iuriſdictione imperatoris.*

5 *Clerici ſunt res ſpirituales.*

Laicorum iudicio, & conſtitutionibus non debent ſubiacere, ibidem.

6 *Morte moriatur, id eſt excommunicetur.*

7 *Canonibus non obedire vel venire contra eos eſt mortale, ſi ſunt præceptorij.*

CAPVT II.

a
1 Si quis venerit. [a] Breue[decretum]ſeu † conſtitutionem, ſeu mandatum, Innoc.[libro regum]ſec. 3. in fine. eſt hæc ad mentem, non ad verba, ſed de decreto ſacerdotis habetur hoc Deuteronomii. 17.[Legitur]iſtud verbum non erat in antiqua[Agathen.]quod ſit iſtud ignoro concilium, niſi ſit illud a contrario. 11. quæſtione, tertia, capitulo epiſcopi, Vincent.[Anathematizetur]imo videtur, quod ſit excommunicatus, prima quæſtione prima, ſi quis omnes. 25. quæſtione ſecunda, ſi quis dogmata. 30. diſtinctio. per totum, ſed ibi exponitur, ſit, id eſt fiat.
2 ¶ Glo. 1. † arguit, & excipit. ¶ Penulti. gloſſ. quærit: & ſoluit. ¶ Vltima gloſſa quærit, & ſoluit dupliciter.
3 ¶ In † 1. gloſſ.[ibi, epiſcopales]adde quod no. tertia diſtinctione. §. porro. decimaſeptima. diſtinctione, in ſumma, & decimaoctaua, diſtinctione, §. primo, de legato dixi, de officio. Archidia. capit. ſi. ¶ In glo. 1.[papæ, ibi, e conuerſo] id eſt pontifex pro imperatore.
4 ¶ Sed quæritur, quis † exemit clericum de iuriſdictione imperatoris, cũ prius eſſet illi ſubiectus? Dicit Lauren. quod papa de conſenſu principis, 11. q. 1. ca. 4. in authen. de ſan. epiſcopis. §. ſi quis contra, & in auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. ſi vero eccleſiaſticum. Tan. dicit eos iure diuino exemptos. 96. diſtinctio. ſi imperator. Vnde dicunt hic Innoc. & Hoſtien.
5 quod cum † clerici ſint res ſpirituales, cum corpus & animam in ſortem Chriſti tranſtulerunt. 12. quæſtio. 1. cui portio. non debent iudicio, vel conſtitutionibus laicorum ſubiacere. 10. diſtinctione imperium, & capitulo ſuſcipitis, & capitul. ſi in adiutorium. per quod videtur Inn. papam etiam ſine conſenſu imperatoris per ſuas conſtitutiones clericum potuiſſe eximere, ſecundum Hoſt. adde quod dicam infra eodem, cum inferior, & infra de foro competen. ex parte V. in gloſſ. licet hic, & qui filii ſint legitimi, per venerabilem. §. rationibus[& ibi, De capitulis]Lauren. vel proprie, Phi. Goffre. ¶ In gl. vlt.[ibi, debeat]l. 3. ſic 5. q. vlt. delatori. ſicut interdum e contra. e. quæſtio. presbyteri. 2. ad primum etiam concor. 27. q. 1. ſi quis. 23. q. vlt. his, a
6 quibus, ſecundum Inn.[& in fine] de hoc † de tempo. ord. ad aures, vel ex pone, Morte mo. i. excommunicetur, infra qui filii ſint legi. per venerabilem; circa fi. & per hoc, & per id, quod habetur 11. quæſtio. 3. nemo
7 epiſcoporum. no. quod † venire contra canones, vel eis
b non obedire, eſt mortale.[b] ad idem 93. diſtinctio. ca. 1. & inf. eo. illud. quod ſit verum in ſtatutis præcepto-
c riis, de hoc ſup. ti. 2. inter cætera.[c]

ADDITIONES.

a Si quis venerit. Vide etiam ad hoc, an non ſeruans conſtitu. vel ſtatutum, dicatur peccare mortaliter, faciunt no. in c. nam concupiſcentiam, ſupra de conſt. ibi ſcripſi. Item non ſeruans etiam id, quod de vrbanitate facere debet, vt in c. accuſatio. & ſcripſi 2. quæſt. 7. vel aliter, vt ibi ſcripſi, & qualiter intelligatur illud, quod dicit, quod inobediens, & contumax morte moriatur, vide gl. & ibi ſcripſi. 4 q. 1. Archidia.

b Mortale. Vide Hoſtien. infra de treu. & pa. c. 1 & hoc. ca. alleg. vtiliter. Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſ. & vide Io. An. ſuper rubrica, de conſue. in fine.

c Cætera. Vbi vide Ioan. And. in gloſſ. per hoc, & in c. deteſtandæ, de conceſ. præb. in nouella. & qui ſcienter facit, contra eum præſumitur in dolo, ff. ad Sil. propter vincu.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus iniuriam facere poteſt, ſi fuerit magnus magiſtratus, præſtatur cautio, vt depoſito officio reſpondeat.*

Conueniri poteſt ſtatim, ſi fuerit perpetuus, impetrata licentia, & a quo. ibid.

2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*

Superflua reſecanda ſunt.

4 *Additio gloſſarum.*

Obedientiam epiſcopo non tenetur clericus promittere per iuramenti præſtationem, niſi in caſibus, & quib. eodem numero 4.

5 *Continentia promiſſio non eſt neceſſaria, cum ad eam obligetur ordinem ſumendo.*

CAPVT III.

Legebatur. Breue eſt[Obedientiæ]ſuę propriæ, vel forte alterius, & ipſe fuerit ſcriba[Iniuriæ]magiſtra-
1 tus † enim iniuriam facere poteſt, & tenetur iniuriarum. ff. de iniur. nec magiſtratibus, & ſi fuerit magnus magiſtratus, præſtatur cautio, vt depoſito officio reſpondeat. ff. ad l. Iulia. de adul. ſi adulterium, in fi. Goffred. ad hoc ff de iudi. pars litterarum. quod, vt dicit Hoſtien. intelligebat dominus ſuus, de iudic. tempo-
a ralibus, dicens perpetuos[a] ſtatim poſſe conueniri;[b]
b alias damnum paſſi perpetuo ius ſuum amitterent, cum crimina extinguantur morte. C. ſi reus. vel accu. leg. 1.

te. 1. & 2. videtur tamen dicere, quod hoc caſu a principe ſit primo licentia impetranda. ff. de fideicom. li. Lucium vero. §. fi. & l. ſequenti. pro ſententia domini ſui inducit Hoſtien. de reſtitu. ſpo. conquerente, cum ſuis
2 concor. ¶ Prima † gloſſ. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vltima gloſſ. arguit, contra ſuperflua allegans qua-
3 tuor iura. ¶ In † vltima gloſſ. [ibi, Trebatius] vide do cenſi cum apoſtolus, ſuper gloſ. quid ergo [& ibi, Hæc ſtipulatio] non debet hæres grauari ſuperflua cautione, quando certum eſt fideicommiſſo locum non eſſe.
4 ¶ In † gloſ. prima [ibi, iuramentum] niſi fuiſſent prius rebelles, infra eodem, cum eccleſiis, vel excommunicati, de ſenten. excommunicatio. cum deſideres & tamen quandoque tunc remittitur iuramentum, eodem titulo. ſuper eo [& in fine] dicit Goffred. quod hoc caſu conſuetudo cuiuſcunq; eccleſiæ ſeruanda eſt, quod putat Hoſtien. verum quo ad hoc, vt ſimplices clerici teneantur iurare, infra de verborum ſignificatione, cum clerici, & ibi remittit: ſed habens curam, vel ſui ſimilis non poſſet ſine iuramento prætextu conſuetudinis excuſari, argumen. ſupra de elec. ſignificaſti. 2. reſpon. in 1. de conſuet. cum inter vos. ¶ In glo. ſecun-
5 da] ibi, Oſtendere] ſic nec † eſt neceſſaria promiſſio continentiæ, cum ad eam obligetur ordinem ſumen-
c do. 28. diſtinctione, diaconi. [c] Goffre. & in fi. ſupra de officio deleg. cum contingat, in fi.

ADDITIONES.

a Perpetuos. De materia in c. aduerſus, de immu. eccle. & in capi. prohibentur. 2. quæſtio. 1. & in Liubemus, canonizata. 2 qu. 1. Bald.
b Conuenit. Et non perpetui poſſunt citari ad tempus finiti officii, vide fi. de in ius uoc. 2. & ibi glo. & Bar. in l. pars litatum, pr. ad le. & in præd. ſta l. nec magiſtratibus.
c Diaconi. Vide glo. in c. cum olim. de elec. coniu. & tex. in cap. 1. de ... lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Clemens II. fuit ſedis inuaſor.*
Magiſtrorum opiniones recitare licet, ac defendere, ibid.
2 *Credendum eſt referenti papæ.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4.*

CAPVT. IIII.

Omnes. Breue eſt [Beatus Petrus] verba ſunt Clemētis ipſius Petri diſcipuli. Sed quod turbatus eſt ordo, qa debuit poni prima in titul. proceſſi. e ibi error, quia ſic erat in antiqua. vel fuit Clementis III. & tunc teſtimonium non eſt de verbo, vel de proprio auditu. de ſecundo
1 Clemen. non dixi: quia fuit ſedis inuaſor, vt † in chronicis habetur. & not. pro magiſtrorum opinionibus recitandis, & pro defendendis, facit 24. q. 1. cum beatiſſi-
2 mus, & quod ibi not. [Præcipiebas] credendum † eſt Clementi hoc referēti, de teſti. cum a nobis, de renun.
3 cap. 1. libr. 6. ¶ Prima † gloſſ. de duobus miſtim quærit, & ſoluit. ¶ In 1. gl. [ibi. l. 3.] alias 2. incipit, ſenatores, & vide hanc & ſe. de reſcrip. ca. dilectus, ſecundo,
4 in 2. gl. ¶ In † gl. 1.]ibi, duo ſunt] vbi de hoc, & 11. q. 2. ſi autem, & vide ſup. de officio ordi. capitulo primo, in glo. quia ſi noſceret, in fi. [& ibi, Principaliter] facit de teſti. conſtitutus. 2. [& ibi, Pluribus] idem. Intro, & hic, & infra de decimis, nouum, de teſtamentis. c. primo, in gloſſ. magna, ver. & per hoc [& in fine] de
a ſepul. cum [a] quis. §. 1. lib. 6.

ADDITIO.

a Cum. Et uide plene Ioa. Andr. in Specul. de pact. ſuper rubrica. ibi plurimas ponit allegationes ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia præponenda temporalibus, & ratio.*
2 *Nota pro infamia.*
Inobediens cenſetur infamis, ibid. peccat mortaliter, & excommunicandus eſt, ibid.
3 *Epiſcopatum dimittere quacunque de cauſa non poteſt epiſcopus abſque licentia papæ.*
4 *Additio gloſſarum.*
5 *Per obedientiam propria, per victimam aliena caro mactatur.*

CAPVT. V.

Illud dominus. Breue eſt, & de hoc facto ſup. de tranſac. cap. pe. & vl. & de clerico excomm. mi. illud [Digniora] & fortiora, de tran
1 ſac. capitulo ſecundo, vnde † præponenda ſunt temporalibus. 12. quæſtione prima, præcipimus. C. de ſacroſanct. eccle. ſancimus. 1. Hoſt. [Melior) verba Samuelis ad Saul. 1. regu. 15. [Magis ſup. placet Deo [Offerre] id eſt quam facere etiam ſacrificium (Commodo] dicebat enim ſe tranſiſſe propter conſeruanda bona eccleſiæ Herbipolen. ne perirent, ſecundum Pet. & Abb. vel
2 no. ipſius commodum temporale (Notam) id eſt † in-
a famiam, & ſic inobediens cenſetur infamis, [a] ſupra de elect. dudum. 2. vbi de hoc, circa princip. nam & mortaliter peccat, vnde excommunicandus eſt, de hoc, ſup. eodem. ſi quis, Hoſtien. (Iuſſionibus) quæ hoc in
3 genere † continent, quod ſine licentia papæ quacunque de cauſa dimittat epiſcopus epiſcopatum. de regu. li. licet, ver. illa. de renunci. niſi, per totum. ¶ In † gl.
4 1. (in fine) facit 10. quæſtio. prima, epiſcopum. ſup. de officio ord. inter cætera, & vide quod dixi de regul. Ioan. in oppo. ſecunda. ¶ In gloſſ. 2. (in fine) vt ibi di-
5 citur, per † obedientiam propria, per victimam aliena caro mactatur. ¶ In gl. vlt. [in fi. ſin. ne cleri. vel mo. Non magnopere, vbi de hoc ſatis.

ADDITIO.

a Infamis. Et contumacia eſt delictū, de quo p Bart. in l. omne delictum, ff. de re mili. & intellige de canonica infamia, quæ ex cauſa mortali ſurgit. 6. q. 5. infames.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Imperium ſubeſt ſacerdotio, & nu. 4.*
Epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ibid.
Cauſa neceſſaria infert cauſatum, & conſiſtit in iure & eſt rationabilis.
3 *Occaſio non, & eſt facti, & irrationabilis, ibid.*
4 *Motus imperatoris quot, & qui.*
5 *Verbis intellectum proponendum.*
Papa ſe appellat ob humilitatem ſeruum ſeruorum Dei, ibid. ad vocem, meorum.
Seruus quoque eſt humana creatura, ibid.
Omnem qui dicit, nec ſeruos excipit, ibid.
6 *Imperatoris temporalia ſunt feudalia.*
Imperatori ad iuramentum qui cogendi, ibid. & quos diſtringere queat.
7 *Boni pro clericis, & mali pro laicis ſumuntur.*
Clerici incorrigibiles an imperatori ſubſint, ibid.
8 *Ventes pro compoſito, abeuntes.*
9 *Ex ſacerdote olim naſci erat honorabile, hodie ignominioſum.*

Naſcenti

Naſcenti ex illicito coitu non eſt imputanda culpa, ibid.

10 *Anathoth, quibus rationibus interpretatur myſtice.*

Ad ſacerdotem in dubijs recurrendum, Sacerdotibus debent omnes obedire, ſacerdotes qui viliſſimi reputandi, ibi, vide num. 11. ver. quia deſi. & num. 12.

Sacerdotij, et eccleſia prærogatiua eſt auctoritate domini confirmata, ibid.

11 *Praſepium myſticè pro eccleſia.*

Paſcendi qui in ea, ibid.

Boues pro pænitentibus, Aſini pro peccatoribus, vel laſciuis myſticè, ibid.

Sacerdotes, quam habent poteſtatem, ibid.

12 *Serpentes pro auaris, ſcorpiones pro luxorioſis virtus inimici pro ſuperbis miſtice.*

In mundo omne quod eſt ad tria refertur vitia, & quæ, ibid ver. omne.

13 *Gentes pro laicis inferioribus, regna pro laicis ſuperioribus accipiuntur.*

Euellere, diſſipare, plantare, & ædificare, quid ſignificent in pontificia poteſtate, ibid.

14 *Luminaria magna, quæ die deus fecit, & quæ ſint.*

Auctoritas in pontifice, poteſtas in rege eminet, & quibus vtraque conſiſtat, & quibus deſignetur in vtriuſque vnctione, ibidem, & vtra præemineat, numer. 16. 27.

15 *Gladius ſecularis factus eſt ſacerdotalis e contrario multis in locis, & quibus modis, & an liceat quando deficiet, & quomodo medendum.*

Carnales deſignantur per noctes, ibid. ad dict. Noctibus.

16 *Inter pontificalem, & regalem poteſtatem quanta differentia, & quomodo hæc ab illa, quod habet, accipiat, & numero 27.*

17 *Conſtantipolitanus patriarcha poſt papam obtinet primum locum.*

18 *Dextera honorabilior ſiniſtra ad quã dexteram ponendi ſunt prelati.*

Ad ſiniſtram ſeculares principes, ibidem.

19 *Cauſam qui dat, imputare ſibi debet ſi quid audit, quod nollet.*

Quodcunque, vel omne, qui dicit, nihil excipit.

21 *Pontifici Romano vt ſubſit omnis humana creatura eſſe de ſalutis neceſſitate, definitum eſt.*

22 *Imperator Romanorum quomodo ex fidelitate tenetur eccleſiæ, remittit.*

Honoretur ſi ab imperatore patriarcha quid vtilitatis inde proficiſcatur, ibidem.

23 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*

24 *Tanquam, ſimilitudinem potius, quam veritatem quandoque notat, & numero 25. §. 1.*

Dictio omnis, aliquid operari debet ad ver. non recte, & numero 25. §. 1.

Omiſſum, quod eſt a regibus, non omittit religio iudicantis, §. 1. & numero 29.

25 *Additio gloſſarum.*

Superflua nulla debet eſſe dictio in reſcriptis, & contractibus, quod non eſt perpetuum, eodem numer.

Timeri plus ſolet ſpecialiter, & c. ibidem.

26 *Sol maior eſt luna, & quanto ac etiam terra.*

28 *Geometriam ſcire nihil prodeſt.*

C A P. VI.

1 Solitæ. Hoſtien. diuidebat † decre. in ſeptem partes, prima ponit admirationem imperatoris Conſtantinopolitani, & auctoritatem, qua mouebatur. in 2. ibi, verum, exponit illam, in tertia ibi, potuiſſes, ad declarandam prærogatiuam ſacerdotii inducit auctoritatem Hieremiæ in 4. ibi præterea, auctoritatem gen. in 5. ibi, hoc autem, concluditur contra imperatorem, in 6. ibi: Nos autem, ſe excuſans, quod non increpauit, dicit quos increpare poterat, probans id auctoritatibus, in 7. ibi

2 verum autem, imperatorem reliquit ſuo iudicio. Quo ad titulum decre. videtur velle, quòd imperium † non præeſt ſacerdotio: immo illi ſubeſt, & illi obedire tenetur. Dicebat Abb. epiſcopus non debet ſubeſſe principibus, ſed præeſſe [& infra] quem nos, & apo. ſe. ad te, & prædeceſſ. tuos ſemper habuimus, ſi diligenter penſaſſes, motus propter litteram, quam tibi miſimus, non fuiſſet, Hoſtien, ſed diuinauit: quia in antiqua dicebatur, quod ſolitę benignitatis effectu reciperat litteras ſuas ſibi per quendam archidia. ipſius nun-

3 cium pręſentatas [Cauſam] cauſa † neceſſario infert ſuum cauſarum: occaſio non, vnde prouer. 17. Occaſionem quęrit, qui vult &c. not. ergo Hoſtienſ. quod cauſa conſiſtit in iure, & eſt rationabilis: ſed occaſio

a in facto [a] & eſt irrationabilis: facit de reſcrip. ſtatutum, §. inſuper, verſicul. quodque, libro ſexto [Scrip-

4 ſiſſe] ideſt Petri. 2. capitulo [Subditi] tria † principaliter inducebat rex ex hac auctoritate, primum ex hoc, quò dicit, ſubditi eſtote omni humanę creaturę. ſecundum ex verbo, Regi pręcellenti, tertium ex verbo, Ad vindictam malefactorum, &c. quaſi & ſuper malos clericos poteſtatem receperit ad uindictam bonorum. 4. diſtinctione, factę, infra de homi. poſtulaſti

5 [Loquentis] ſcilicet beati Petri: intellectum † pręponendum verbis, de verborum ſignificationibus, intelligentia [Meritum] propter quod papa vocat ſe ſeruum ſeruorum dei, de hoc in proęmio ſexti [Eis] ſcilicet laicis, iuxta intellectum imperatoris [ſeruus quilibet] Cum ſit humana creatura: quia in Chriſto Ieſu neque liber, neque &c. de coniu. ſeruorum capit. primo [Omni] & ſic nec ſeruos excipit, vt in fin. [Pręcellenti] per quod dicebat imperator, quòd imperium

6 præcelleret [Temporalia) ideſt huius † feudalia, Abbas, ſi ab eo nihil tenent, ab eo non ſunt diſtringendi, nec ad ſibi iurandum cogendi, infra de iureiuran. nimis [Tanquam] quaſi innuat, quòd licet ex humili-

b tate meritorum ſit epiſcopus, quod imperatorem [b] reputet præcellere in neceſſitate: tamen non præcellit, ſecundum Innocenti. & eſt ſimile, tanquam, ſupra

7 de biga. capitul. penultim. [Bonos, & Malos] ideſt † clericos, & laicos; vel etiam laicos indiſtinctè [ſed in eos] ſcilicet laicos, poſſent etiam intelligi de clericis incorrigilibus, quod dic, vt de iudi. cum non ab homine, de ſenten. ex. perpendimus, de priuileg. ex par-

8 te. 3. [Vtentes] ideſt † abutentes [Gladio] 23. quæſtio. quarta, ille gladium [Sacerdoti] conſideratur ergo hic etiam perſona, cui ſermo dirigitur [Proſapia] ſuo

9 † tempore honorabile erat ex ſacerdote naſci: hodie

c ignominioſum, [c] licet non ſit culpa eius: qui naſcitur. 56. diſtinction. per totum, de fil. presby. per totum

10 [Anathoth] Dicit Hoſtien. quòd hoc † verbum, interpretatur reſponſio, obedientia, reſpondens ſigno, aut gratificatio, deſignantis reſponſio, ſcilicet, vt ſcias ad ſacerdotem in dubiis recurrendum. infra qui fil. ſint legitim. per venerabilem. §. ex rationibus [Obedientia] vt ſcias, quod omnes debent ſacerdotibus obedire, ſupra capitulo omnis [ſigno] qui niſi ſignis, & virtutibus alios præcellant, ſunt viliſſimi reputandi. prima quæſtione prima, viliſſimus, vel ſigno, ideſt auctoritate dñi eſt pręrogatiua ſacerdotii, & eccleſiæ con-

11 firmata, vnde Lucę † ſecundo, & hoc vobis ſignum, inuenietis infantem poſitum in pręſepio, ideſt in eccleſia, in qua paſcendi ſunt laici, ſiue ſint boues, ideſt pęnitentes, & domini, ſiue aſini, ideſt peccatores, vel laſciui, vel interpretatur, gratificatio deſignantis: quia deſignat ſacerdotes ſuos poteſtatem habere gratificandi in pænitentiis, & indulgentias faciendi, infra de pænit. & re. ca. 3. & c. deus, & c. quoniam [Cum ex eo.] inducit etiam ad propoſitum auctoritatem

euange-

22 euangelii, Lucæ 10. Ecce dedi vobis poteſtatem † cal-
candi ſuper ſerpentes, ideſt auaros, qui ad modum
ſerpentis terram lingunt [& Scorpiones] ideſt luxo-
rioſos, quia hoc peccatum ad modum ſcorpionis blan-
ditur facie, & cauda pungit [& ſuper omnem virtu-
tem inimici] ideſt ſuperbos, qui ad modum diabo-
li nituntur extolli, quaſi dicat, ſuper omnes pecca-
tores, vnde. 1. Io. 2. capitulo. Omne, quod eſt in mun-
do, aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia
oculorum, aut ſuperbia vitæ, per quod patet, quod
omne vicium ad alterum ex his tribus reducitur, po-
ſtea ſequitur in euangelio parabola de Samaritano,
qui vinum, & oleum, &c. de qua infra de pœni. om-
nis. [Eccleſiæ] Hieroni. 1. & 36. diſtinctio. §. ecce
[Conſtitui] quaſi dicat, non te ingeſſiſti, de electio-
23 ne, qualiter [Gentes] ideſt laicos † & inferiores
[Regna] ideſt laicos, & ſuperiores [Euellas] pecca-
ta ab obedientibus [Diſſipes] ideſt inobedientes
illos a dignitatibus deponendo, infra de hære. ex-
communicamus. 2. de ſentent. excommunic. nouerit,
& capitulo graue [Aedifices] fideles baptizatos per
aliorum ſacramentorum eccleſiæ adminiſtrationem,
& veram prædicationem, ac honeſtam conuerſatio-
nem [Plantes] in eccleſia dei fideles non baptiza-
tos per prædicationem, & ſacri baptiſmi oblationem,
de conſecra. diſtinctio. quarta, per totum, infra de
baptiſ. per totum, ſecundum Hoſtienſ. [Fecit deus]
24 Gene. primo, & hoc † fecit die 4. [e] vt ibi [maius]
e ſcilicet ſolem [minus] ſcilicet lunam [Ad firmamen-
tum] exponit auctoritatem ad propoſitum [Pote-
ſtas] ſupra dixit auctoritas, ſcilicet iudiciaria ad di-
ſcernendum, & iudicandum: & hic dixit poteſtas,
ſcilicet executoria ad perficiendum, & ad hoc deſi-
gnandum pontifex vngitur in capite, rex in armo, vt
nota. de ſacra vnction. capitulo vno. §. vnde in vete-
ri. vbi de hoc Dicit Hoſtien. quòd in multis locis gla-
25 dius † ſecularis factus eſt ſacerdotalis iudicans cleri-
cos, & eccleſiaſtica, ſicut laicos, & temporalia con-
tra iura vulgaria, & ſpiritualis etiam ex leui cauſa in-
terdum mouens guerras, & nutriens, factus eſt mi-
litaris, contra iura, infra titulo primo, capitulo pri-
mo, de voto, ex multa. §. de clericis. 23. quæſtione
octaua, capitulo primo, & capitul. ſequentibus, &
dicit, quod non deficiet peſtis iſta, donec quiſque
ſuis terminis ſit contentus, infra de ſepulturis, capi-
tulo primo, ſuper quo dicit, quod eſſet ſalubre con-
ſtitutionem condere ſpecialem [Illa] ſpiritualis [Car-
nalibus] congruè dixiſſet per præcedentia, [Noctibus]
ideſt carnalibus, ſed dic carnalibus per noctes deſi-
gnatis, ſcilicet regalis, Hoſtienſ. [Quanta] præter
id, quod dicunt gloſſ. & ibi dicam, poteſt exponi ſe-
26 cundum Hoſtien. vt ſcilicet quanta † differentia eſt
officii claritatis, & illuminationis, tanta ſit prælatio-
nis, & ſubiectionis inter pontifices, & reges: ac ſi di-
cat, ſicut luna recipit claritatē a ſole, nō econtra, ſic re
galis poteſtas recipit dignitatem, & illuminationem
a pontificali, & non econtra: ad hoc de electione.
venerabilem, & ſicut ſol per lunam mundum illumi-
nat, quando per ſe non poteſt, ſcilicet de nocte,
ſic pontificalis per regalem, quando per ſe non po-
teſt, vt in ſanguinis effuſione & huius comparationis
ratione ſatis liquet prærogatiua ſacerdotii, & iunge
hanc rationem his 9. quæ nota. qui fil. ſint legitim. per
f venerabilem, [f] ſecundum Hoſtienſ. [Hæc autem] hic
27 ſumitur caſus [Honorabile] vnde poſt papam, tenet
primum locum. 22. diſtinctio. renouantes, de priuile-
giis, antiqua; quod dic, vt ibi, Hoſtien. [Scabellum]
quaſi ſibi ſubiectum, ſicut ſcabellum pedum [Siniſtra]
28 dextera † honorabilior, vnde. & electi collocabun-
tur ad dexteram, Matthæi. 25. [Iuxta ſe] quaſi æquā-
lem; & obuiat ei, quod de ſcabello dicit [Venerabi-
lem] quaſi dicat; prælati ponendi ſunt ad dexteram, et
ſeculares principes ad ſiniſtram [Rationabiliter] ſci-
cet ratione præeminentiæ; & hanc proſequitur, vel
29 ratione cauſæ, ſcilicet te † ſuper hoc cauſam dante,
vt infra, vt eccleſia. benefic. vt noſtrum, verſiculo,
quod etiam huic conuenit illud Hieronymi ad Augu.
prima. Non ego tibi, ſed cauſa cauſæ reſpondet; &
ſi culpa eſt reſpondiſſe, multo maior eſt prouocaſſe;
& vide ad eundem tertiam. C. cui conuenit illud Tul-
lii in inuectiua, contra Saluſtium. Si forte offendimi-
ni, iuſtius huic, quam mihi ſuccenſere debetis, qui
initium introduxit [dicente] Ioan. vltimo, ſupra de
electione, ſignificaſti [Alienum] 24. quæſtione pri-
ma, alienus, & capitulo quoniam vetus [Dixit] Mat-
30 thæ. 16. [Nihil] & ſic † non excipit imperatorem Con-
ſtantinopo. Dicit Apoſtolus ad Hæbræos. 2. arguens
ex verſic. [Omnia ſubiecisti, ſub pedibus eius] in eo
quod ſibi omnia ſubiecisti, nil dimiſit, non ſubiectum,
31 vnde † diffinitum, & declaratum eſt omni humanę
creaturę eſſe de neceſſitate ſalutis, quod ſubſit Roma-
no pontifici, in extrauaganti Bonifa. vnam ſanctam,
quam poſtea declarauit Clemens V. Non præiudicat
regi, vel regno Francię: nec per eam amplius, vel
minus teneri Romanæ eccleſiæ, quam prius in ſua ex-
trauaganti, quæ incipit, Meruit: non eſt inter Cle-
mentinas [Quodcunque] de imperatore Conſtantino
32 prolocutus eſt in genere, de † imperatore uero Roma-
norum quomodo ex fidelitate tenetur eccleſiæ, habes
in Clementina de iureiurand. Romani [Diſcernat] ac
ſi dicat, tuipſe tibi ſis iudex, & teſtis. C. de fideiuſſ. l.
finali, Hoſtienſis [vtilitatem] honoratus enim pa-
triarcha ab imperatore, ab aliis magis honorabitur,
& magis prædicationibus, & aliis proficiet, & econ-
tratio poſſet contrarium euenire, ſecundum Hoſtien-
33 ſem. ¶ Prima † gloſſ. ponit caſum. ¶ Gloſſ. nunquid,
quærit, arguit, ſoluit; contra ſolutionem opponit,
& in additione dat veram ſolutionem. ¶ Gloſſ. quod
quandoque, arguit, allegat tria iura, in contrarium
vnam legem. ¶ In penulti. gloſſa ſignat contrarium.
34 ¶ In † gloſſa ſecunda [ibi, Ex ſtipulatione] vide de
præſumptio. capitulo ſecundo, in prima gloſſ. ¶ In
gloſſ. quod quandoque [ibi, ſi filiusfamilias, ibi, ſi
agitur] quaſi intercesſor ſeruus interuenerit non rem
peculiarem agens, non obligatur dominus de pecu-
lio [ibi, l. 4.] vide de fide inſtrumento. cum Ioan. ſu-
per tertia gloſſa [& ibi, Non recte] ibi, licet dictum
ſit, quod fideiuſſores teneantur inſolidum: tamen,
ſi vterque ſoluendo ſit alter in parte tantum conueni-
tur. ¶ In gloſſ. antepenultim. [ibi, quæſitum] quod
legibus omiſſum eſt, non omittet religio iudicantis,
vnde licet l. Iulia de vi repetundarum, vel pecula-
tus non repellat a teſtimonio damnatos calumnię in
publicis iudicijs; iudex tamen repellet. ¶ In vlti-
ma gloſſ. [ibi, l. 3.] quę incipit, preſes, vide de of-
fic. ordina. capitulo primo, in gloſſ. ſecunda. Ioa. ¶
35 In † gloſſ. nec quid [ibi, nouerint] & infra de iure
patronatus, capitulo vno, libro ſexto [In fin.] libro
g ſexto, de hoc & de delic. pu. capitulo ſecundo. ¶ In
gloſſ. quod quandoque [ibi, & illud] Matthę. 26. [&
ibi, Si romanorum] vbi idem nota. [& ibi, ſic enim]
vltra medium [& in fin.] Ioa. & eſt ſimile contrarium,
h infra de procurato. ſi duo, [h] libro ſexto, licet vtrobi-
que clauſula aliquid operetur, licet nō in totum quod
verbum ſonat, ad idem, ff. de ædil. edic. l. prima, §.
ſed ſciendum, verſiculo ſed ego puto, & Goffred. ſu-
pra, de ætate, & qualitate, accepimus, alleg. ad idem
ff. pro ſocio, ſed & ſi adiiciatur; de auro, & argento le-
gato, pediculis. §. Labeo. Dicebat ibi Hoſtiē. ꝙ in his,
quæ pendent ex voluntate, non eſt mirū, ſi ex ſuper-
bundanti

bundanti q̃nque clauſula apponatur. nam & quę cauſa tollendæ dubitationis in ɔ̃tib. inſeruntur, ius cõe nõ lædunt. ff. man. qui mutuum. & aliquoties tota litera ſuperflua eſt, vt patet inf. de procura. quia in cauſis, niſi quia ſolet plus timeri &c. inf. de hær. ſi aduerſus. regulare tñ eſt, ꝙ clauſula aliquid debet operari, vt in contrariis, & ſ. de reſcriptis, cum adeo. ff. de leg. 1. ſi quan-
i do.[i] ff. ad munici. l. 1. ff. qđ metus cauſa. l. 1. ff. de verbo. obli. ſi ſic ſtipulatus. ȷ̃. de priuilegiis, ex ore. ¶ In gl. cũ terra. [ibi, qui mihi decies.] alias quatuor decies, alias quadrageſies. neutra litera ſm poſitionẽ gl. procedit.
26 nã ſi † terra eſt ſepties maior luna, & ſol octies maior terra, ergo ſol maior luna octies ſepties, & ſic 56. vicib. nã octo vicibus ſeptem valent 56. [& in fi.] Dicit Hoſ. ꝙ in 5. libro almageſti demonſtrati Ptolomæi. 18. propoſitione ſic legitur. manifeſtum eſt, ꝙ magnitudo ſolis continet magnitudinem terræ centies & ſexagies ſepties, & inſuper eius quartã, & octauam. ibidem, palã eſt, ꝙ magnitudo ſolis continet magnitudinem lunę ſepties millies, & ſeptingeſies, & quadrageſies quater, & inſuper eius medietatem. ibidem, magnitudo terrę cõtinet magnitudinẽ lunę trigeſies. i. 30. vicib. & nouies;
27 & quartam, & 10. eius, ex quibus patet, ꝙ † pontificalis authoritas maior eſt regali ſepties millies, & ſeptimgeſies, & quadrageſies quater, & inſuper eius medietatẽ, quia ſol tñ eſt maior luna. Aliter colligo ex libro Theſbith, & aliter ẽt ex libro Alfragarii de Ptolemæo, de quo poſt Hoſt. prius dixi, habetur in Spe. hiſtoriarũ, lib. 6. c. 18. hoc ẽt late proſequitur Macrobius. ſuper ſomnio Scipionis. li. 1. charta 16. & ſeq. hæc, quæ per rationem non capio, aſtrologis relinquo. Dicamus
28 † cum Amb. exameron. 6. quid mihi quærere, quæ ſit terræ menſura, quis circuitus quem geometræ 180. millibus ſtadiorum æſtimauerunt: libenter fateor me neſcire, quod neſcio, imò ꝙ ſcire nil proderit. ¶ In gl. [Ex
29 ſede, in fi.] ibi dicitur, ꝙ legibus † omiſſum eſt, nõ omittet religio iudicantis. ſo. et no. in præalle. c. ꝙ ſi dormie
K rit.[k] ¶ In glo. [Pen. in fine.] & ſ. de renun. niſi cum pridem, Goſt. §. verum, de officio ordinarii, inter cætera.

ADDITIONES.

a In facto. Ad hoc etiam tex. in ca. fi. inf. de confir. vtili, vel inut. & facit in c. vnic. vt eccleſiaſtica beneficia. § qđ ẽt. ibi cãm et occaſionem. et ad hoc c. petens. inf. de homi. & in l. non dubiũ. C. de leg. in l. demonſtratio. §. ꝙ autem, per Bar. de condi. & de. Bal.
b Procmio. In gl. ſuper ver. ſeruus.
c Imperatorem. Dictio, tanquam, de qua per Io. And. in c. a collatione, de app. lib. 6.
d Ignominioſum. Vide Io. An. in Spe. de ſi. presby. ſuper rubrica.
e Die. iiij. Alibi dicitur, ꝙ nam ſimul fecit, vide gl. in c. ſexto die. 35. di. & in c. 1. de ſum. Trinita. in gl. vnde Salomon. & Io. And. ſuper illis.
f Venerabilem. Vbi vide Io. And. in gl. ſatis patet.
g De hoc. Vide Io. An. in §. debet, allegato in gl. & per ipſum in c. dilectus, lo 2. de præben. ſuper prima gl. & Bar. in l. 2. ff. de app.
h Duo. Iuncto §. fi. cum prin. c. & vide Io. An. ibi ſuper gl. in verſ. accuſantis, vbi opponit de iſta l.
i Si quando. Ibi vide Bart. vide text. in c. ſi Papa, de priuil. lib. 6. & iſta faciunt ad materiam illam, an expreſſio illorum, quæ tacite inſunt, inducant diſpoſitionem, de qua per Bart. ff. de l. 2. l. hæc verba, & ibi aliæ remiſsiones, & p Cy. & Mode. in d. l. nõ recte.
K Dormierit. Et vide ſup. de tranſla. epiſc. inter. §. ſed itaque illud, et de conſe. diſt. 2. liquide.

SVMMARIVM.

1 *Ordinato per Papam debetur reuerentia, tamen ſubeſt epiſcopo, & num. 4.*
An perdat hoc priuilegium per diaconatum & presbyteratum ſuſceptum ab alio, num. 6. 7.
Præferendi qui quibus ſint eiuſdem ordinis, vel dignitatis, et iuris, ibid. & num. 2. & 4.
2 *Miles anteponendus qui accepit a maiore militiam.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
Ex prærogatiua militiæ, vel dignitatis non eximitur quis ab ordinarij poteſtate. §. 1.
Præfertur in maiori ordine conſtitutus, & cæteris concurrẽtibus priuilegij ratio habetur, & num. 5.
5 *Suppletio gloſſarum.*
Deponi non põt epiſcopus a Metropolitano, licet ſit ſub eius obedientia, idem de ſubditis prælatorum minorum, eod. nu. ver. tolle inſtantiam.
Ordinarius a Papa non poteſt deponi nec ſuſpendi ab inferiori, ibid. & num. 7. in fi.
6 *Priuilegiũ quo caſu perdat vires ſuas, in fi. nu. 7. & in dubio debet interpretatio fieri ſemper ſecundum ius cõe, num. 7.*
Cap. præſul. 2. q. 4. quidam dicunt eſſe temporale, ibi. ad dict. præſul.

CAPVT VII.

